(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Margarita confessum

165

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

BIBLIOTECA
CENTRAL
DE LA RIOJA
EX-LIBRIS

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

MARGARITA

SEV

SVMMA CONFESSO-

rum olim ab monacho prædicato-
rum ordinis Hiſpalenſis cœnobij compoſi-
ta, nunc denuo & diligentius excuſſa,
& aucta copioſius, ac per eiuſdẽ
ordinis doctiſsimos viros
expenſa diligentiſsi-
me, atq; exactiſ-
ſime caſti-
gata.

Prodit nõ ſolum nouis exornatior
typis, & à mendis, quibus ſcatebat purgatior, ſed
multiplici etiam vtilitate ſic locuples, vt vnus
hic ſolum liber vicem multorum, qui
his de rebus conſcripti circunfe-
runtur, poſsit explere, nemo
que hoc vno compara-
to reliquos deſide-
rare poſsit aut
debeat.:.

R/960

COMPLVTI.
Ex officina Ioannis Brocarij.
Impẽſis Ludouici Guttierrez Bibliopolæ

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

VTRVM CONFES-sor teneatur facere interroga tiones pœnitenti. Hæc q̃stio infra plenius diſcutitur, ſed hic breuiter dicitur q̃ tenetur interrogare quãdo putat aut rationabiliter dubitat omitti aliquid neceſſario confitẽdum & in tali caſu non interrogãdo mortaliter peccat, quia iudex tenetur diſcernere omnia diſcernẽda ante ſententiã abſolutionis, alioquin iudicis officio abutitur, & cũ abuſus ſacramẽtalis iudicij ſit graue ſacrilegiũ, nolle interrogare de neceſſarijs cuiuſmodi ſunt peccata mortalia alias nõ confeſſa eſt mortale. Vnde in ca. omnis de pœ. & re. præcipitur confeſſori vt inquirat diligẽter peccatoris & peccati circunſtantias. Ex quo patet q̃ iure naturæ & iure poſitiuo ſacerdos interrogare tenetur, vbi vero cõfeſſor bona fide putat non eſſe opus interrogatione nõ peccat, quia cum ſit præceptum affirmatiuum nõ obligat niſi pro loco & tẽpore & ſecundum alias prudẽtiæ circunſtantias. Et vt facilius poſsit interrogare ſummarie caſus in quibus cõmuniter mortaliter peccatur, hic præmittam.

CIrca primum præceptum interroga, ſi dilexit Deũ toto corde, ſi proximũ ſicut ſeipſum, ſi agit gratias deo pro ſuſceptis beneficijs, ſi cõformat ſe diuinę volũtati in omnib⁹, ſi habet motus in-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tus infidelitatis cũ cõplacẽtia, si in aduersis conq̃ritur de Deo vel credit ipsum iniuste agere vel nõ habere prouidentiã de omnibus, si vellet nunquã mori, si mallet fuisse bestia vel nõ fuisse, si curauit scire futura per superstitiones vel alio modo illicito, si cum orat credit q̃ non impetrabit nisi faciat cũ certis candelis & cerimonijs, si desperauit de diuina misericordia, si hæreticauit seu fauit vel defendit hæreticos, si credit q̃ quilibet bene moraliter viuẽs seruans suam legẽ saluabitur, si discredit alicui articulo fidei vel determinationi Ecclesię, si disputat de rebus fidei corã simplicibus faciẽs eos dubitare, si vsus est superstitionibus diuinatiuis vt si intẽdit necromãtiæ, quæ dicitur à neeron quod est mortuũ & mãtia diuinatio, quia per eã q̃ritur occultorũ noticia per allocutiones mortuorũ virtute dæmonum, si intẽdit geomantiæ in qua per figuras & signa in corpore terrestri, puta in ferro vngue vel lapide polito dęmones prænũciant futura, & dicitur à gi quod est terra & mãtia, si hydromantiæ in qua in aqua fit diuinatio, si aeremãtiæ in qua fit per aerẽ diuinatio, si pyromãtiæ quæ fit per ignẽ, si chiromantiæ per quã ex lineamẽtis manus fit diuinatio, chir enim græce manus dicitur, si nimis vacat augurijs quæ fiunt per cantus auiũ & per similia, si obseruat dies timẽs contrahere matrimoniũ vel aliam societatẽ, vel incipere iter & huiusmodi in aliquo die, si murmurat de factis

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ctis Dei vt si nimis pluit vel est pestis & huiusmodi, si nimis attẽdit somnia, si nimis præsumpsit de Dei misericordia credẽs qꝙ saluabitur etiã si perseueret in peccatis, si voluit addiscere artes prohibitas vt necromãtiam & huiusmodi, si habet pactũ cum dæmonibus vel eorũ auxilio est vsus, vel voluit scire futura, si fecit vel fieri fecit veneficia, vel incãtauit animalia, si portat breuia quæ Hispane nominas dicũtur cũ nominibus ignotis vel characteribus alijs à signo crucis, si fecit votum ob malum finem vel fregit votum vel non impleuit debito tempore, si impediuit vel disuasit ingressum religionis, si fecit votum de re illicita, vel qꝙ non intrabit religionem.

CIrca.2. interroga, si est nimis assuetus pro quibuscunq; leuibus & sine causa iurare, quãuis iurare de se nõ sit peccatũ, immo vt dicit. p̃s. laudabuntur omnes qui iurãt in eo, tamẽ ratione cõtẽptus quia talis videtur paruifacere Deũ, in testem eum passim adducendo, & ratione periculi, quia frequẽter sine causa iurans verũ aliquando iurabit falsum, vnde dicit scriptura, iurationi nõ assuescat os tuũ, nã multi casus in ea, & alibi vir multũ iurãs replebitur iniquitate & non recedet plaga de domo eius, si iurauit falsum vel quod credebat incertũ, si iurauit vel ꝓmisit nõ intẽdẽs implere, si iurauit facere malum sub ratione vindictæ, si iurauit nõ facere bonũ, si incitauit aliquẽ vt sibi re-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

uelaret quod acceperat ſub iuramento vel ſub ſecreto, ſi iuramẽtum licitũ fregit, ſi ratione officij ſtudij vel cõfraternitatis fecit iuramentũ quod nõ ſeruat, ſi iurat opprobrioſe vt ribaldi faciũt, ſi aperuit litteras alteri⁹ vel falſificauit ſcripturã aliquã, ſi blaſphemauit Deũ vel ſanctos, ſi iurauit in iudicio cauteloſe nõ ad intentionẽ iudicis vel prælati in his in quibus tenebatur reſpondere ad eius intentionẽ, ſi iurauit in alterius præiudicium, ſi fecit iurare quẽ credebat falſum iuraturum, ſi fuit cauſa q̃ alius deieraret vel blaſphemaret, ſi ſine cauſa petiuit relaxationem iuramenti.

CIrca.3. interroga, ſi non audit miſſam diebus dominicis vel feſtis, ſi laborat per maiorem partẽ diei omiſſa miſſa ſine magna cauſa, ſi eſt cauſa alicui q̃ his diebus ſic faciat, ſi in miſſa quã audit de pręcepto recitat horas ad quas tenetur tẽpore quo aliquid alte dicitur a ſacerdote, ſi loquitur ita q̃ eſt cauſa q̃ alij notabiliter nõ attẽdãt officio, ſi his diebus emit vel vendit cũ magna diſtractiõe & ſine magna neceſsitate & cũ omiſsione diuinorũ, ſi nõ audit miſſam integrã ſed omittit maiorẽ partẽ, prædicta ſunt mortalia cõmuniter, ſi in Eccleſia nõ eſt ita reuerens & attẽtus ſicut oporteret, & ibi loquitur, ſi non vacat orationi & cõtẽplationi, nec audit ſermones in feſtis, ſi nõ facit differentiã horum dierũ ab alijs, ſi non orat cũ ſurgit à lecto vel cubat, iſta de ſe ſunt venialia.

Circa

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

CIrca. 4. interroga si non obediuit parentibus carnalibus vel spiritualibus tutoribus vel alijs qui habent ipsius curã in his in quibus tenetur, si valde irreuerẽter & aspere loquitur eis, si nõ curat q̃ filij, famuli & omnes domestici sui audiãt missam in festis, cõfiteantur, & cõmunicent, si in eorũ infirmitatibus nõ facit eos curari, si nõ subuenit parẽtibus valde inopibus cum possit, si quia nõ corrigit vel eius incuria subditi offendũt Deũ, si habet subditos blasphemos cõcubinarios vel in alio mortali manifeste viuẽtes, vel si dat eis fauorẽ ad malũ, si est valde negligẽs in maritãdis filiabus & instruẽdis filijs in aliqua arte secundũ suum statum, si vxorẽ valde dehonestat & male tractat, si non impleuit testamenta suæ curæ cõmissa, si fuit causa q̃ aliqui cõtraherẽt clãdestine vel tali matrimonio interfuit, si nimis irreuerenter se habet ad Ecclesiã & ad res diuinas, & personas Ecclesiasticas, maxime ad prælatos & religiosos, si est causa q̃ a parentibus ex animo maledicatur.

CIrca. 5. interroga si occidit aliquẽ, mutilauit, læsit vel vulnerauit, si dixit verbũ cõtumeliosum si desiderauit p̃dicta facere ex vindicta & animo iniuriãdi, si fuit causa discordiæ, si iudex nõ seruato ordine iuris afflixit aliquẽ, si dedit fauorẽ vt quis iniuriaret aliquẽ, si fuit prægnanti causa aborsus vel ad hoc dedit cõsilium, si habet inimicitias vel rancorẽ cum aliquo, vel optat ei malum.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſi ei à quo iniuriatus eſt petẽti veniã & ſatisfacien ti nõ parcit nec vult loqui vnde ſequitur ſcandalũ ſi peccando publice fui cauſa q̃ alij peccarẽt, ſi ex poſuit infantẽ cum periculo ad ianuã Eccleſiæ vel alibi, ſi ex dilatione baptizãdi aliquẽ fuit in culpa q̃ moreretur ſine baptiſmo, ſi extraxit malefactorẽ ab Eccleſia vel ad hoc fauit in caſu nõ permiſſo, ſi potuit cõponere inter aliquos & pacificare et nõ fecit, ſi fecit vel acceptauit duellũ vel lacesſiuit aliquẽ, ſi agitauit tauros vel fuit cauſa q̃ agitarẽtur cũ periculo euidẽti, vel fecit vel cõſuluit fieri ludũ periculoſum, ſi intrauit mare vel expoſuit ſe periculo mortis probabili nõ prẽmiſſa confeſsione.

CIrca. 6. interroga, ſi fornicatus eſt cum ſoluta, corrupta vel coniugata vel cũ virgine ſeu religioſa perſona, vel cũ ordinata in ſacris, vel cõſanguinea vel affine, ſi oſculatus eſt aliquam perſonã de prædictis vel tetigit aliquã partẽ corporis eius ex libidine. ſi voluit hæc facere, ſi trãſit per vicos vel vadit ad Eccleſiã vt aliquã videat, ſi in Eccleſia nimis figit oculos in aliquam vel facit nutus, ſi miſit vel detulit nunciũ ſuper his, ſi conſuluit hæc, ſi ſcripſit litteras, ſi dedit muſicã, ſi loquitur vel audit turpia cũ periculo caſus, ſi habet moroſas cogitationes de turpibus, ſi peccata præterita rememorat cũ delectatione, ſi ex his in ſomnis pollutus eſt, ſi fecit aliquid contra naturam vel cũ beſtijs, ſi ornauit ſe vel poſuit ſe in feneſtris vel

alibi

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

alibi vt concupiſceretur, vel ad hoc voluit habere diuitias vel eſſe elegãtis formę, ſi ad excitandã ſui concupiſcentiã oſtendit pectus vel verẽda ſui corporis, ſi tãgit pudẽda alterius, ſi legit libros de turpibus aduertẽs de periculo caſus, ſi exponit ſe periculo conſentiẽdi malo intrando locũ meretricũ vel domũ alicuius, ſi comedit vt eſſet potẽtior ad peccãdũ, ſi laudauit ſe vel aliũ de aliquo peccato, ſi defert odorifera, vel vellet habere gr̃as vt cõ placeret ĩ malã partẽ, ſi ſine magna cauſa vxorati ſibi inuicẽ negant debitũ, vnde ſunt cauſa q̃ extra matrimoniũ fiat aliqua corruptio, ſi extra vas mittit ſemen ne ſequatur gn̄atio, ſi cognouit mẽſtruatã.

CIrca.7. ſi furatus eſt, ſi decepit emẽdo vel vẽdendo, ſi dãnificauit ſata venationi vacãdo vel cũ proprijs beſtijs vel alio quocunq; modo, ſi dat ad vſurã vel habet contractũ vſurarium, ſi emit vilius ratione præuentionis ſolutionis vel vẽdit carius ratione dilationis, ſi habet ſocietatem illicitã, ſi ſine cauſa accipit ſub vſura ab eo qui nõ eſt paratus ſic dare, ſi vẽdendo occultat notabile defectũ rei, ſi eſt nimis aſſuetus ludere in magna ſumma & cum blaſphematoribus, ſi lucratus eſt cum falſis chartis vel per fraudẽ vel ab eo qui non poteſt alienare, vel ab eo quẽ per vim traxit ad ludum, ſi non ſoluit debita cũ poſsit, ſi detinet mercedẽ ſuorum ipſis inuitis, ſi dedit ſententiam iniuſtam, ſi fauit liti iniuſte, ſi habet litẽ iniuſtam, ſi re

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

perit rem a missam & non reddit, si emit rẽ furatã & non reddit vero dño, vel si petit ab eo precium quod dedit furi, si in domo receptat fures, si vẽdit panẽ vel vinum vel aliam rẽ vitiosam, si artifex in suo artificio fecit defectum vel dolum.

Circa.8.interroga, si dixit falsum testimoniũ, si mẽtit⁹ est in præiudiciũ alterius, si murmurat de alijs taliter q̃ infamãtur, si sine sufficiẽtibus indicijs iudicat ad malũ facta aliorũ, si inquirit vitas proximorũ ad diffamandũ eos, si dixit aliquid contra aliũ animo infamandi, si laudat mala vel vituperat bona, si curauit scire quod alius acceperat sub secreto vel iuramẽto, si gaudet quòd alij infamentur vel vituperentur.

Circa.9.si vult habere aliena quocũq; modo etiã contra iustitiã, vel cupit habere diuitias ad malũ, si cupit inordinate habere bona tẽporalia, vel nimis afficitur illis & pro eis acquirendis & cõseruãdis est nimis solicitus omissis spiritualibus necessarijs ad salutẽ, si nimis prẽfert tẽporalia spiritualibus & ea quæ sunt corporis his quæ sunt animę. De decimo visum est in.6.

De superbia interroga, si nimis præsumit de se, contẽnendo Deũ vel in præiudiciũ proximi, si est nimis glorioſus faciendo bonum principaliter vt ab hominibus laudetur, si se vel alium laudat de pecatis, si proximũ errantem despicit magnificando se, si fuit inobediens suis maioribus.

De aua-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

De auaritia, vide circa.9.præceptū. De luxuria circa.6. De ira circa.5.si cum ira offert res diabolo vel maledicit ex animo, mortale est de se.

Circa inuidiam interroga si lętatur de aduersitate proximi & gaudet de eius infortunio, si nollet ꝙ alius sciret aliquā artem vel officiū, sed ipse esset singularis, si dolet ex eo quòd aliqui virtuose viuunt, si defectus aliorum notabiles detegit vt vilipendantur, mortalia sunt de se.

De gula interroga, si ex sola gula comedit quæ sibi nocitura credebat notabiliter, si comedit carnes vel oua in diebus prohibitis, si est causa ꝙ aliquis inebrietur, si fregit ieiunium ad quod tenetur vel fecit quòd alius frangeret.

De accidia, si ex accidia omisit ea ad quæ tene tur vt missam vel horas vel ea quæ vouit.

De operibus misericordię corporalibus, si vidit aliquē in extrema necessitate famis, potus, hospicij vel vestis & huiusmodi & non subuenit, si nimis abundat in bonis: ita ꝙ habet superflua multa statui suo & vidit alios valde egere, si dimisit aliquem insepultum, vel sepeliuit in Ecclesia paganum hęreticum excōmunicatum vel alium quem constat in mortali obijsse.

De spiritualibus, si nō fert patiēter aduersa sed ex impacientia vult desperare vel prorūpit in verba blasphemiæ, si dimisit corrigere fraterne quādo sciebat posse prodesse, si male consuluit.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Si.5.ſenſus nõ habet mortificatos, ſed vſum eorũ non refert in Deũ ſed ad peccatum, vt ſi vadit videre fœminas & videt ad concupiſcendũ & tangit aliquem libidinoſe, defert odores ad malũ, audit murmurantes in infamiam alterius, guſtat prohibita vel tempore prohibito & huiuſmodi.

De præceptis Eccleſiæ, ſi non audit miſſam in diebus de præcepto vel recitat tẽpore quo aliquid alte dicitur, ſecundũ aliquos hoc eſt mortale, ſi in eis laborãt ſine cauſa & cũ omiſsione diuinorum vſq; ad vltimã defatigationẽ, ſi non confitetur ſemel in anno et cõmunicat in paſchate, ſi nõ ſoluit decimas nec euitat excõmunicatos, ſi incurrit excõmunicationẽ, ſi non ieiunat ieiunia Eccleſiæ.

De quibus clerici, dñi, vxorati & pueri ſint interrogãdi ſpecialiter, vide infra. fol. 119. Prædicta omnia ſuper re notabili et deliberata ratione cõmiſſa ſunt mortalia peccata. de his infra latius agitur.

Gratiæ notabiles ordinum mendicantiũ quæ habentur Hiſpali auctenticæ.

EVgenius. 4. Confeſſores noſtri quãdo ſunt in itinere vel alibi, ita ꝙ non poſſunt cõmode petere caſus Epiſcopales, eo caſu poſſunt vti plenarie autoritate Epiſcopali.

Alexãder. 4. Fratres noſtri poſſunt cõcedere ſuis auditoribus in ſermonib⁹ indulgẽtiã. 40. dierũ. Itẽ recipientes nos ad hoſpitiũ, vel faciẽtes nobis eleemoſynas, habẽt indulgentiã. 40. annorũ.

Grego

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Gregorius.9. Audiẽtes ſermones noſtros haben.15.annos indulgentiæ.

Calixtus.3. Fratres noſtri laici poſſunt tangere calices & lauare corporalia.

Innocentius.8. Sacerdotes noſtri celebrantes in diebus dominicis & in feſtis domini noſtri Ieſu Chriſti, vel in feſtis beatę virginis, vel ſanctorũ ordinis, vel communicantes in his diebus habent indulgentiam plenariam.

Sixtus.4. Moniales ordinis poſſunt lauare corporalia dũ modo ſint prius lota a fratribus. Itẽ in receptione cuiuſlibet habit⁹ ordinis & in die obitus habẽt religioſi noſtri indulgẽtiam plenariam. Item omnes ſacerdotis noſtri poſſunt benedicere omnia indumenta ad miſſam, & ſolus prouintialis vel vicarius generalis poſſunt benedicere corporalia. Item ꝙ priores conuentuales poſſunt abſoluere fratres ſuos & alios ad ſe venientes a quacunq; excõmunicatione, & diſpẽſare ſuper irregularitate, niſi eſſet talis caſus propter quã ſedes apoſtolica eſſet conſulẽda. Caſus autẽ propter quos ſedes apoſtolica eſt cõſulẽda, ſunt, hæreſis relapſus, ſchiſma, falſificatio litterarũ apoſtolicarũ, & delatio prohibitorũ ad infideles, & ab his q̃tter in ãno poſſum⁹ abſolui per cõfeſſores deputatos à prẽlatis vt videbitur infra. Itẽ priores conuẽtuales prouintię Hiſpanię, Lõbardię & bethicę, ordinis prędicatorũ poſſunt abſoluere fratres ſuos ab omnibus à

bus à quibus põt magiſter ordinis in toto ordine.

Iulius.2. Sacerdotibus ordinis licet miniſtrare euchariſtiã quibuſcũq;,excepto die reſurrectiõis.

Leo decimus. Dicentes quinquies pater noſter cum aue Maria in Eccleſijs noſtris habemus omnem indulgentiam & gratiam factam cuicunque loco vel Eccleſiæ.

Itẽ ꝙ in forma obſeruationis ceſſationis à diuinis nulla ſit ĩter nos differẽtia inter ceſſationẽ a diuinis & interdictũ quodcũq; ita ꝙ liceat in cõmuni & priuate dicere horas & celebrare, vt patet in 3.compilatione priuilegiorum.fol.59.conceſ.165.

Item ꝙ liceat nobis quatter in anno abſolui per confeſſores deputatos a quacunq; tranſgreſsione regulę & præceptorum quoruncunq; tanta plenitudine quanta poſſet ſummus pontifex & reſtitui innocentiæ baptiſmali & ꝙ qui ſub ſpe huius pec cauerit in nullo ſibi ſuffragetur.

Item ꝙ indulgentiæ quas habemus pro viuis, poſsimus applicare defunctis per modũ ſuffragij.

Item oſculantes habitum ordinis conſequuntur quinq; annos & totidem quadragenas de iniunctis pœnitentijs.

Item ꝙ liceat nobis alienare bona immobilia de licẽtia prouintialis & aſſenſu maioris partis cõuentus dummodo precium expendatur ad emendum bona vtiliora eiſdem monaſterijs.

Item ꝙ tempore interdicti non teneamur euitare la-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tare laborantes in domibus nostris etiã si non sint familiares nostri & eis detur salarium.

Item q̃ tempore interdicti liceat ministrare sacramẽta omnia nostris seruitoribus & sepelire eos & tam ipsi quam procuratores nostri & operarij qui personaliter insistunt nostris operibus & continuo, possint audire diuina in locis nostris.

Item licet nobis dicere solum mentaliter aut legendo intra nos per librum ea quæ iubentur dici secrete tam in horis quam in missa, & idem quando quis per se recitat.

Item q̃ generalis seu prouintialis vel vicarij possint determinare (& si res magni põderis sit) cum consilio aliquorum patrum in quibuscũq; dubijs & scrupulis tangẽtibus conscientias subditorum autoritate apostolica & subditi eorum determinationi stare debeant.

Item quòd facientes violẽtiam in locis nostris possint absolui à prælatis nostris.

Item q̃ possit prouintialis instituere de cõsilio diffinitorum duos vel tres fratres qui possit instituere calendariũ pro toto anno cũ regulis necessarijs, & q̃ omnes de prouintia faciant officiũ sicut ipsi ordinauerint, siue de sancto siue de feria.

Item q̃ nõ tenemur dare decimas de terris nostris etiã si non colantur per nos sed per colonos.

Item quòd liceat audire confessiones quarumcunq; personarum. Item

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Item quòd liceat ſepelire fratres noſtros in Eccleſijs noſtris decedentes tẽpore interdicti ordinaria autoritate appoſiti pulſatis campanis & cũ miſſa, ac ſi non eſſet interdictum.

Item quòd liceat accipere Eccleſias & loca de nouo ſine licentia ordinarij.

Item ꝙ dicẽdo ſex, pater noſter cũ totidem aue Maria, & in fine cuiuſlibet, gloria patri, conſequamur omnes indulgẽtias q̃ ſunt Romę & in Hieruſalẽ, & apud ſanctũ Iacobum in cõpoſtella quacũq; hora diei vel noctis, & quocunq; loco dicãtur.

Et nota ꝙ inter magnas indulgentias quæ ſunt Hieroſolymis in Eccleſia ſancti ſepulchri eſt quottidie indulgẽtia liberationis vnius animæ à purgatorio. Ideo caue ne omittas quottidie dicere prædicta ſex pater noſter & aue Maria.

Item non tenemur euitare excommunicatos etiam nominatim, niſi quando communiter euitantur a clero & populo.

Item omittentes aliquid de diuino officio & qualitercunq; illud dicentes dum modo non fiat ex malicia ſatisfaciant & pro ſupplemento omiſsi dicant aliquem pſalmum.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Vbius quidam ſanctus homo, ad quid, poſt tot inſtitutos ordines in Eccleſia, nouus ordo prædicatorũ à beato Dominico adinueniretur, præmiſſa oratione comiſſit ſe Deo: vt aperto Miſſali, quod ſibi occurreret, tanquã oraculum ſui dubij acciperent. Quo facto coniectis oculis ad primum capitulũ, occurrit primo illud, quod in Præfatione Virginis canitur: Laudare, benedicere, et prędicare. Et ſtatim ſedatus animo, veniens ad beatum Dominicum, quod ſibi acciderat reuelauit, gratias agens Deo. Et vere ad hoc Prædicatorum ordo adinuentus eſt: Vnde in vanum accipit habitum, & mentitur in caput ſuum militãs ſub hoc ordine, ſi toto conamine non curat: laudare, benedicere, & prædicare Deum ſuum: Et vt multifariè, multíſq; modis hoc apud cunctos fiat: varias, ac multiformes adinuentiones excogitet. Et, ne in hac damnatione eſſet quidam eiuſdem Ordinis immeritus profeſſor conuentus ſancti Pauli Hiſpalenſis, ex ſententijs doctorum tractatulum hunc confecit. In cuius prima parte tria per ordinem ſunt expedienda. Primo agetur de bonitate, autoritate, & ſcientia confeſſorum. Secundo de partibus pœnitentiæ: ſpecialiter de confeſſione. Tertio de modo obſeruando in exercitio confeſſionis: interrogando, & pœnitentias iniungendo. In ſecunda vero parte quæſtiones morales cũ de-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

terminationibus adiungentur. Sed, ante quàm rem aggrediamur, aduertendū, ꝙ duplex eſt modus prædicandi, ſcilicet publicus, & ſecretus, ſeu priuatus. Publicus modus prædicandi periculoſior eſt prædicāti: ſi in timore Domini & humilitate ad Dei gloriam ꝓciſe prædicando ſe conſeruare non ſtudeat: qūia nulla eſt tanta humilitas quæ dulcedine gloriæ non tangatur. & tamen minus eſt periculoſus audientibus: quia ſi falſa aut male ſonantia proferat, habet multos obuiantes: & error, cui ſtatim reſiſtitur, parum nocet. Ex prædicatione autem in priuato, maxime ad aurem in confeſſione, ſi bonitate vitæ, & ſciētia, non ſit confeſſor ornatus, innumerabiles contingunt deffectus, vel alliciēdo pœnitentem ad malum, vel abſoluendo, quem non Deus abſolnit. Ideo prudentes Chriſtiani bonum quærunt confeſſorem, & doctum. Et ſine comparatione confeſſor huiuſmodi maiorem in Eccleſia facit fructum, & apud Deum dignior eſt doctorali laureola, quàm qui publice & gracioſe ꝓdicat: quia, & labor magnus, & fructus certior. Vt igitur ſine multo labore, confeſſionum audiētiæ dediti, ſecurius intendant ſaluti animarum, cōpilata ſunt in hoc libello, quæ diffuſe tradita ſunt à doctoribus: quæ ad hoc valent ad laudem, & gloriam Domini noſtri & Chriſtiferæ Mariæ meritiſſimæ matris eius.

Quoad

Incipit Summa seu Margarita confessorum edita à quodam religioso cõuentus sancti Pauli Hispalensis Ordinis prædicatorum.

VOAD PRIMVM DIcit beatus Augustinus: Sacerdos, ante quem statuitur omnis lãgor, in nullo illorum sit iudicandus, quæ in alio iudicare est promptus. Alias aliũ iudicando seipsum condemnat. Cognoscat igitur se, & purget in se, quod videt alios sibi offerre: proijciat a se, quod in alijs culpabile reperit. Animaduertat dictũ Domini: Quĩ sine peccato est vestrum. &c. Et secũdum beatum Tho. audiens confessiones cũ conscientia peccati mortalis, mortaliter peccat. ¶ Duo debet habere confessor scilicet, timorẽ sui, vnde fiat circunspectus: & zelum animarum, ideo oportet ipsum esse sollicitum in audiendo. Consideret, ꝙ ipse est vt mare æneum in templo domini: vbi lauabantur animalia offerenda in sacrificium: ex quorum immundicijs efficiebatur immundum. Vnde Gregorius: Fit plęrumq;, vt animus pastoris audita tenta

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tione ouis,& ipſe tentetur:ſed hæc nequaquam timenda ſunt paſtori:quia Deo cũcta pẽſante ſubtiliter,tanto facilius liberatur quis à ſua, quanto magis tentatione fatigatur aliena.Ideo cum tremore debet audire confeſsiones, & non cum riſibus,& leuitate.Exo.38.iuſsit dominus fieri labium æneũ de ſpeculis mulierum in quo lauarẽtur ſacerdotes Sancta ſanctorum ingreſſuri.quod ſignificat ſacrã ſcripturam, vbi ſunt exempla ſanctorũ, quam inſpiciendo videbit maculas ſuas ſacerdos,& intelliget inſidias diaboli.De ſecundo dicit ergo. Nullũ ſacrificium eſt ita Deo acceptum, ſicut zelus animarum.vnde poſt promulgationem confeſsionis ſubdit Iaco: Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ animam ſuam ſaluabit:&:Charitas operit multitudinem peccatorũ. Et quia moderno tempore non minus trahuntur ad Deũ homines(experientia teſte) per confeſſionem, quando diligenter fit,quã per prędicationem:ideo,qui vocatur ad huiuſmodi,non debet differre.Quantuncunq; tamen ſacerdos ſit malus, effectum confert ſacramenti cum ſacramento, ſi non ſit prędiſus ab Eccleſia, nec ſuſpenſus.Et quod dicitur.1.q.1.cap. ~~dictum eſt~~. Remiſsionem peccatorum non confe rũt auari,intelligitur de præciſis.vel ſi loquatur de alijs intelligitur, q̃ non dant ex merito vitæ : ita vt ſit ſenſus:non dant.i.non ſunt digni dare. ¶ De autoritate confeſſoris,nota, q̃ non ſacerdos,& ſi poſ

remiſſionem.

ſit au-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

fit audire confeſsiones in periculo mortis, non tamen poteſt abſoluere: niſi deprecatiue. ſi enim abſolueret indicatiue, incurreret ſecũdum quoſdam irregularitatẽ, ſicut ſi celebraret. Sed ut patet ex capi: Is qui. De ſentẽ. exco. lib. 6. vbi habetur, quod nullus incurrit irregularitatẽ, propter quodcunq; delictum, niſi ſit iure expreſſum: non videtur irregularis: quia non eſt iure expreſſum: ſicut de celebrante. Et confeſſus non ſacerdoti tenetur iterum confiteri. Quia ſolis ſacerdotibus dictum eſt: Cui remiſſeritis peccata, remittuntur eis. Ioan. 20. Dicit autem Scotus in. 4. diſt. 17. q. 1. arti. 3. q vir diſcretus in nullo caſu debet confiteri laico. Alij autem qui in articulo neceſſitatis laico confitentur, ex ſimplicitate excuſantur. Quia forum confeſsionis eſt ſecretiſsimum ex natura ſua: & nullus tenetur ad illud vt aliquo modo fiat publicus. Vnde nec laico, nec per interpretem debet quis confiteri: nam confeſſor & interpres, ſi vellẽt malignari, poſſent eſſe teſtes contra ipſis confeſſum. & ita ex natura ſua hæc accuſatio poteſt venire in publicũ, nec eſt pœnitentialis. & eadem ratione pluribus ſacerdotibus ſimul non eſt confitendum, nec per ſcriptum. Sed in his caſibus confiteatur Deo ſoli cum propoſito confitendi homini data opportunitate: & interim ex impoſsibilitate homini idoneo confitendi, excuſatur. Sed Magiſter, & plures alij poſt beatũ Augu. conſulunt, quod confiteatur

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

laico. vnde dicit Augu, Tanta est vis confessionis, vt si deest sacerdos, cõfiteatur proximo. Immo videtur sanctus Tho. sentire, quando deest sacerdos in casu necessitatis, necessarium esse laico cõfiteri. Dicit enim quod in sacramẽto pœnitẽtiæ aliquid est ex parte sacerdotis, scilicet, absolutio, & satisfactionis iniunctio: aliquid ex parte pœnitentis, qđ est de essentia sacramenti, scilicet, contritio, & cõfessio. Et ad plenitudinem sacramẽti vtrũq; debet concurrere, quando est pòssibile: sed si necessitas imminet debet pœnitens facere quod est ex parte sua, scilicet, conteri & confiteri cui potest: qui licet nõ debeat absoluere, defectum tñ absolutionis supplet sũmus sacerdos: & confessio sic facta laico aliquo modo est sacramẽtalis. Sed qđ dicit Sãctus doctor, quod in necessitate debet peccator facere quod est ex parte sua, intelligitur de debito honestatis & de congruo, quia ex humilirate illa multũ merebitur, & ex verecundia aliquid satisfaciet: nõ autẽ loquitur de debito necessitatis. Et, quãuis in supficie Doctor subtilis videatur dissonare à beato Augu. & à Sancto doctore & ab alijs docto. cõmuniter asserẽtibus qꝑ laico in necessitate est cõfitendũ, sine dubio nõ sic est. Vnde mens Scoti est, quod quando ex confessione facta laico vel per interpretem, vel per scriptum, vel pluribns sacerdotibus simul, timetur sequi aliquod inconueniens, vel reuelationis, vel scandali: tunc non debet fieri.

Sed

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Sed his ceſſantibus fieri poteſt. Et de hoc in ſequẽ tibus latior ſermo erit.

De miniſtro pœnitentiæ.

NOtandum, ꝙ quilibet ſacerdos poteſt quemli bet hominem abſoluere, & à quolibet, ſecun dum Durandũ circunſcribendo omnẽ ordinatio nem Eccleſiæ. Nã concurrẽtibus q̃ ſunt de neceſſitate ſacramenti & debita diſpoſitione ſuſcipien tis, eſt ſacramentũ: & ſuſcipitur omnis effectus ſacramẽti. ſed circũſcripta omni ordinatione Eccle ſiæ, ſacerdos quilibet eſt debitus miniſter ſacramẽ ti pœnitentiæ: & confeſsio peccatorũ debita materia: forma autem debita eſt: Abſoluo te. Confitens autem, ſi ſit pœnitens eſt ſufficienter diſpoſitus ad ſuſcipiendum ſacramentum & rem ſacramenti. Ergo, ſi dicatur, ꝙ nõ quilibet ſacerdos eſt debitus miniſter, nec quilibet peccator pœnitens eſt ſufficienter diſpoſitus ad ſuſcipiendũ ſacramẽtum à quolibet ſacerdote, quia pœnitentia eſt ſacramentum iudiciale, & ideo requirit ꝙ eius miniſter ſit ſacerdos iuriſdictionem habens, & ꝙ iudicandus ſit ei ſubditus (quod non inuenitur in quolibet ſacerdote reſpectu cuiuſlibet peccatoris) hoc non cogit. quia & ſi pœnitentia ſit ſacramentum iudiciale, tamen eſt voluntariũ: & ſacerdos qui eſt iudex in pœnitentia, magis eſt arbitrarius de voluntate partiũ aſſumptus: quã habẽs iu-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

risdictionẽ de se super partes eis inuitis. Cũ enim iudicium pœnitentię agatur inter Deum, & homi nes: cõstat, qꝫ ex parte Dei sacerdotes est iudex vo lũtariè assumptus, qui fecit sacerdotes mediatores & arbitros inter se & homines. Idem etiam est ex parte hominum. quia, quãtuncũq; sacerdos sciret peccatum pœnitentis: nisi ipsemet illud exprimeret, & subderet se iudicio sacerdotis, non posset sacerdos iudicialiter agere cũ eo. sed, si peccator voluntariè se subdat iurisdictioni sacerdotis, assumẽs illum, tanquã arbitrum, quem Deus prius assumpsit: ex hoc videtur, qꝫ ille sit verus iudex, & peccator subditus in tali iudicio. Argumentum ad hoc est, qꝫ in casu necessitatis, vbi nullũ statutũ Ecclesiæ ligat, sed omne cessat, quilibet sacerdos potest quemlibet de quolibet peccato absoluere: nec posset statui cõtrarium. Et Papa qui nulli statuto subditur, à quolibet sacerdote de quolibet potest absolui. Sed dicendũ, qꝫ cessante omni statuto Ecclesiæ, non quilibet sacerdos, sed solũ sacerdos habẽs iurisdictionem super pœnitentem est debitus minister sacramenti pœnitentiæ. Vnde à principio Ecclesiæ dominus prefecit Petrum curatum dicens: Pasce oues meas: & tibi dabo claues. &c. Et, sicut modo sine licentia curati non licet alteri confiteri: sic nec tunc sine licentia Petri et sicut modo nõ licet Cardinalibus sine licẽtia Papę confiteri: sic nec tunc Apostolis sine licentia Petri de iure com-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

communi:poſtquam fuit neceſſaria cõfeſsio:licet libertas ſpiritus, ſcilicet, nõ habeat legem. Et quãuis omnes Apoſtoli fuerint immediate à Chriſto ſacerdotes ordinati in die cœnę. quãdo dixit: Hoc facite in meam cõmemorationem: non tamen in Epiſcopos, niſi Petrum cui ſoli dictum eſt: Paſce oues meas. Vnde beatus Iacobus ab Apoſtolis cõſecratus eſt primus Hieroſolymorum Epiſcopus. Et dato quod omnes Apoſtoli eſſent à Chriſto facti Epiſcopi: tamen ab eo Petrus vocatus eſt Cephas, quod interpretatur Petrus, & caput. Inde eſt quod in Euangelio alijs ſemper præfertur: & primus Apoſtolorum dicitur: quia voluit Chriſtus vnum habere vicarium, & Eccleſiam vnũ caput, à quo cæteri tenerent quidquid haberent. Credibile tamen eſt, ꝙ tota autoritas Petri de gratia ſpeciali delegata eſt cuilibet diſcipulorum, ſiue à domino, ſiue ab ipſo Petro: ſicut modo bonis & ſecuris ſubditis, de quibus ſperatur ꝙ non abutentur, ſolent prælati concedere plenam ſuam autoritatẽ eligendi confeſſorẽ, & alia faciendi, quæ alias mãdatum exigunt ſpeciale & licentiam. Et volũtas Chriſti erat & Petri: qui non quærebant, niſi ſalutem animarum: quòd omnes boni, quales ſciebat illos eſſe qui tunc erant, ita poſſent abſoluere ſicut ipſe. Nouerat enim Paulum ita bene vſurum, ſicut ſe: & ſimiliter alios bonos. Ad motiuum Durandi dicendum, ꝙ in re ſua quilibet eſt moderator &

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

arbiter:& de ſuo quilibet poteſt facere quod vult. Vnde quia de contractibus vel quæſtionibus non cõpelluntur homines litigare corã iudice niſi velint,poſſunt in talibus eligere arbitros, vel inter ſe cõponere,& ſubmittere ſe cuicũq; iudici.quo facto tenebit ſentẽtia,quaſi à ſuo iudice in ſubditos lata:ſicut iudices,nullum habentes ſubditum, iudicant volentes ſe eis ſubdere.

Quis ſit dicendus proprius ſacerdos.

SI autem ſit aliquid de quo teneatur quis reſpondere corã certo iudice,ſicut de delicto, de quo accuſatus corã alio iudice remittitur ad iudicẽ loci delicti: de talibus non poſſunt actor & reus in extraneum iudicẽ conſentire,niſi de licentia iudicis,cui in hoc ſunt ſubditi. Et propter hoc clerici non poſſunt renũciare priuilegio fori,& ſubmittere ſe alieno iudici: niſi de licentia Epiſcopi cui ſubiecti ſunt. Cũ ergo ex ordinatione Chriſti oĩs anima ſubdita ſit Petro,de his in quibus ei ſubdita eſt,alij ſe ſubdere non poteſt,niſi de eius licẽtia. Ex quo autẽ poſt paſsionem Dñi, homo mortaliter peccauit:& poſt baptiſmũ ſuum, tenetur ad arbitriũ Petri ſatisfacere, cui claues cœli datæ ſunt. Vnde ſine licentia Petri explicita vel implicita de peccato mortali non licuit alteri confiteri.Similiter li-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ter ligatus maiori, vel minori excommunicatione non potest se ipsum soluere: sed a Petro debet solui, cui cõmissa est autoritas soluendi: & in his non potest se alteri subdere. Sed de peccato veniali potest homo per seipsum sine Petro, & quocunque sacerdote soluere seipsum: similiter de mortali, de quo semel est absolutus. Vnde, nisi ordinatio Ecclesiæ sit in contrarium, potest secundum doctores quilibet sacerdos absoluere quemlibet sibi volentem confiteri de omni veniali & etiam à mortali de quo est semel absolutus. quia in his nulli est obligatus homini. ideo de his potest se submittere cui vult, etiam simplici sacerdoti nõ curato. nisi q̃ si sunt religiosi, sine assensu prælati nihil tale debent agere: sed, si agant, absolutio tenet: quia concurrunt essentialia sacramenti. Similiter si velit quis confiteri alieno sacerdoti cum intentione nihilominus confitendi proprio sacerdoti, & satisfaciendi eius arbitrio: tũc posset alius eũ absoluere: quia sic nõ preiudicat iuri eius: maxime, quia secũdum Raymundũ, potest alienus sacerdos absolue re, ponendo spẽ in rati habitione proprij sacerdotis. Ex dictis patet, q̃ confessio facta alieno sacerdoti non tenet: quia sententia lata à non suo iudice nulla est. & similiter si à suo de casibus reseruatis: quia in illis est non suus. ¶ De iure ergo diuino est, quòd quis confitcatur proprio sacerdoti, non alieno, præsenti (quia, si sit absens, non te-

netur

netur neceſſario confiteri laico nec per ſcriptum, quãuis ſi velit, poſsit) bene intelligenti eum: quia ſi ſit alterius linguæ poteſt confiteri per interpretẽ ſed non tenetur: non reuelatori confeſsionis, nec ad malum ſollicitanti. Et de his infra. ¶ Sciendũ, ꝙ confeſsio ſacramentalis, ſiue de mortalibus, ſiue de venialibus, non debet fieri regulariter, niſi proprio ſacerdoti. quia regula iuris eſt, ꝙ, qui condẽnare non poteſt, abſoluere nõ poteſt: & nemo poteſt ligare, niſi ſibi ſubditum. Et ita oportet cõfeſſorem habere iuriſdictionem ſuper confitentem. Vnde dicitur. De pœni. & remi. ca. Omnis, ꝙ quilibet cõfiteatur omnia peccata ſemel in anno proprio ſacerdoti. & ſicut non poteſt Papa facere, ꝙ non ſacerdos abſoluat in foro pœnitentiali: ſicut nec, ꝙ conficiat: quia hoc eſſet mutare naturam ſacramenti. ita non poteſt facere, ꝙ ſacerdos nõ proprius abſoluat. quia implicat contradictionem, ꝙ quis abſoluat, vel liget non ſubditum (ſicut in naturalibus, ꝙ agens agat in paſſum) ſuper quod nõ habet dominium. poteſt tamen facere de non proprio proprium dando iuriſdictionem non habenti: & de proprio non proprium auferendo iuriſdictionem habenti: quia quantum ad claues iuriſdictionis ipſe habet plenitudinẽ poteſtatis. Sed nota ꝙ aliquis dicitur proprius ſacerdos dupliciter. Vno modo ſtricte: & ſic dicitur proprius ſacerdos quicunq; iure ordinario ſiue per electionem, ſiue

quouis

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quouis alio modo habet curam animarũ. Alio mo do dicitur large proprius ſacerdos quicũq; habet poteſtatem abſoluendi ordinariam vel delegatã. Qui poteſt audire confeſsiones primo modo, po teſt hoc ipſum alteri committere. Non autem qui audit ſecũdo modo ſolum ex cõmiſsione. ¶ Ad vi dendum quis ſit proprius ſacerdos in ſpeciali, ſciẽ dum q̃ Papa qui nullum habet ſuperiorem, habet proprium ſacerdotem, quem duxerit eligendum: qui autoritate Chriſti poteſt eum abſoluere, & li gare in foro pœnitentiali: quia cũ poſsit ligari vin culo peccati ſicut & alij indiget remedio. Et Chri ſtus non reliquit eum ſine remedio: non poteſt ta men ligari in foro exteriori, ſicut nec poteſt excõ municari. Et, ſi excõmunicatus eligatur in Papã, antequam conſentiat habet ſuperiorem à quo po teſt abſolui: ſi vero prius aſſentiat, poſtea non põt abſolui nec indiget: quia nulli legi poſitiuę ſubeſt. Nec talem electionẽ impedit excõmunicatio: nec lex poſitiua prohibens excommunicatum à per ceptione ſacramentorũ. quia & ſi Papa poſsit ſta tuere q̃ excõmunicatus non ſit eligibilis in Papã: ſic vt ſtatuit q̃ debet habere duas partes & q̃ ele ctores eius includantur. De electio. capi. Vbi peri culum. li. 6. Et de imperatore, q̃ non poteſt elegi periurus, et excommunicatus: non tamen hoc ſta tuit. ¶ Qui ſunt de familia Papę habent ſummum pœnitẽtiarium cum Papa pro proprio ſacerdote:

qui

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quia nulli alij ſubſunt. Capellani autẽ eius per mũ dũ diſperſi, nõ ſunt propter hoc ab alijs exempti. Cardinales, ſi ſunt Epiſcopi, vel legati, eligere poſ ſunt confeſſorẽ, quem velint. Simplices autẽ Cardinales, etiã ſi ſint presbyteri, cum non ſint prẹlati, ſed coadiutores ſummi prælati, non poſſunt eligere confeſſorẽ ſine licentia Papæ, vel ſummi pœnitentiarij: eorum verò commenſalis familia de licentia ipſorum põt ſibi eligere confeſſorẽ. Et tam horum, quã omniũ manſionariorũ in curia, Papa eſt, quaſi Epiſcopus proprius, & ſummus pœnitẽtiarius quaſi curatus. Patriarchæ & alij prælati habent pro proprio ſacerdote ſuos immediate ſuperiores. Vt Epiſcopus Archiepiſcopũ: ille Primatẽ: ille Patriarchã: ille verò Papã, niſi ſint exempti. Et nihilominus omnes iſti poſſunt eligere cõfeſſorẽ qui poteſt eos abſoluere ab omni peccato, & vinculo excõmunicationis à quo põt Epiſcopus abſoluere inferiorẽ, & cõmutare vota, relaxare iuramenta, & diſpenſare in oĩbus, in quibus ipſi poſſunt cũ inferioribus, De pœni. & remi. ca. vlti. nec perdit hoc priuilegiũ per hoc ꝙ eſt in curia Papę. Sed ſi deſinat eſſe Epiſcopus: vt quia cedit loco & dignitati de licentia Papæ amittit priuilegiũ: quia non habet iã Epiſcopi dignitatẽ: licet habeat veritatem. Si verò loco cedit, nõ dignitati, habet, ſicut prius. Aliqui tamen dicũt ꝙ Epiſcopus excõmunicãtus non poteſt abſolui ab excommunicatione à

confeſ-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

confessore per ipsum electo: quia non habet potestatẽ, nisi ex electione Episcopi: q̃ tũc nulla est. sed dic, q̃ iste confessor nõ habet autoritatẽ ab eligente: sed à iure cõmittẽte: sicut qui eligitur ab eo, qui per bullã potest eligere confessorẽ habet autoritatẽ non ab ipsis eligentibus, sed à cõcedente bullã. Et possibile est, q̃ quando elegit eũ in confessorẽ neuter erat ligatus aliquo vinculo: & dato q̃ tempore electionis ambo essent ligati maiori excommunicatione, adhuc potest ab eo absolui: dũ modo quando absoluit non sit ligatus maiori. Et generaliter omnes prælati exempti, vt sunt priores mendicantium & Guardiani habẽt idem priuilegium. Abbatissa verò, etiam si sit exempta & iura Episcopalia exerceat ponendo officialem, non potest eligere confessorẽ, quia nõ est prælata, cũ non habeat claues iurisdictionis: & si eius officialis excõmunicat: quod non põt ipsa per se, nõ est ipsius autoritate sed Papę. Similiter quicunq; præest quibuscunque ex commissione alterius, & est delegatus, non potest dici prælatus, vt Supprior in religione, & Prior non conuentualis: aut Prior conuentualis sub Abbate non per electionem, sed ab ipso Abbate de consilio seniorum institutus: nisi quando mortuo vel amoto Abbate vel Priore ipsi fiunt quasi ordinarij: quia tunc actio subrogata habet priuilegium eius in cuius loco subrogatur. Curatorum vero proprius sacerdos est Episcopus: &

alio-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

aliorum inferiorum prælatorum non exemptorũ, & cæterorum ſimplicium clericorũ. ¶Imperator & alij principes habẽt pro proprio ſacerdote Epiſcopum ciuitatis, in qua eſt ſedes regni vbi ſolet inungi & coronari. Domini inferiores, ſi habent ſub ſe plures ciuitates: à ſede principali ducatus vel comitatus domicilium ſortiuntur: & ſi vna nõ eſt alia principalior, ab vtroq; Epiſcopo debet licentiam petere. Et qui habet dominium in diuerſis diœceſibus, petet licentiam ab Epiſcopo in cuius diœceſi habet dominium principalius: vel ab vtroq;, ſi æquale habet vtrobiq;. Omnes alij laici curatis ſubſunt, in quorum parrochijs degunt. Et dominus Eugenius. 4. cõceſsit, ꝙ quando quis ſe reperit tẽpore Paſchæ in aliena diœceſi, intelliga tur adeptum ibi incolatum, vt poſsit ibi confiteri, & communicare, quãtuncũq; paruo tempore ibi ſteterit. Et contra prædicta nemo valet alteri confiteri. quia vt dicitur. De peni. & remi. capi. 2. li. 6. Nulla conſuetudine introduci poteſt. vt ſine proprij ſacerdotis licentia quis poſsit eligere confeſſorem: niſi diſsimulatio Papę ſit tanta, ꝙ videatur licentiatio. ¶Nota ꝙ quilibet homo habet plures proprios ſacerdotes, quibus poteſt cõfiteri. Primo habet Papam. Secũdo habet ſummum pœnitẽtiarium. Tertio habet Epiſcopum ſue diœceſis. Quarto habet Archiepiſcopũ ſuæ prouinciæ quãdo actu viſitat prouinciam, & non alias: quia ſubditi

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

diti Archiepiſcopo, niſi quando viſitat: vel ratione notorietatis delicti, etiam ſi tunc non actu viſitat. ca. Romana. De cen. li. 6. Quinto habet vicarium Epiſcopi, qui dicitur Prouiſor. Sexto habet curatum ſuæ Parrochiæ. Septimo habet legatum in terminis ſuæ legationis ſi hoc habet in mandatis. Octauo vicariũ ſui curati. Nono fratres quattuor deputatos à prouintiali in quolibet monaſterio mendicantium. Decimo religioſos præſentatos Epiſcopis & generaliter quemcunq; habẽtem facultatem audiendi confeſsiones à ſuperiori, ſiue per bullam, ſiue alio modo. Omnes prædicti poſſunt dici proprij ſacerdotes ordinarie vel ex commiſsione.

Quando poteſt quis confiteri alieno ſacerdoti.

NOtandum q̃ in his caſibus poteſt quis confiteri alieno ſacerdoti ſine licentia proprij. Primo propter quãcunq; iuſtam cauſam non confitendi proprio ſacerdoti ex culpa ſua: vt quia eſt ſollicitator ad malum vel reuelator confeſsionis. ſeu quia timet aliud graue damnum, & de his habet probabilem certitudinem: vt quia eſt expertus vel à fide dignis audiuit vel habet vehementia indicia q̃ hæc facit. Et idem quando eſt notabiliter indiſcretus. Petet tamen licentiam ab eo vel à ſuperiori

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

riori si cõmode potest facere: quia culpa vnius nõ debet alteri nocere. & sicut mortuo seu excommunicato curato: non licet eo ipso ad alium ire, sed oportet ad Episcopũ recurrere: ita & hic. sed si superior commode non potest adiri: vel si potest est æque defectuosus: vel probabiliter creditur q̃ super hoc non prouidebit sufficienter & sicut oportet: tũ quia ad Papã nõ est facilis recursus, eo ipso licet ad extraneum ire. Igitur quãdo oĩs proprius sacerdos quẽ adire potest pro tunc: est indiscretus & indignus audire propter prædicta. petita licẽtia ab eo licet nõ obtenta, licet ad aliũ ire: quia et si nõ possit audire, potest tamen & debet cõmittere. Secundo qñ mutat domiciliũ, quia tunc desinit esse parrochianus primi: & incipit esse parrochianus illius ad cuius parrochiã se transfert. Et qui habet duplex maneriũ, vnũ hyemale & aliud ęstiuale in diuersis parrochijs: in vtraq; sortitur forũ non simul sed successiue secundũ q̃ habitat hic & ibi & sacramenta recipiet hic qñ hic habitat, alias alibi. Tertio si est vagabundus non habẽs certũ domiciliũ potest cõfiteri cui vult. Peregrini autẽ si sine licẽtia curati vel Episcopi profecti sunt: olim nihil priuilegij super hoc habebãt. Sed iã indultũ est q̃ quando tpe Paschæ quis se reperit extra propriã parrochiã sortiatur ibi domiciliũ quo ad recipienda sacramẽta etiã si paruo tẽpore ibi maneat: si autẽ de licẽtia eorũ iter arripuerunt: eo ipso habẽt in

terpre-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

terpretatiuã licentiã confitẽdi cũ ſine confeſsione digne peregrinari nequeãt & ſimiliter cõmunicãdi,& de caſu Epiſcopali abſolui quia Eps licẽtiando peregrinos ſecundũ doctores,nõ retinẽdo ſibi autoritatẽ ex hoc ipſo videtur eis dare licẽtiam cõfitendi de caſibus Eparibus:ſicut curatus de parrochialibus:& idẽ dic de religioſis cũ licẽtia iter agẽtibus:qui ex incuria nõ petierũt licentiã confitẽdi cui velint in via:dum tñ malicioſe id nõ omittãt; qui autẽ habent certũ domiciliũ,ſed ad illud non declinãt,niſi ad horã vt ſunt mercatores & familia dñorum & familia laica Eporũ quia nõ ſic habent ius in ea ſicut Cardinalis, niſi eſſet ſuper hoc cõſuetudo diu & apud plures obtẽta vagabũdi reputãtur. Quarto ratione delicti cui eſt annexa excõmunicatio.ſicut qui furatus eſt in aliena diœceſi in qua lata eſt ſentẽtia cõtra tale quid furãtes abſolui nõ poſſunt niſi à ferente ſentẽtiam. Propter alia autẽ delicta interiora ſeu exteriora nõ videtur q̃ quis ſortiatur forum pœnitẽtiale in aliena parrochia ſeu diœceſi: quãuis Petrus de Palu. videatur ſic opinari. Quinto ratione neceſsitatis. quia in articulo mortis omnis ſacerdos ab Eccleſia nõ præciſus ſit proprius ſacerdos autoritate iuris. de off. ordi. cap. Paſtoralis. Et poteſt ab omni culpa & à cenſura abſoluere, ſicut poſſet Papa. Ita tamen quod ſi conualeſcat præſentet ſe illi à quo erat de iure abſoluendus & eius pareat mãdatis. Dico

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

autem non pręciſus: quia melius eſt non confiteri,quã hæretico confiteri:quando timetur de peruerſione. ſicut ſanctius eſt mori ſine cõmunione quã de manu hæretici communicare:ſicut de beato Hermigildo rege Hiſpaniæ narrat Grego. Et habetur in decretis.24.q.1.cap cœpit. q̃ martyrizatus eſt à Leonigildo parente ſabbato Paſchæ:eo q̃ de manu Epiſcopi Arriani Hiſpali,noluit communicare. Vbi aduerte q̃ iſte beatus martyr in iure appellatur rex,quãuis viueret pater rex & actu nullam ipſe exerceret iuriſdictionem. Ex quo trahitur q̃ princeps & legitimus futurus ſucceſſor: poteſt appellari rex vel dux:& alio quocunq; titulo cui ſuccedet. Sexto propter rati habitionẽ proprij ſacerdotis ſecundum aliquos doctores. Sed quia de eſſentia abſolutionis eſt poteſtas iuriſdictionis,& q̃ abſoluendus ſit ſubditus abſoluentis. Non videtur q̃ alienus ſacerdos ponens ſpem in proprio ſacerdote poſsit abſoluere: quia nulla rati habitio confirmat ſacramentum quod nullũ fuit. Sicut ſi non Epiſcopus ordinaret:rati habitio Papæ non poſſet facere quòd talis ordinatio teneret. & regula iuris eſt,quòd rati habitio retro trahitur & mandato comparatur:quando res à principio ſolo mãdato agi poteſt,non alias. Vnde in nõ ſacramentis rati habitio Papæ valet: quia ipſe ſolẽnitatem mutare poteſt:ſicut Eccleſia per nõ Epiſcopum dedicata ſola rati habitione Papæ dedica

ta re-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ta reputatur. De consec. Eccle. cap. aqua. Quando verò essentia sacramenti deficit, non habet hoc locum & totum est iterandum: potest tamen dici ꝙ duplex est rati habitio. vna de præsenti. Puta quãdo quis habet probabilitatem ꝙ si proprius sacerdos tunc adesset: gauderet ꝙ tali cõfiteretur & daret licentiam: quia alias hoc est expertus. Et ponendo spem in tali rati habitione absolui potest. Et in veritate tunc non deest iurisdictio & ex tali rati habitione quæ valet licentiæ implicite absoluendus fit subditus absoluentis pro tunc. Alia est rati habitio, de futuro vel de præterito. Puta quia credit ꝙ si prælatus tunc adesset & licentia ad hoc peteretur: non daret. post factum tamen dissimularet & diceret, trãseat. Et cum per talem rati habitionem non fiat subditus absoluẽtis pro tempore quo absoluitur. non est sacramentum. Clerici parrochiales suis prælatis tenentur confiteri vel de eorum licentia & non aliter. Sæpe tamẽ in synodis Episcopi concedunt vt omnes Clerici adinuicem confiteantur. Sicut Ecclesia cathedralis est Ecclesia cõmunis omnibus de diœcesi: ita & adhuc fortius Roma, vbi est sedes Papæ est patria communis: vnde omnis homo mundi ibi potest cõfiteri summo pœnitentiario sicut proprio curato: & pœnitẽtiarijs simplicibus sicut vicarijs sui curati. Nota tamen, ꝙ quando potestas iurisdictionis est vna apud plures, & non apud quemlibet in solidũ: non

 potest

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

potest quilibet per se illam commitere, sine consensu aliorum. Sed quod omnes tangit ab omnibus debet approbari. Sicut sede vacante totum capitulum de consensu maioris partis potest ponere officialem: & nullus de capitulo, hoc potest etiam decanus. Quãdo verò potestas iurisdictionis perfecte & in solidum residet apud quemlibet: ita qꝫ vnus sine alio potest per se ipsum de causa cognoscere: tunc potest vnus sine alio cui vult commitere: etiam minor sine maiori & multo magis econuerso. Quia omnis sacerdos qui iure ordinario potest audire cõfessiones, potest hoc ipsum alteri cõmittere. qui autẽ audit solum excõmissione non potest audientiam alteri subdelegare nisi habeat specialiter in mandatis qꝫ possit subdelegare: vel nisi super hoc sit consuetudo diu obtenta quæ dat iurisdictionem sciente & tollerante superiore. Vnde Clerici vel Capellani mercenarij conducti ad officianda beneficia curata. ad certũ tempus quãuis non audiant confessiones iure ordinario possunt committere audientiam: quando super hoc est consuetudo modo supradicto. Nullus prælatus debet dare licentiam subdito vt confiteatur ad libitum cui velit, nisi sit talis quòd constet non electurum nisi bonum & discretum confessorem: alias sibi imputatur qui permisit ouem errare libere, si præcipicium elegerit. Et idem si concessit quando petit indiscretum vel minus bonum, vel

si talem

si talem ipse Vicarium instituit. Si ergo subditus petit licentiam alteri cõfitendi indeterminate nõ det: nisi sit verisimile quòd nõ eliget, nisi æque bonum vel meliorem. Si autẽ nominet sibi aliquem de quo verisimile est q̃ sit ęque bonus non neget: quia forte habet peccatum quod erubescit confiteri & prius moreretur sine confessione: si autem apparet q̃ non sit æque bonus vel per famam, aut per cõuersationem personarum sibi cõfitentium, quæ minus religiose cõuersantur. Tunc simpliciter neget innotescẽdo quòd ille est ineptus, & q̃ paratus est ipse audire vel dare alium idoneũ. Et si ille petitus habet potestatem superioris nõ est simpliciter prohibendum: quia iudex malus ordinarius vel delegatus nõ perdit iurisdictionem, sed dicat petẽti: nõ expedit tibi quòd vadas ad illum nec ibis de voluntate mea & hoc modo soluitur illud dictum. Nõ potest esse pastoris excusatio, si lupus oues comedit & pastor nescit. Verũ est quã̃ do pastor scire debet & potest. Et quãuis homo debeat reputare alios meliores se simpliciter: non tamẽ quo ad omnia, puta quãtũ ad officiũ hoc vel illud. Et suspitiones habere licet nõ ad iudicãdum proximum: sed ad cauendum nobis sicut si video pauperem, non iudicabo furem: tamẽ ne forte sit fur custodiam rem meã ab ipso, sic in proposito. Tamen nisi cõtrarium appareat plus debet quis præsumere de his quos Papa vel Episcopus per

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

totam diœceſim præficit: quã de ſe qui ad vnam paruam parrochiam deputatur. Et nota q̃ ſecundum beatum Tho. in. 4. diſtin. 17. q. 3. artic. 3. q. 4. ad. 5. Prælatus debet eſſe facilis ad licentiandum ſubditum aliquoties alteri confitendi: quia multi ſunt adeo infirmi q̃ potius morerentur ſine confeſsione, quã ei confiteri: & qui nimis ſoliciti ſunt ſcire conſcientias ſubditorum per confeſsionem: multis laqueum damnationis inijciũt, & per conſequens ſibi ipſis. Et tenetur curatus dare euchariſtiam & alia ſacramenta dicenti ſe cõfeſſum ei qui potuit eum abſoluere ſi ſit perſona fide digna nec eſt notorius peccator, nec eſt excommunicatus: in his caſibus curatus nõ tenetur credere ſubdito dicenti ſe confeſſum: vt declaratum eſt in extrauagãti benedicti, inter cunctas. Et dicere q̃ de licentia Papæ vel aliorum ſuperiorum non licet ſubditis cõfiteri religioſis, & alijs inuitis inferioribus eſſet hæreticum: ex quo per Eccleſiam iam eſt declaratum ſicut de notionibus diuinis. Vnde æque vel tutius poteſt communicare confeſſum ſine ſua licentia habenti licentiam à ſuperiori, ſicut confeſſum ſibi vel ſuo vicario: quia magis preſumitur de idoneitate eius quem ſuperior præficit, quã quem inferior. vnde. Lex iulia. ambitus. ceſſat in vrbe: in qua omnes præbendas vacantes cõfert Petrus, qui pecuniam Simonis abiecit: ſed Giezi don petijt, quod magiſter repulit. Et ſicut ſi confitendo dicat

ſubdi-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſubditus domine non habeo q̃ ego ſciam mortalia,nec placet mihi de venialibus cõfiteri, peto eu chariſtiam:poteſt & tenetur cum tuta conſcientia dare euchariſtiam. Ita ſimiliter quando dicit domine non habeo mortale de quo non ſim confeſſus potenti abſoluere.Et ſi dicatur q̃ licentia data à ſuperiori non poteſt ſubditus vti ſine aſſenſu inferioris. Cõtra hoc eſt quod dicitur.de priuile.ca. in his quæ. vbi Papa arguit interpretantes q̃ fratres non poſſent vti priuilegio conceſſo à Papa de celebrando vbicunq; ſine aſſenſu prælatorũ: tunc enim indulgentia Papæ nihil eis valeret cum ſine ea ſolo aſſenſu prælatorum id poſſent.Ideo vt aliquid eis valeat indulgentia declarat Papa q̃ ſine prælatorum licentia id poſsint fratres vt ex dicta indulgentia aliquã gratiam videantur conſequi. Ita in propoſito:ſed contra,quia in cap. paſtoralis de priuile. Dicitur q̃ religioſi quibus eſt à Papa conceſſum Eccleſias ſuas conuertere in alios vſus decedentibus perſonis earum,niſi plus exprimatur:non poſſunt intrare poſſeſsionem inconſulto Epiſcopo : quia per talem indulgentiam non vult Papa iuri Epiſcopali derogare.Similiter in propoſito per conceſſionem factam à ſuperiori audiẽdi confeſſiones non eſt derogatum inferiori immo eo inconſulto non debet ſuus ſubditus audiri.Dicendum q̃ non eſt ſimile,nam ibi indulgentia Papæ habet effectũ quo ad proprietatem. Licet non

 debeat

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

debeat accipi posſeſsio ſine Epiſcopi aſſenſu. Per idem patet ad id quod habetur. de Iudeis ca. quã ſit laudabile. vbi Papa cõcedit Epiſcopo eunti ad prædicãdũ paganis ꝙ quicũq; clerici vel religioſi ſi ſibi adhęrere voluerint poſsint cum eo prædicare. requiſita & habita ſuorum prælatorum licẽtia. Sine autoritate enim Papæ licẽtia prælatorum nõ ſufficiebat ad prædicandum paganis extra eorum diœceſim: ſed requiritur autoritas Papę cuius diœceſis eſt tota terra. Poteſt etiã dici ꝙ licẽtia prædicãdi data à Papa inferiori: nõ eximit eum à ſuo ſuperiori, ſine cuius licẽtia nõ debet peregrinari. Et eſt bonũ argumentũ ꝙ religioſus nõ debet audire cõfeſsiones nec prædicare ſine licẽtia prælati: quã tuncunq; habeat poteſtatẽ à Papa eligendi cõfeſſorẽ, ſi tamen audiat tenebit abſolutio: quãuis ipſe religioſus grauiter peccet ſi audiat ſine aſſenſu prę lati explicito vel implicito. quia ſine eo non habet religioſus velle nec nolle. Patet hoc per ſimile de electione. cap. ſi religioſus. vbi dicitur ꝙ electioni de ſe factę nõ poteſt nec debet aſſentire ſinè prælati licentia: & nota ꝙ qñ religioſus ſub generalitate incerta accipit autoritatẽ à Papa requiritur aſſenſus prælati quia cũ Papa merita nõ cognoſcat coexigit aſſenſum prælatorũ. Sed qñ Papa nominatim eligit religioſum ad aliquod officiũ ꝑſumitur noſſe induſtriã perſonę vnde nõ requiritur alia licẽtia. Sciendũ ꝙ qui audit cõfeſsiones nõ iure ſuo

ſed ex

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſed ex cõmiſsione perdit poteſtatẽ ſuam delegãte mortuo vel amoto: niſi in confeſsione iã inchoata in qua audit ex tunc quaſi iure ſuo: ſicut etiam perdit poteſtatem illo reuocante quia ſoluitur iudiciũ vetante eo, qui iudicare iuſsit. Et morte mandatoris expirat mãdatũ: non autem expirat poteſtas delegati delegante ſuſpenſo vel excõmunicato, quia tunc retinet delegans iuriſdictionẽ licet nõ vſum. Ad hoc autem q̃ delegatus vtatur ſua poteſtate requiritur q̃ delegans in delegando habeat iuriſdictionem & vſum eius. quia delegare eſt vſus iuriſdictionis: ſed poſtquam delegauit non requiritur vſus quia tunc nihil facit. Sciendum q̃ in clemen. dudũ. de ſepul. ſic dicitur. Statuimus quod in ſingulis diœceſibus vbi loca fratrum prædicatorum & minorum fuerint, Generales ſeu Prouinciales vel eorum Vicarij dictorum ordinum ad Epiſcopos locorum ſe conferant per ſe vel per fratres idoneos: humiliter petituri vt fratres ab eis electi audiant confeſsiones ſuorum ſubditorum: numerus autem aſſumendorum ad tam ſalubre officiũ: erit prout diuerſitas cleri & populi multitudo exigit. Studeant tamen prædicti prælati fratrum eligere ad tam ſalubre miniſterium perſonas diſcretas vita & ſcientia probatas ac modeſtas. Quam licentiam ſi prælati conceſſerint recipiant cũ gratiarum actione. Quam ſi negauerint nos ex nunc eis concedimus vt confeſsiones ſibi cõfiteri volẽ-

tium

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tium libere audire valeant tanta autoritate & non ampliori, quãta curatis à iure eſt conceſſa: niſi præ lati Eccleſiarũ vberiorem gratiam duxerint faciẽ dam. Super quo dicunt doctores. q̃ Priores con- uentuales vel Guardiani hoc non poſſunt petere. Et ſi aſpere petatur non videtur ſatisfactum : ideo iterum eſt petenda propter omiſsionem formę. Si prælati non recuſant expreſſe: ſed nec dant nec ne gant. poſt trinam requiſitionem locum habet hoc priuilegium. per cap. 1. de ſuple. neg. præla. Simi- liter ſi recuſaſſent aliquos admittere iuſta de cau- ſa puta, quia nõ ſunt apti & tales quales ſupra de- ſcribuntur tenet recuſatio, & ſibi imputet qui ma lum elegit: ſed ſi ſine cauſa hoc facit, ſuccedit licẽ tia Papæ. Si tamen vellet Epiſcopus, poſſet acce- ptare fratres ad audiendas confeſsiones comitten do eis ſuam iuriſdictionem ſine prædicta ſolẽni- tate præſentationis. Habẽt etiam dicti fratres pri- uilegium q̃ Epiſcopo mortuo à quo habent au- toritatem : poſſunt illa vti quouſque ſit prouiſum Eccleſiæ de paſtore.

Caſus Epiſcopis reſeruati.

QVia à caſibus Epiſcopis reſeruatis nec curati, nec dicti fratres poſſunt abſoluere: niſi quan tum fuerit eis à diœceſanis conceſſum: notandum q̃ caſus reſeruati Epiſcopis vt habetur in extraua- gan. in-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

gan. inter cunctas. quæ est benedicti. 11. sunt. 4. de iure. quorum prior est. Peccatum clerici, propter quod incurrisset irregularitatem. Secundus de incendiarijs quorũcunq; locorum si dolo & malo animo fiat. 23. q. 6. pessimã. Tertius peccatũ propter quod indicẽda esset solẽnis pœnitẽtia. Quartus excommunicatus maiori excommunicatione. De approbata autem cõsuetudine sunt alij quinq; casus Episcopis reseruati, scilicet, peccatum homicidij voluntarij. Peccatum falsariorum. Peccatum violantium Ecclesiasticam libertatem. Peccatum violantium Ecclesiæ immunitatem. Peccatũ sortilegorum, diuinatorum & incantatorum. Et prẽter hos potest Episcopus in sua diœcesi alios sibi reseruare prout sibi videbitur expedire. Ioan. and. addit prædictis, oppressionem puerorũ. incestũ. corruptionem monialiũ, coitum cum brutis: matrimonium clandestine contractum, periurium, falsum testimonium, blasphemiam Dei et sanctorum. Hostiensis verò addit omne peccatum contra naturam. Et quolibet enorme quod particularis vel generalis consuetudo reseruat Episcopis. Tot casus reseruare non est aliud quã ponere laqueos in via salutis & sacerdotum potestatem restringere quæ eis à Christo plenarie est concessa. Possunt igitur curati in foro pœnitentiali omnia quæ in iure non sunt specialiter reseruata Episcopis nec de consuetudine. Verum est ꝙ vbicunque

occur

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

occurrerit aliquod graue delictum & enorme, superioris iudicium est requirendum. Sicut etiã Episcopi aliquando remittunt peccatores ad sedẽ apostolicã propter enormitatem criminũ & ad terrorem aliorum quãuis ab eo possint absoluere: quia nullum peccatum adeo est enorme à quo Episcopus nõ possit subditũ absoluere: dum tamen nullã habeat annexã sententiam excõmunicationis. Secundũ Ioan. de lig. fratres præsentati pro audictia confessionũ possunt absoluere ab omnibus exceptis his præcise quæ de iure Episcopis reseruãtur. Pro quo facit prædicta clemen. dudum. quæ solum excipit casus de iure reseruatos. Vnde possent absoluere à casibus reseruatis Episcopis de cõsuetudine: vel ex suo beneplacito vel per constitutiones suas synodales vel prouintiales: etiam si Episcopi dictos casus non concedãt: quia Papa vnum negando, aliud tacendo concessit. distin. 25. capit. qualis. Nec possunt Episcopi dictam concessionem reuocare indirecte per retẽtionem multorũ casuum: quia fieret in fraudem legis quod fieri nõ licet. De concess. capit. constitutus. Sileat ergo Ioã. mõ. qui tenet quòd si potest Episcopus arctare potestatem ordinariam curatorũ, potest multo magis arctare potestatem extra ordinariam fratrum. Quia quod per superiorem est concessum: per inferiorem arctari vel reuocari non potest. distin. 21. cap. inferior. Tutior tamen via est ꝙ fratres sciant

ab Epi-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ab Episcopo quos casus sibi vult reseruari & de illis non se intromittant. Et intelligitur reseruatio dictorum casuum: de actibus exterioribus cum effectu. nam si quis quæsiuit alium occidere, istud homicidium non est reseruatum Episcopo. Similiter secundum Palu. in. 4. distin. 33. quæstione. 2. Incestus commissus à pueris non habẽtibus vsum rationis nõ est reseruatus Episcopis: quia per hoc non tollitur virginitas nec causatur affinitas. Sciẽdum quòd absoluens à casu à quo non potest, graiter peccat, si scienter vel ex ignorantia crassa facit: non tamen incurrit aliquam censuram sed tenetur illum quem sic absoluit auisare de errore si cognoscit illum vel potest inuenire. Excusatur tamen ille quo ad deum dum hoc ignorat. In cõcilio basilien si. Quidam multũ periti habita super hoc collatione: dixerũt q̃ quãdo quis absoluit à casu à quo nõ potuit, si fieri potest sine scãdalo notabili vocet illum quem absoluerat: & per aliquem coopertũ modum interroget de aliquibus quæ sibi est confessus: quasi volẽs se melius informari ac si plene nõ intellexisset: & si qua alia peccata commisit, & sic ab omnibus iterum absoluat. Petita prius à superiori autoritate ab illo casu absoluendi. Vel si credit illum perseuerasse ab vltima confessione in gratia absoluat absentem. Si verò timet notabile scãdalum ex hoc oriri, committat Christo sũmo sacerdoti præsertim q̃ multitudo

est sic

vide sil
b strum
in 660 c
sus. q. 4
et q. 5. in
fine. ff.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

est sic neglecta vel multum distat à loco vbi est cõ fessor. Et si religiosus absoluat à sententia excõmu nicationis suspensionis vel interdicti in iure posi- ta: incidit in excõmunicationem à qua non potest absolui citra sedem apostolicam. Nõ autem si ab- soluat à sententia hominis. In clemen. religiosi. de priuileg. seculares autem clerici absoluendo à sen tentia iuris male faciunt, non tamen aliquam cen- suram incurrunt. Notandum ꝙ quando superior dat vicarium generalem & in mãdato aliquid ex- pressit de his quæ requirunt speciale mandatum secuta generali clausula. Et omnia alia quę per nos possumus etiam si mandatũ exigant speciale: quã- tum est de virtute verborum & in foro cõtentioso talis potest omnia specialia. Sed in foro conscietiæ quando constat de intentione conferentis autori- tatem, ꝙ intendit hoc etiam si non exprimat ali- quid in speciali. quibuscũq; verbis vtatur genera- libus seu specialibus, in generali cõcessione intel- liguntur specialia. 22. q. 5. cap. humane. Vnde quã do Episcopus, dicit do tibi autoritatem meam in confessione. Per hoc non intelligitur cõcessisse ca sus suos, nisi constaret quòd sic intendebat: sed di cendo istum & illum & omnes alios casus meos, tunc intelligitur totum dedisse. Et nota ꝙ cum sa cramentalis absolutio præexigat cõfessionem: cõ fessio autem importat reuelationem quæ non po- test esse sine relatione cõfitentis & perceptione cõ

fessoris

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

feſſoris quando alterum deeſt non fit legitima cõ feſsio nec poteſt impendi abſolutio. Ideo quando confeſſor non intelligit pœnitentem aut ex impe-ritia linguæ ſiue ex dormitione vel ex diſtractione mentis ad alia applicatę vel ex alia cauſa. Tenetur illi dicere qp iteret confeſsionem: quod ſi non facit & confeſſus hoc non perpendit abſolutus eſt co-ram Deo: nec tenetur iterare quouſque ſciat illum nõ intellexiſſe. & hæc vera ſunt de mortalibus quę ſunt de neceſsitate confitenda: non autem de ve-nialibus, maximæ quando confeſſor aliàs cogno-ſcit perſonam.

Quę ſcientia requiritur in con-feſsione.

SCiendum qp clauis ordinis duplex eſt, ſcilicet, clauis ſcientiæ & clauis potentiæ. Vnde domi-nus dixit Petro, tibi dabo claues regni. Clauis po-tentiæ eſt facultas ligandi & ſoluendi in foro con-ſcientiæ diffiniendo & determinando cauſam iu-dicialiter. Clauis ſcientiæ eſt autoritas diſcernẽdi & examinandi ac cognoſcẽdi audita in confeſsio ne. Quæ duæ claues in eſſentia vna ſunt: & pro-pter duos effectus ad quos principaliter ſe exten-dunt, ſcilicet, ad cognoſcenda ſeu examinãda pec cata & ad ſententiandum ſuper ipſis. Duæ dicun-ur. Scientia acquiſita non eſt clauis licet iuuet vti

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

claue. ¶ Vbi nota q̃ triplex est clauis, scilicet, clauis autoritatis. Clauis excellentiæ, & clauis ministerij. Quia cum clauis regni cœlorum sit potestas aperiendi cœlum, Deus trinitas qui solus potest principaliter peccata remittere, quibus cœlum claditur, & dare gratiam qua aperitur. Habet clauẽ autoritatis. Secundo Christus secũdum q̃ homo qui merito suæ passionis cœlum aperuit tollens impedimentum naturæ: quod purus homo tollere non potuit, habet clauem excellentiæ. Sed sacerdotes qui ministerialiter & dispensatiue agunt ad amotionem obstaculi ideſt peccati, & ad collationem gratiæ habent clauem ministerij. Quęlibet autem harum dicitur clauis regni cœlorum & non inferni, quia finaliter sunt ad aperiendum cœlum: quãuis via naturæ per prius sint ad claudẽdum infernum: quia à fine denominatur res & à digniori: sicut Augustinus librum suum, de ciuitate dei vocauit: quamuis agat de ciuitate diaboli tanquam à digniori. Notãdum q̃ triplex datur distinctio clauis. Prima est quòd est clauis autoritatis. Clauis excellentiæ, & clauis ministerij. Secunda distinctio est quòd est clauis ordinis & clauis iurisdictionis, quæ differunt realiter. Quia quamuis clauis iurisdictionis non sit aliquid reale. Tamen clauis ordinis est aliquid reale & indelebile. Clauem ordinis habet omnis sacerdos, siue habeat subditum siue non. Si autem non habet subditum: tunc est clauis or-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

uis ordinis ſine claue iuriſdictionis, quia relatiue dicitur dominus ad ſeruum. Vnde non eſt poteſtas iuriſdictionis, niſi ſit obedientia ſubiectionis. Et econuerſo. Non ſacerdos curatus & officialis Epiſcopi habent clauem iuriſdictionis & nō ordinis. Tertia diſtinctio eſt, clauis ordinis eſt duplex, ſcilicet clauis ſcientiæ & potentiæ. Omnis ſacerdos habet clauem ſciẽtiæ & potẽtię: licet multi nō habeãt ſcientiã debitã: & ecõtra multi nō ſacerdotes habẽt ſcientiã qui nō habent autoritatẽ diſcernẽdi & ſententiãdi quod eſt clauis ſciẽtiæ & potẽtię. Secũdi quidẽ ſine peccato, ſed primi cũ peccato ſuo ſi procurarũt ſed ſi inuicti, excuſantur: ſi poſuerũt impedimẽtũ nec ſunt auditi. mun⁹ enim iudicãdi neceſſariũ eſt in Eccleſia et põt homo cõpelli ad offitiũ iudicandi & ad prẽlationẽ, & tunc nõ peccat. Et qđ dicit Grego. q̃ ſi indignus eſt nõ debet obedire, & dignus vix debet obedire. Intelligẽdũ eſt de illo qui habet defectũ qui eſt iuris vt irregularitas et talis nõ debet obedire niſi amoueatur ab eo qui põt, alias tenetur obedire. Alioquin quilibet bonus qui ſe reputat indignũ refugeret: et ſic ſoli indigni promouerentur. Qui ergo nõ coactus ſpõte accipit poteſtatem nõ habẽs ſufficientem ſcientiam peccat. Sed inuictus & coactus quĩ nõ accipit ſed ſuſcipit non peccat. Ab inſcio ergo ſuſcipi põt, ſed accipi nõ poteſt. Nota q̃ vis clauiũ extẽdit ſe ad remiſſionẽ culpę & pœnę: & ad infu-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſionẽem gratiæ vel augmentũ inſtrumentaliter ex opere operato. Nã abſolutio ſacerdotis delet maculam animæ, quæ non eſt aliud quã priuatio gratiæ: ſicut remiſsio & delectio maculæ non eſt niſi reſtitutio gratiæ per pœnitentiã. Sicut macula lunę eſt priuatio lucis ſuæ & eius illuminátio eſt eius pulchrificatio. Et cuicunq; remittit Deus culpam mortalem, remittit & pœnam æternam. Quia verus amicus non vult mortẽ amici, nec patitur eius abſentiam in perpetuum: cum amicorum ſit conuiuere & conuerſari adinuicem, ſed non oportet q̃ omne aliud remittat. Vnde Deus remittẽdo culpam, commutat pœnam æternam in temporalẽ. Sicut ergo omnis actus virtutis diſponit ad virtutẽ ſi abſit: vel auget ſi adſit, ſic & abſolutio. Quia omne ſacramentũ nouæ legis agit vel auget, quod ſignat. Valet etiam abſolutio ad remiſsionem pœnæ tẽporalis ſecundũ maiorẽ & minorem dolorẽ confitentis, erubeſcẽtiam & huiuſmodi quia actus actiuorum ſunt in patiẽte diſpoſito, & tã frequens poteſt eſſe cõfeſsio q̃ vis clauium deleat omnem pœnam debitam, & tunc non fiet niſi augmẽtum gratię: ſicut quando per multos actus temperãtiæ remittitur habitus intemperãtiæ ſi prius inerat & tandem ex toto corrũpitur: ex tũc autem illi actus boni licet non poſsint minuere id quod totaliter eſt corruptum: poſſunt tamen augere habitũ temperantiæ, ſic in propoſito. Sciendum q̃ auditurus

confeſ-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

confeſsiones tenetur tantam habere peritiam & ſcientiam q̃ ſciat diſcernere in peccatis communibus: quod eſt mortale & quod veniale ex genere. Et ad quid ſe extẽdit ſua autoritas, quia alia pœnitentia eſt imponenda pro mortali alia pro veniali: & qui hæc neſcit audit confeſsiones in periculum ſui & ſibi confitentium. Et plus peccat qui talem inſtituit: aut permittit inſtitutum miniſtrare & vterq; peccat mortaliter. Scire autem diſcernere inter perplexitates peccatorum & diffinire in caſibus valde intricatis: quod vix ſciri poteſt ad huc ſcientia acquiſita per magnum & longum ſtudium non eſt neceſſarium ſed de bene eſſe. In quibus confeſſor ſequi debet & conſulere viam ſecuriorem. Sufficit ergo ſecundum beatum Tho. & Albertum confeſſori ſcire in communi quæ ſunt mortalia ex genere & quæ venialia dum modo in perplexis caſibus ſciat talia eſſe difficilia: & caute in eis procedẽdum conſultis doctoribus nec in talibus præcipitandam ſententiam. Durandus autẽ ordinis minorum tenet q̃ confeſſor tenetur ſcire vtrum dicta à pœnitẽte ſint peccata an nõ: & vtrũ contractus quos facit ſint liciti an illiciti, & quãdo reſtituere tenetur & quãdo non. Et vtrum debeat illum abſoluere an non: quia ſi iudicat licitũ quod eſt illicitum vterq; in foueam cadit, niſi eum excuſet probabilis ignorãtia puta quia habet aliquem doctorem autenticum & famoſum cuius opinio-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ni innititur. Vnde si nõ est expertus in casibus cõ-
scientiæ: ita q̃ nec per se scit iudicare, nec dubita-
re nouit, cum periculo animæ suæ audit cõfessio-
nes. Quod dictum & si rigurosum videatur: veris-
simum credo in eo qui volũtarie audit confessio-
nes se ingerẽs ad hoc, & talis secundum doctores
quoties se ingerit ad confessiones: toties se offert
ad respõdendum de quolibet etiã de casibus ino-
pinatis & inauditis. In eo autem qui coactus audit
& ex obedientia, sufficit minor scientia. Nec opor
tet q̃ ad omnem cõfessionem audiẽdam accedat
ex mãdato superioris: sed sufficit q̃ à principio ex
obedientia ipso non procurante expositus est ad
hoc. Et quando se offert aliqua persona: de qua ve
risimiliter credit q̃ habeat casus difficiles excusat
se & pandit suã insufficiẽtiam & cum tremore ex
sola charitate accedit. Ex dictis elicio duas regu-
las. Prima est, si exponendus ex obedientia certus
sit: probabili certitudine se esse idoneum secure
audit. Si verò scit se esse ineptum peccat audiẽdo,
maxime si videt exponentem moueri passione a-
moris vel cupiditatis & huiusmodi. Si autem hoc
non scit sed dubitat etiam secure audit. quia regu-
lariter secundum doctores in dubijs subditus o-
bedire tenetur. Secunda regula est si prælatus vi-
det exponendum tãtam habere grammaticam vt
lecta intelligat. Et vidisse, defecerunt, aut similem
librum & non esse sic stolidum, quin dubitet vbi

est du-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

eſt dubitandum. Nec temerarium nec præſumptuoſum in ſuo iudicio,& diligẽtem videt & ſollicitum in moralibus & ſtudioſum, ſecure exponit:aliaꝯ nõ facit pro dictis: quia iudex qui quæſiuit officium cum alius diligentior fuiſſet, tenetur de leui culpa. Si autem officium non quæſiuit ſed aſſumpſit à ſuperiori impoſitum ſolum tenetur de dolo & lata culpa. Sicut & cuſtos rei qui ſe inuitat ad cuſtodiam eius & accipit pro cuſtodia mercedem tenetur ſecundum doctores de leuiſsima culpa:ſic in propoſito curati & alij ſuperiores prælati qui ſe ingeſſerunt:& quærũt curam animarũ ſine dubio tenẽtur etiam de leuiſsima culpa:cum habeãt decimas & oblationes quaſi pro ſtipendio laboris & ſe offerant ad cuſtodiã animarum. Notãdum ꝙ regulariter loquẽdo confeſſor nõ tenetur audito quolibet peccato iudicare vtrum ſit mortale:quia vix reperiretur in toto orbe vnus confeſſor idoneus:ſed ſufficit ſi iudicet de communibus & de his quæ ſcire tenetur:de alijs autem difficilibus poteſt ſuſpendere iudicium modo oportunũ apponat remediũ ne iterentur, ſi dubitat ea eſſe mortalia. Sed quid facier confeſſor ſi ocurrat caſus dubius. Dicẽdum ꝙ optimum eſt in confeſſore ſcire dubitare de ignotis. Quia cautius incedit, vnde niſi legerit deciſionem caſus vel habeat rationes euidentes:non diffiniat antequã conſulat peritos aut ipſemet rem nouiter videat,ſi tempus patitur:

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

dicendo pœnitenti se velle melius rem cribare: ꝙ si temporis angustia non patitur & est periculum in mora: absoluat pœnitentem, quantum sua se extendit autoritas: imponens ei vt super re dubia cõsulat talem aut talem peritum, vel peritos in genere & pareat eis. ꝙ si nec hoc potest, exigat a pœnitẽte ꝙ sit paratus facere omne quod tenetur & cõsulat ei quod tutius est: & ꝙ quęrat quãtum potest scire veritatem, & in dubio quãdo pœnitẽs sic est paratus facere non neget absolutionem. Quia talis est contritus, & nihil habet absolutioni repugnans. Quãdo verò confessor probabiliter tenet vnam opinionem: & pœnitens vel alius dubitat propter rationes vel opiniones contrarias doctorum: non est faciliter præcipitanda sentẽtia & deneganda absolutio, sed tutior via est cõsulenda & terror incutiendus ex periculo. ꝙ si pœnitens ex aliqua ratione probabili adhęret dicto alicuius doctoris notabilis & nõ vult acquiescere: relinquere potest confessor onus super conscientiam eius & ipsum absoluere. Et nota ꝙ quãdo est dubium an aliquid sit peccatum an non: omnino abstinendũ est nisi adsit aliqua valde probabilis ratio probans ꝙ nõ sit peccatum: quia in his tutior pars est eligẽda, ne discrimini se exponat. Si verò dubium non sit principaliter super peccato: sed vtrum quis teneatur ad aliquid dandum vel faciendum, vel pœnam subeundam. Semper eligatur benignior opi

nio. Vn-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

nio. Vnde in cap. fina. de tranſa. dicitur. In his ſuper quibus ius non inuenitur expreſſum. Procedas ſeruata ſemper æquitate in humaniorem partem declinando ſecũdum q̃ perſonas cauſas loca & tempora videris poſtulare: & in dubio regulariter danda eſt ſententia pro reo niſi in cauſa matrimonij, dotis, libertatis & teſtamenti. de regu. iuris. lib. 6. cum ſunt. &. odia. e. ff. deleg. l. benignus. Niſi forte eſſet quid tale quod faciliter poteſt expediri, vt cum quis abſoluitur ad cautelam. Notandum q̃ confeſſor qui ſe ingerit, ſi delinquat in cõfeſsione ex ignorantia tenetur de omni exacta diligentia. Arg. ff. de poſ. l. prima. § . ſæpe. vbi dicitur q̃ qui ſe obtulit depoſito, tenetur etiam de leuiſsima culpa: vbi alias non tenetur niſi de dolo & lata culpa, qui autem ſe non ingerit. ſed requiſitus aut compulſus exercet ex charitate fraterna non tenetur niſi in quantum ſcit & commode ſcire poteſt, cum impoſsibilium non ſit obligatio. Præſertim quia hic agitur ad meram alterius vtilitatem, ſicut in depoſito. Et quia de culpa lata ſæpe fit mentio. nota q̃ loquẽdo iuridice. quintuplex eſt culpa, ſcilicet, latiſsima. latior. lata. leuis & leuiſsima. Lata culpa eſt deuiatio in circunſpecta ab ea diligentia: quã habent communiter homines eiuſdem profeſsionis. Vnde ignorare quod cõmuniter ſcitur eſt lata culpa. Notanter dicitur in circũſpecta. Ad differẽtiam doli qui eſt inſidioſa machinatio. Vn-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

de si deuiatio esset serioſa iam ibi esset dolus. Naim dolus, culpa & negligẽtia differunt. quia dolus est cum volũtate nocendi. Culpa cum sciẽtia sine volũtate nisi per accidens. Negligẽtia sine vtroq;. verum est ꝙ lata culpa est dolus præsumptus, ita ꝙ vbi quis tenetur de dolo, venit etiam lata culpa. Et in consciẽtia vbi cessat præsumptio lata culpa nõ habetur pro dolo. Exemplum latæ culpæ. Si librũ commodatũ dimisisti extra domũ super bancho, & sublatus est. Lata culpa est. Quia homines tuæ professionis hoc non feciſſent scientes periculose ibi dimitti. Si tamẽ esset error in eo quod nõ sciũt communiter homines vnius artis, sed solum excelentiſsimi: non esset lata culpa, sicut si pecuniã deposui apud illum qui communiter habebatur bonę conditionis & non erat. Leuis culpa est deuiatio inconsiderata à diligentia: quã communiter habẽt homines diligentes illius professionis. Vnde leuis culpa est omittere, quod homo diligẽs nõ omisisset vel facere quod diligens non feciſſet. Sicut si fœnerator non excusit vestes pignoratas eo tempore quo diligens excusisset. Leuiſsima culpa est deuiatio inconsiderata à diligentia quam diligentiſsimi facerent. Vnde leuiſsima culpa est, non præuidere quod diligentiſsimus præuidisset. Vel omittere quod diligentiſsimus nõ omisisset: sicut si commodatarius rem commodatã in camera & in arca locauit, sed nõ serrauit claue & sublata est.

Latiſ-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Latiſsima culpa eſt verus & manifeſtus dolus. Latior eſt dolus præſumptus. Sed ſtricte & proprie loquẽdo dolus re & nomine differt à culpa. Quia dolus eſt à propoſito, non aũt culpa. Vnde omnis culpa arbitrio boni viri proprie ad latam vel leuẽ ſeu leuiſsimam reduci debet. & non eſt aſsignãda latiſsima culpa. Sciendum ꝙ quãdo confeſſor videt pœnitẽtem nolle ſubire pœnitentiam, aut nõ explecturum eam. Talem debet ſua prudentia moderari pœnitẽtiam, quã velit ſponte & ſine murmure ferre & non aliam propter periculum: & cõcedat poſſe redimi impoſita ieiunia nec debet exigere iuramẽtum, aut promiſsionẽ de abſtinẽdo in poſterum ab aliquo peccato. Vel de faciendo aliquo iniuncto, ſed abſoluat ſimpliciter, niſi in caſibus expreſsis in iure de quibus ſtatim dicetur. Proteſtetur tamen ꝙ ſi non reſtituat vel faciat debitũ ſuum ꝙ fructum confeſsionis euacuabit. Cautius tamẽ eſſet quãdo adeſt facultas inducere eũ prius ad ſatisfactionem. Quod ſi non poteſt commode ſufficit ſi ſatisfacere diſponat quã primum poterit. Nunquã tamẽ permittat peccatorẽ deſperatũ abire. Siue abſoluat eum ſiue nõ. Et caueat abſoluere incapacem abſolutionis quantuncunq; moleſte ferat. Dicitur autem incapax abſolutionis qui non vult abſtinere à peccato, vel qui non vult facere id ad quod de neceſsitate tenetur: vel qui nõ vult relinquere ſocietatẽ vel domũ vel familiaritatem

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tem cum quibus habet disposition em propinquã ad recidiuandum in peccatum. Forsam nõ essent tot inimicitiæ nec litigia, nec concubinarij tot putruissent in stercoribus suis: si prudens cõfessor vinum misceret oleo & lenitatem charitatis rigore temperaret. Quia facilitas veniæ incentiuum prębet delinquendi. Ideo vtilissimum est assidue recidiuantibus per aliquot dies differre absolutionem vt interim toto conamine resistant diabolo & prauę consuetudini. Vt igitur quis capax sit absolutionis oportet ꝙ à peccato recedat animo & loco: maxime in peccatis carnalibus & in peccatis iræ mortalis: nec sufficit carnaliter affectis proponere separationem voluntatis & consensus. Quia morari cum fœminis quibus carnaliter afficitur & nõ cadere cum illis saltem voluntate maius est quã suscitare mortuos. secundum Ber. Et qui minus nõ potest, nec maius poterit. Et similiter non sufficit separatio secundum locum, quando non fit separatio voluntatum in illicitis. Vnde vbicunq; quis habeat concubinam tanquã suam: censetur perseuerare in mortali & tam absoluẽs indignum, quã ipse indignus qui absoluitur nouum sacrilegij incurrunt crimen. Audiẽda est nihilominus talium confessio & iniungendum est aliquod bonum, & exhortandi sunt ad veram pœnitentiam: & consulendum vt frequenter reuelent peccata sua cõfessori etiam si non sint absoluendi: quia ex illa humi

litate,

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

litate,oratione & consilio sacerdotis citius exiet à peccato. Vt patet.in capitulo.quod quidã de pœnitentiis & remissionibus. Notandum,q̃ in his casibus ante absolutionem exigẽda est aliqua promissio,vel satisfactio. Primo antequam excõmunicatus absoluatur exigendũ est iuramẽtum quod parebit mandatis Ecclesiæ. Vt in capit. ex tenore. de sen.exco. Non tamẽ est hoc necessariũ. vt cap. nuper.patet. Requiritur etiam satisfactio si est excommunicatus pro notoria offensa.de senten.ex. solet.in mutilantibus requiritur satisfactio.23.q.8. si quis membrorum. In incẽdiarijs iniustis & mãdãtibus & consulẽtibus similiter.23.q.8. pessimã. In manifestis raptoribus & violatoribus Ecclesiarum similiter.de rap.in litteris. In manifesto vsurario similiter.de vsur.quanquã libro.6. In sacrile go qui aliquid de loco sacro iniuste tulit: vel personis Ecclesiasticis fecit injuriã similiter.17.q.4.ſi quis inuẽtus. Nisi prædicti de restituendo cautionem idoneã dederint.quod restitutioni ęquipollet,absoluendi nõ sunt ante satisfactionem. Est autem cautio idonea iudicãda,ad arbitrium boni viri vel ad beneplacitum partis lesæ. Notandum q̃ curatus si habeat subditos mutos surdos vel furiosos & huiusmodi, debet eos nutibus & signis & orationibus suis & populi quãtum possibile est ad pœnitentiam inducere:vt ei nõ imputetur cum nihil de contingentibus omiserit. Si verò talis casus

ex sua

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ex ſua negligentia euenit, accuratius ei ſuccurrat. Et ſi antequã iſta cõtingerent pœnitẽtiam petijt: debet quidquid humanitatis poteſt eis impẽdere. Abſoluendo, ſcilicet, eũ generaliter & euchariſtiã præbẽdo ſi periculũ non timetur. Notandũ q̃ pœnitẽtia habet tria genera partiũ. Primo habet partes quaſi poteſtatiuas: quarũ vna continet aliam & plus ſicut in figuris, ſicut dicimus animã diuidi in vegetatiuam & ſenſitiuã. &c. Sicut totũ potentiale in ſuas partes. Et hoc modo vna pœnitẽtia eſt ante baptiſmum. Alia eſt poſt baptiſmum de venialibus. Alia poſt baptiſmũ de mortalibus. Prima requirit ſolũ contritionem. Secũda contrictionẽ & ſatisfactionem. Tertia contritionem, cõfeſsionem & ſatisfactionem. Secundo habet partes ſubiectiuas & ſic diuiditur in pœnitentiam priuatam, publicam & ſolennem. Tertio habet partes integrales eſſentiales in quantum eſt ſacramentum. Quæ ſunt contritio, confeſsio, abſolutio & ſatisfactio. Sumendo contritionẽ pro aliquali dolore de peccatis qui ſit ſaltem attritio, & prout ad extra per verba ſenſibiliter manifeſtatur. Nam contritio vt eſt actus interior voluntatis ſecundum ſe non poteſt dici ſacramenti pars de cuius ratione eſt q̃ ſit materiale elementum. Hoc eſt aliquid ſenſibile. Sed vt ſic potius dici debet effectus ſacramenti. Aduerte quòd pœnitentia eſt totum integrale nõ permanes ſed ſucceſsiuum cuius partes non ſunt ſimul.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

simul. Vnde prædictas partes non oportet esse simul in actu exercito quamuis in proposito sint simul. Nec est contra hoc quòd aliquando est tanta contritio q̃p nõ requiritur alia satisfactio. Quia sæpe effectus sacramenti habetur ex solo proposito sacramenti: sicut patet in baptismo flaminis sine baptismo fluminis.

De contritione.

COntritio multipliciter diffinitur primo ab Aug. Cõtritio est dolor remittẽs peccatũ. supple dispositiue nõ effectiue nisi forte veniale de quo videtur q̃p effectiue sit eius remissio ab homine. Cũ nihil ad ei⁹ remissionẽ requiratur quod non subsit homini. Quia nec nouæ gratiæ infusio, nec augmẽtũ sed solũ displicentia volũtatis & solutio pœnę debitę ex gratia quã homo iam habet: vt sicut homo efficit suũ meritũ sic & remissio nẽ peccati venialis. Secũda est Greg. Cõtritio est humilitas spiritus: annihilãs peccatum inter spẽ & timorem, ne sit præsumptio aut desperatio. Et annihilat quo ad culpã & tanta potest esse q̃p etiã quo ad pœnam & inter vtramq; medicina. Tertia est Isido. Contritio est humilitas mentis & compunctio cum lachrymis veniens de recordatione peccati & timore iudicij. Quarta est magistralis. Contritio est dolor voluntarie assumptus pro

pecca

peccatis puniens quod commisit: cum proposito confitẽdi & satisfaciẽdi quo ad mortale: quia quo ad veniale non requiritur propositum cõfitendi, nec forte satisfaciendi: quia potest remitti vbi nõ est satisfactio vt in purgatorio, sed nõ sic de mortali. Vnde non videtur esse in statu salutis qui pro mortali nont vult hic satisfacere sed tantũ in purgatorio: quamuis Scotus in. 4. distin. 17. q. 1. arti. 2. videatur oppositum sentire. Differt autem contritio ab attritione, quia dolor pro peccatis imperfectus est attritio. Dolor verò perfectus dicitur cõtritio: cuiuis perfectio plus attẽditur ex parte gratiæ qua informatur, quã ex parte doloris: nam dolor desperationis maior est dolore contritionis aliquo modo: qui tamen non est cõtritio quia caret gratia. quando dicũt docto q̃ attritio fit contritio: nõ intelligitur de eodem actu numerice, quia contritio est actus à gratia elicitus: nõ autem attritio, vnde non potest idem actus esse attritio & cõtritio. Sed intelligitur de eodem actu secundũ speciem, vel ordinabiliter. Sicut dicitur q̃ ex mane fit meridies: ita q̃ vnus fit post alium actum & vnus est dispositio ad aliũ. Sicut in naturalibus natura procedit de imperfecto ad perfectum, sic quod actus imperfectus cedit, & perfectus succedit.

Definitio contritionis.

Notan-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

NOtandum qp cõtritio eſt ſolum de malo culpæ non naturę nec pœnæ: quìa ſolum agit in peccatum ſicut in proprium obiectũ ad deſtruendum ipſum. Et non de malo culpæ originali ſed actuali: pro mortali eſt neceſſaria in præſenti, de veniali autem hic vel alibi. Nec eſt de peccato alieno ſed de proprio & præterito. Nam de futuro peccato timor & cautela eſſe poteſt: de præterito aũt & de præſenti eſt dolor. Licet à futuro teneatur homo proponere cauere. Et debet eſſe de quolibet mortali in ſpeciali. quod tamen nõ oportet de veniali : quia ſicut leues infirmitates licet multę vna medicina curantur: ſed graues ſpeciales medicinas requirunt ſic & hic. Pœnitentia ante baptiſmum non requirit ſic ſpecialem dolorem: quia ſicut in generatione actione vnica naturali, omnia contraria expelluntur: ſed in ſanatione diuerſa remedia adhibentur, ſic in propoſito: ſpecialiter quia plus homo tenetur ad contritionem habendam, quã ad confeſsionem quia nulla neceſsitas excuſat à contritione: ſi enim peccato cõmiſso homo moritur ante contritionem, etiam ſi nõ potuit conteri vt quia peccando moritur damnatur. Sed qui voluit confiteri & nõ potuit excuſatur. Et velle conteri eſt conteri, velle autem confiteri non eſt confiteri. Et tamen tenetur homo confiteri de mortali in ſpeciali. Ergo ſimiliter tenetur conteri in ſpeciali: ſi autem non habet memoriam nec in

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

generali nec in speciali excusatur. Si verò in gene-
rali & nõ in speciali discutiat conscientiam debito
modo: & Deus reducet ad memoriã, & remittet.
Quia si nos metipsos diiudicaremus, a dño non
iudicaremur. Prima co. 2. Et debet de ipsa negli-
gentia conteri: ne forte per culpam elapsum sit ali
quod peccatum à memoria. Habita verò speciali
contritione de singulis securum est aliquod sensi-
bile signum tõsionis pectoris seu suspirij vel aliud
adhibere ad certitudinem conscientiæ. Quamuis
hoc non sit necessarium, quo facto de omnibus in
generali cõteratur: vt sic omnibus specialiter enu-
meratis sequatur generalis clausula: quæ omnia cõ
prehendat quia illũ modum debet homo gerere
interius per cõtritionem, quem foris prætẽdit per
confessionem. Non autẽ oportet qp absolutio si-
gilatim fiat de singulis: sed sufficit qp generaliter
fiat de omnibus, nec turbetur quis timens singula
rẽ dolorem nõ habuisse de singulis: quia vere pœ-
nitens quãuis hoc non perpendat sine dubio, ita
facit formaliter vel virtualiter. Quia licet discur-
sus rationis ad hoc sit necessarius: ille tamẽ fieri po
test in imperceptibili tẽpore. Vnde nec pœnitens
qui vere deserit peccata & cõuertitur ad Deũ, nec
confessor de hoc debent solicitari. Cõtritio tripli-
citer potest cõsiderari. Primo secũdum genus suũ
quod est dolor et sic est in dãnatis. Secundo quãtũ
ad eius formam quæ est gratia & sic est in purga-
torio.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

torio. Tertio quantum ad eius efficatiam quia est meritorius,& sic solum est in hac vita. Causa principalis contritionis Deus est sed causæ dispositiuæ ex parte nostri sunt sex,scilicet. Recogitatio peccati. Recogitatio pudoris. Detestatio vilitatis peccati. Timor iudicij & inferni. Consideratio amissionis patriæ & offensæ tanti patris. Spes venię consequendæ. Gratiæ recuperandæ. Gloriæ expectâdę. Et tantum potest intendi ex parte charitatis & doloris intellectualis & sensibilis ꝙ tota pœna remittatur. Non tamen est omittenda pœnitẽtia iniuncta propter hoc: & ꝓpter incertitudinẽ talis remissionis & quia est præcepta à confessore. Contritio proprie dicta non durat nisi in hac vita. Quia cũ sit dolor non est in Paradiso, nec in Limbo patrũ, nec puerorũ in quibus nõ est pœna sensus. Nec est in Inferno cũ sit actus gratia informatus, nec est in Purgatorio: quia est actus satisfactorius,& volũtarius simpliciter. In Purgatorio autem nõ sic est vbi est tãtum pœnæ solutio, nõ meritum quod includit satisfactio. Est autẽ tota vita hæc tẽpus cõtritionis qui ad habitũ. Sic, scilicet, ꝙ homo semper debet esse prõptus ad dolendum de omni mortali: si ipsum cõmitteret, nisi alias doluisset: imo Ricard. & Alex. de ales videntur sentire, ꝙ quoties recolit de mortali tenetur dolere, sed cõtra quia prȩceptũ affirmatiuum non obligat ad semper: vnde licet semper teneatur nõ cõplacere sibi in peccato: nõ

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tamen tenetur actu odire peccatum, ſicut non tenetur diligere Deum actu quoties de Deo recolit: alioquin nullus poſſet cogitare de Deo ſpeculatiue quin peccaret mortaliter: quia non poteſt diligere Deum, niſi cogitet de Deo practice. Dicendum ergo, quòd loquuntur de debito congruitatis non neceſsitatis. Et ſi intelligatur de debito neceſsitatis verum eſt quando occurrit practice vt principium operandi & non ſpeculatiue. Si enim practice Deus menti occurrat vt diligendus, tenetur homo iudicare Deum diligẽdum & diligere. Similiter ſi ocurrat peccatũ commiſſum practice vt materia delectationis vel deteſtationis vt proſequibile vel fugibile tenetur homo iudicare deteſtandum & deteſtari. Sciendum ꝙ dolor ſenſitiuus contritionis, nec poteſt nec debet eſſe maximus. Non poteſt. Non quia Deus nõ poſsit infundere maximum: & aliquando infundit de gratia ſpeciali, ſed quia non eſt in poteſtate hominis plus dolere de hoc quã de damno ſenſibili. Debet tamen plus optare lachrymas et dolorem ſenſus pro delicto: quã proquocunq; temporali damno. Vnde Augu. Non ſunt in te chriſtiane viſcera pietatis ſi plangis corpus à quo receſsit anima: & non plangis animam à qua receſsit Deus. Nec debet eſſe maximus. Quia deſtrueret corpus & oculos quod eſſet contra rationem: nam ſi præter intentionem & negligentiam ſequeretur mors aut cę-

citas

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

citas imputaretur ad martyrium nõ ad peccatum. Nihilominus quando aduertit ex fletu se lędi debet temperare secũdum rationem. Dolor verò intellectiuus debet esse maximus. Non quidem respectu doloris alterius vitæ, quia hoc est impossibile. Cum nec mors Christi quæ omnem dolorẽ huius vitæ excesit attigerit ad minimũ dolorem inferni aut purgatorij. Nec etiam respectu doloris inordinati: quia maior est dolor Iudæ desperantis quã Petri pœnitentis, quia nullo gaudio temperatur. Sed respectu mali naturæ vel pœnę: hic dolor debet esse maximus, quia est de maiori malo & de amissione maioris boni. Non debet autem homo se tentare super his: nec confessor pœnitẽtem tentare ad sumendum experimentum: nec in sermonibus debet tendere laqueos tentationis simplicibus: dicendo ꝙ plus debet homo velle excoriari & huiusmodi quæ sensus horret. Hoc solum à pœnitente requirendum est. An pœniteat, & si dolor eius est insufficiens an vellet habere dolorẽ sufficientẽm: & si non habet hoc sibi displicet, & sufficit. Sed contra. Quia secũdum iudicium rectę rationis Magdalena plus doluit de morte Christi, quã de peccatis suis: & mater domini de morte filij, quã quicunq; peccator in cõtritione. Quia si de peccato est dolendũ pro eo ꝙ est cõtra Deũ. Illud peccatũ quo Deus occisus est magis fuit cõtra Deum quã quodcunq; aliud: & illud factum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

veraciter et realiter nocuit Deo in natura cõiuncta & assumpta. alia autem peccata nihil nocẽt Deo, nec in deitate nec in humanitate. Ergo de illo facto est magis dolendum homini. Item licet nemo debeat cõmittere veniale, ne alius cõmittat mortale: tamẽ plus videtur qꝫ sibi debeat displicere mortale alterius quã veniale propriũ: quia quod peius est magis est detestandũ, & tamẽ dolor quẽ habet de suo veniali est cõtritio: nõ autem quẽ habet de alieno, ergo alius dolor est maior dolore cõtritionis. Dicendum quod sicut homo nõ magis diligit maius bonum loquẽdo de bonis creatis, sed quod est magis bonũ sibi sic debet odire nõ maius malum sed maius malum sibi: est autem veniale propriũ peius homini, quã mortale alienũ & per consequens magis dolendũ: similiter Magdalenę maius malum fuit peccatum proprium, quã peccatũ crucifigentium: ideo magis dolẽdum, & quia plus debuit diligere Christum, in quantũ Deus quã in quantum homo plus debuit dolere de hoc qꝫ per peccata propria offendit eius deitatẽ, quã de hoc quod crucifixio offendebat eius humanitatẽ. Matri etiã Christi plus displicebat malũ culpæ iudeorum, quã malum pœnę in morte filij secũdum rationem licet non secundum sensum.

Notandum qꝫ peccatum quantũcunq; veniale quãdiu manet peccatum nõ licet facere pro quocunq; malo naturæ vitãdo: quia hoc esset de duo-

bus

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

bus malis eligere peius, cum minimū malum culpæ sit peius maximo malo naturę. Nec vt alius vitet maximum malū culpæ: quia peius est isti venia le proprium, quā mortale alienum. Vnde si nō poteſt aliū impedire ab homicidio: nisi mentiendo, non licet ei mentiri. Neq; pro vitando in se maiori malo culpæ. Quia nunquā arctatur homo sic q̄ faciat alterū de duobus peccatis. Cum iam nō esset peccatū ex quo necessariū. Et implicat casus cōtra dictionem scilicet, q̄ manens peccatum sit licitū: cū ex hoc quod est peccatū sit illicitū. Sed contra. q̄ Grego. vt habetur distin. 13. cap. nerui. dicit q̄ licet homo nō debeat committere minus peccatum, ne alius cōmittat maius. Tamen ne ipse committat maius, poteſt committere minus. Dicendum quòd Grego. intelligit. Quando illud disinit esse peccatum. Sicut non est homini furandum ne interficiatur, quandiu furtum est furtum: sed si sit in extrema necessitate ipse vel alius, licet sibi auferre panem: ne alius sit homicida sui vel alterius non pascendo, sed illud non est tunc furtum. Malum igitur quodcunque naturæ & pœnæ eligendum est pro vitādo quocūque malo culpæ. Si quæras an sit præeligendum non esse quā peccare, dicēdum q̄ casus est impossibilis. Non enim poni potest q̄ homo necessitetur peccare vel annihilari seu damnari. quia nec hoc Deus potest facere: cum non possit inducere ad peccādum. Nec crea

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tura quæ nõ potest annihilare. Et dato quo dęmõ posset annihilare animam nollentis peccare. Ad huc non habet ipse necessario alterum eligere: sed haberet necesse vel vnum eligere, vel alterum pati inuitus. sicut aliquis torquetur inuitus, quia non vult facere eius voluntatem & ita posito casu per impossibile: non debet hoc vel illud eligere, sed peccatum respuere & annullationem seu damnationem inuitus sustinere: quia malum naturæ non licet eligere nisi pro necessitate vel vtilitate virtutis, quorum neutrum est hic. Potest etiam dici, ꝙ quando annihilatur quia peccare non vult. Hoc agit propter Deum qui potens est annullatum reparare vel damnatum saluare: & propter actum virtutis patientiæ, & ita licite eligere potest annihilationem.

Confessio multipliciter diffinitur. Nam secundum Augu. Cõfessio est per quam latens morbus aperitur sub spe venię sicut & medicus quãdo scit infirmum habere aliquem letalem morbũ: quem ignorat vel vult occultare quia timet secari, debet illum mouere, dicens. Si medicantis opus expectas, oportet ꝙ vulnus detegas. Sic etiam si cõfessor scit vel probabiliter credit: ꝙ pœnitens nõ recolit aliquod peccatum, quia insufficienter discussit conscientiam: vel si recolit, nõ credit illud esse mortale. Debet illud sibi ad memoriam reducere vel conscientiam ei de illo facere, alioquin sciẽter

solue-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſolueret indignum: ſed ſi dubitat an illud ſit mortale & pœnitens dicit de conſilio peritorum facere: de quibus ex vita & ſciẽtia probabile eſt q̃ non conſulerent niſi bene: poteſt ſe illorum iudicio cõ formare, ſecus ſi eſſet certus de oppoſito. Secunda diffinitio eſt Grego. Confeſsio eſt peccatorum declaratio: deteſtatio & vulneris ruptio. Declarare debet quo ad numerum numeratum, ſi differunt ſpecie. Non enim ſufficit dicere numerum numerantem puta feci tria peccata: ſed oportet ſpecificare ea, quando verò peccata ſolo numero differunt: ſufficit dicere numerum numerantem puta feci tria furta. Tertia diffinitio. Confeſsio eſt ligiti ma coram ſacerdote peccatorum declaratio, corã dicitur. Quia quandiu per ſe ipſum dicere poteſt, in præſentia & nõ in abſentia, nec per nunciũ nec per litteras confiteri debet. Quando ſcribit pecca ta benefacit, ſed nihilominus debet ea ore proprio exprimere, nec ſufficit tradere legenda. quod ſi non poteſt ire nec accerſire ſacerdotem, non tenetur ſcribere et mittere peccata: quãuis ſi velit ſibi hoc ſit licitum & ſacerdos poterit ſibi reſcribere & remãdare abſolutionem, & valet obſolutio. Qui verò habet ſacerdotem præſentem ſed alterius linguæ vel eſt mutus: poteſt per interpretem confiteri, ſicut & matrimonium contrahere: quãuis Scotus in diſt. 17. q. 1. quarti. teneat oppoſitum. Non tamen tenetur ſic cõfiteri, quia ſoli ſacerdoti

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

homo tenetur confiteri cuiuſmodi non eſt interpres. Quarta diffinitio. confeſsio eſt delinquentis accuſatio ex erubeſcẽtia: & per claues Eccleſiæ ſatisfactoria obligãs ad iniunctã pœnitentiã peragẽdam. Delinquentis dicitur quia ſe & non alios debet accuſare: niſi quando aliter nõ poteſt ſuũ peccatum manifeſtare, nã circunſtãtiam mutãtem in mortale, propter nullius famam debet celare: quia plus ſibi tenetur quã alij & ſuæ cõſcientiæ, quã alterius famæ: quærat tamen confeſſorẽ qui per cõfeſsionem non veniat in notitiam perſonę: quem ſi habere non poteſt cõfiteatur vt oportet cum dolore. quando verò circunſtãtia agrauat ſed nõ mutat ſpeciem: melius eſt ſubticere, quãdo timeretur ſcandalum ſui vel confeſſoris vel tertij. Obligãs dicitur quia aliqua breuis oratio quã ſtatim expleat vel aliud ſimile debet iniungi per modum præcepti à cõfeſſore: & aliud magis longum poſtea explendum per modum conſilij.

An confeſsio ſit de iure diuino.

NOtandum ꝙ confeſsio nõ eſt introducta lege naturali. Quia iura naturalia vbiq; & ſemper manẽt: nõ autẽ ſemper fuit ꝙ homo peccatum ſuũ ſecretum teneretur alteri propalare. Itẽ non eſt inducta lege Moiſi eo modo quo nũc eſt. Nec lege poſitiua, quia & ſi poſſet præcipi vt quis confi-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

confiteretur de actu exteriori: non tamen de actu interiori qui nõ ſubiacet humano præcepto directe & per ſe: de exteriori poſſet ſicut & clandeſtina matrimonia prohibentur & adhibetur pœna contra agentes & peccant & pœnam incurrunt, licet probari nõ poſsit, vide de his infra. Similiter ſi Papa præciperet confiteri de actu exteriori quãtuncunq; occultiſsimo: teneretur quis & excõmunicationem incurreret ſi omitteret, & lata eſſet cõtra omittentes. Omnem igitur actum exteriorem poteſt lex humana: & prohibere & prçcipere q̃ ſi non poteſt aliquãdo tranſgreſſorem punire nõ eſt ex defectu iuris ſed probationis. Actus verò interior ſubterfugit legẽ humanã: ita q̃ ſi homo fateretur ſe conſenſiſſe in quodcunq; crimen: ſed nihil exterius egiſſe, cogitationis pœnam à lege humana non acciperet. Reſtat ergo q̃ confeſsio ſit de iure diuino. Patet, quia pater omne iudicium dedit filio: vnde quãdo erat Deus tãtum, ſoli Deo ſufficiebat confiteri, cui dicit propheta. Tibi ſoli peccaui, poſtquã autem factus eſt homo & pro nobis mortuus: datum eſt ſibi iudiciũ de peccatis & ſibi eſt confeſsio faciẽda: qui loco ſui Vicariũ dereliquit, cui etiam eſt confeſsio facienda. Verum eſt quòd aliquo modo fuit cõfeſsio exterior neceſſaria in omni lege. In lege naturæ per indeterminatũ modũ. Tũc enim quilibet ſecundũ q̃ ſibi veniebat in cor modum pœnitẽdi ſibi determinabat: &

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

hunc modum exquisiuit Deus ab Adam quando post peccatum dixit, Adam, vbi es super quo glosa. vox est increpantis & confessionem inquirentis, & idem de Cain.

Sed in lege veteri modus exterior pœnitendi erat magis determinatus vnde pro determinatis quibusdam delictis fiebant certę & determinatę oblationes vt patet Leuiti. 4. &. 5. in confuso tamẽ manifestabatur per illam cõfessionem peccatum, & non multum explicite. In lege verò Christi, in speciali oportet peccata confiteri. Dicit Bonauen. ꝙ confessio à Christo fuit insinuata. Ab apostolis instituta & postea ab eis promulgata. Sed hoc cõmuniter non tenetur, quia solus Christus per potestatem excellentiæ potuit instituere sacramenta, & non alius quicunque.

Quando instituta fuerit confessio.

DE institutione confessionis, magna difficultas est. aliqui tenẽt ꝙ est instituta ab Ecclesia. Vnde glosator decreti recitatis opinionibus. de pœnitẽ. distin. 5. in principio subdit. Melius dicitur eam institutam à quadam vniuersali Ecclesiæ traditione: quã ex no. testa. vel veter. autoritate. Sed salua gratia irrationabiliter loquitur. Turpe enim esset theologo, dicere aliquid esse in biblia, & nescire vbi illud inueniretur: similiter

cano-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

canoniſtæ turpe eſt dicere aliquid eſſe extraditio-
nę Eccleſiæ,& non inuenire in canone: vbi ſuffi-
cienter continentur vniuerſales traditiones Eccle
ſiæ.Præſertim cum iſta eſſet de principalioribus.
Si dicatur illud eſſe capitulum omnis vtriuſq;. de
pœni.& remi.nõ valet:nam illud cõdidit Inno.3.
in concilio latera.& ante illum fuit Augu.Pluſquã
per.800.annos qui prædicat confeſsionẽ eſſe val-
de neceſſariam,vt patet in ſuo lib. de vera & falſa
pœnitentia. Et certe Eccleſia non attentaſſet tam
arduum præceptum imponere omnibus chriſtia-
nis,niſi eſſet prȩceptum diuinum. Tenendum eſt
igitur ꝙ confiteri vocaliter eſt de iure diuino, ſed
tũc oportet videre. Vbi hoc præceptum ſit latum:
aliqui tenent ꝙ fundatur hoc præceptum in ver-
bis Iaco.cap.2. confitemini alterutrũ peccata.Sed
non videtur ꝙ Iacobus habuerit autoritatem obli
gandi totam Eccleſiam:cum eſſet tantum Epiſco
pus Eccleſiæ hieroſolymitanæ, nec videtur quod
præceptum à Chriſto promulgauit. Quia apoſto-
li publicantes præcepta domini: in ſcripturis ſuis
vtebantur modo loquendi per quem clarum erat
ꝙ loquebãtur vt præcones Chriſti.vt patet prima
Corin.7.vbi ait apoſtolus. Præcipio his qui ſunt
matrimonio iuncti,non ego ſed Dominus.Maxi-
me quia in verbis præmiſsis:non magis dicit con
feſsionem eſſe faciendam ſacerdoti, quã alij: vn-
de & ſubdit,orate adinuicem vt ſaluemini.Beatus
Tho.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Tho. tenet quod confeſsio inſtituta eſt à Chriſto quãtum ad eius vtilitatẽ Math. 3. vbi ait. Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnũ cœlorũ, quãtum ad eius neceſsitatẽ. Lu. 13. vbi dicitur. Niſi pœnitẽtiam egeritis omnes ſimul peribitis, quãtum verò ad poteſtatem clauiũ. Math. 16. vbi dixit Petro. Quodcunq; ligaueris ſuper terram. &c. & Ioan. 20. vbi dixit omnibus. Quorum remiſeritis peccata. Nec oportet adducere illud. Math. 16. Tibi dabo claues regni cœlorũ, quia non eſt niſi promiſsio de datione futura. Ex prędictis locis probo quod confeſsio vocalis ſit de iure diuino. Nã apoſtolis data eſt poteſtas & in eis omnibus ſacerdotibus remittendi peccata non principaliter: quia hoc eſt ſolius Dei ſed miniſtraliter & arbitratiue, ſed nemo poteſt arbitrari in cauſa ignota. Ergo eis eſt manifeſtãda cauſa in qua debent arbitrari. Hæc manifeſtatio eſt confeſsio. Ergo ex iſta collatione poteſtatis arbitrariæ ſacerdotibus in cauſa peccati obligatur peccator ad accuſandum ſe eis tanquã arbitris. Itẽ nulli cõmittitur poteſtas iudiciaria & arbitraria in cauſa peccati: niſi alicui imponatur neceſsitas ſubmittendi ſe ſibi, ſed ſacerdoti committitur hoc. Ergo alicui vt reo imponitur neceſsitas ſubmittendi ſe eius arbitrio. Item quilibet reus debet iudicari, & nemo debet eſſe Iudex in cauſa propria. Ergo reus debet iudicari per alium: ſed non poteſt hoc fieri niſi accuſetur

illi:

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

illi: nec poteſt accuſari niſi à ſe ipſo ſi peccatum ſuum eſt occultum. Ergo debet ſe ipſum accuſare quod eſt confiteri. Item qui amiſsit gratiam tenetur ſub præcepto illo. diliges dominum Deum tuum, & virtute illius præcepti. diliges te ipſum. agere in quantum in ſe eſt ad eius recuperationem. Sed peccans mortaliter amiſsit gratiam, & poteſt eam recuperare per confeſsionem quæ eſt inſtituta vt remedium efficax ad recipiendã gratiam: vt patet ex illo quorum remiſeritis peccata. &c. ergo. Præſertim cum nulla alia via ſit ita facilis & certa. Nihil enim aliud requiritur vt per confeſsionem infundatur gratia: niſi non ponere obicem ad gratiam, quod eſt ſimpliciter in poteſtate hominis. Ergo vbi eſt via facilior & certior ad recuperandam gratiam quilibet tenetur ad illam. Et qui omiſſa illa attentat aliam difficiliorem & magis incertam: exponit ſalutem ſuam periculo & videtur contemptor proprie ſalutis. Poteſt etiam dici quòd confeſsio vocalis eſt de iure diuino promulgato à Chriſto apoſtolis, & per apoſtolos Eccleſiæ ſine ſcriptura: ſicut multa alia tenet Eccleſia ore tenus per apoſtolos ſibi promulgata ſine ſcriptura, vt patet de formis euchariſtię & aliorũ ſacramentorũ quę in toto canone nõ reperiũtur. Cuius fundamẽtũ eſt illud. Ioã. vl. Multa quidẽ et alia ſigna fecit Ieſus. &c. Et illud apoſtoli. Cętera cũ venero diſponã. Sed cõtra p̃dicta ſũt

multæ

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

multę autoritates ſanctorũ. Nam beatus Ambro. ait, fleuit Petrus non inuenio quid dixerit, inuenio quòd fleuerit. Lachrimas eius lego non ſatisfactionẽ ſed quod deffendi non poteſt, ablui poteſt: lauant lachrymę delictũ quod voce pudor eſt cõfiteri. Ad hoc dicitur quod Chriſtus per poteſtatẽ excellentię dimittebat peccata & conferebat effectum ſacramenti ſine ſacramento, & ſic creditur feciſſe cum Petro. Et quod ſequitur. Lauãt lachrymæ. &c. Ad hunc ſenſum dicitur. tanta eſt virtus lachrymarum: quod lauant peccatum quantuncunq; ſit fœtidum & verecũdum. Et quodcunque ſimile dictum ſic eſt interpretandũ vel modo quo ſtatim dicetur. Item Chryſoſto. nõ dico tibi vt te prodas in publicũ: nec apud alios accuſes, ſed obedire te volo prophetę dicenti. Reuela domino viã tuam. Ergo peccata tua confitere apud verum iudicem: cum oratione delicta tua prænuntia nõ lingua ſed conſcientiæ tuæ memoria. Idem, peccata tua dicito vt deleas illa, ſed ſi confunderis alicui dicere: dicito ea quotidie in anima tua non dico vt confitearis ea cõſeruo tuo, vt tibi exprobret: dicito Deo qui curat ea: nec enim ſi nõ dixeris ignorat ea, cum faciebas præſto erat. Peccare non erubuiſti & confiteri erubeſcis? Dicito ea in hac vita, vt in alia requiem habeas: dicito ingemiſcens & lachrymans, in codice ſcripta ſunt, ſpongia peccatorum tuorum lachrymæ tuæ ſunt. Item proſper.

Faci-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Facilius ſibi Deum placabunt qui aut proprijs cõ-
feſsionibus crimen produnt:aut neſcientibus alijs
ipſi in ſe voluntariæ excommunicationis ſenten-
tiam ferunt. Sed iſte autoritates intelliguntur in ca
ſu in quo non eſt copia idonei confeſsoris, vt quia
eſt reuelator confeſsionis & huiuſmodi, quod in-
nuitur per id quod dicitur. Vt tibi exprobet. Po-
teſt etiam dici q̃ mens iſtorum doctorum eſt per
ſuadere peccatoribus q̃ ſi nollunt ſæpe cõfiteri ſa-
cerdoti:quòd ſaltem coram Deo quotidie confi-
teantur dolẽtes de commiſsis & offerentes emen-
dationem vitæ in futurum. Maxime quia de iure
diuino nõ tenemur cõfiteri vocaliter niſi ſemel in
vita ante mortem. Intendunt etiã illis verbis per-
ſuadere peccatoribus quòd non confitentur cõſer
uis,quando narrant peccata in cõfeſsione ſed Deo
cuius vices gerit ſacerdos. Aliter adhuc dicitur q̃
antiquitus circa hoc licebat opinari vnde magi-
ſter ſententiarum in diſtin.17.4. Et Gratianus de
pœni.diſt.5.indeterminatã relinquunt hanc quæ-
ſtionẽ arbitrio lectoris,ſed ſanctus Tho. ibi in ex-
poſi.litte.dicit q̃ iam eſt determinatum per Eccle
ſiam.in capitulo omnis de pœniten. q̃ confeſsio
vocalis eſt neceſſaria, vnde nunc aliter ſentire eſt
hæreſis. Et circa annum domini. 5480. In Hiſpa
nia compluti habita eſt ſolennis diſputatio preſi-
dente domino Alfonſo Carrillo Toletanæ vrbis
Epiſcopo & autoritate apoſtolica decretũ eſt con

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

feſsionem vocalem eſſe de iure diuino: & oppoſitum damnatum eſt, tanquam hæreticum. Et ꝙ ad confeſsionem vocalem teneamur, tenent Auguſ. lib. 3. de bap. cõtra Donatiſtas cap. 17. 18. Ambro. Hiero. Eccle. 10. Cyprianꝰ ſer. 5. de lapſis. Ambro. lib. 1. de pœnitẽ. cap. 2. Et alij antiqui ſancti. Vt patet eſt geſtis eorũ & ex vitis patrum. Et in decretis titulo de pœnitẽtia per totũ. vnde Augu. Veniale fit per confeſsionẽ, quod erat criminale operatione: multum ſatisfactionis obtulit, qui erubeſcẽtiæ dominans nihil eorum quę cõmiſsit Vicario Dei denegauit. Et rurſus: Quid times homo confiteri, quod per cõfeſsionẽ ſcio, minus ſcio, quã id quod omnino neſcio, cur erubeſcis confiteri, peccator ſum ſicut tu, homo ſum. Nihil humanũ à me alienum: cõfitere homo homini, peccator peccatori: ſi non cõfeſſus lates inconfeſſus dãnaberis.

Cõfeſsio dicitur quaſi ſimul & de omnibus faſſio & locutio, & arguendo per locum ab interpretatione nominis valet. Iſte non dicit omnia peccata, ergo non confitetur. Quia ſi re priueris nec nomen habere mereris. Eſt autem duplex confeſſio ſacramentalis. ſcilicet ſpecialis, qua quis in ſpecie peccata fatetur: alia generalis, qua quis poſtquã manifeſtauit omnia memoriæ occurrẽtia ſubdit. De oñibus alijs qualitercũq; & quotieſcũq; Deũ meũ offendi dico meã culpã: quæ valet ad remiſſionem oblitorũ etiam ſi non eſſet quis contritus

ſed ſo-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſed ſolum attritus, quia ſacramẽta gratiæ habẽt vir tutem faciendi de attrito cõtritum: eſt autẽ ſuper omnia vtiliſsima cõfeſsio, vnde & frequẽter eſſet confitẽdum. Valet enim apud Deum multũ plena cõfeſsio peccatorũ. ex. 4. Primo ex cõtritione confitentis. Secũdo ex humilitate cõfeſsionis. Non eſt enim actus maioris humilitatis, quã confiteri & in quo quis magis ſe oſtẽdat Chriſtianum. Tertio ex oratione confeſsoris. Quia ſecundum beatũ Tho. Maxima familiaritas contrahitur inter confeſſorem & pœnitentem vnde ad inuicem obligantur orare. Quarto ex virtute clauiũ. Infallibiliter nãq; ex opere operato quoties quis confitetur accipit gratiam vel augmentum eius: & ſecũdum ſanctos quando ſacerdos impedit beneficium abſolutionis: imaginandum eſt q̃ ex latere Chriſti dormiẽtis in Cruce exit impetus riui ſanguinis inundans pœnitentem. Quia ſacramenta ſunt quaſi canalis per quem virtus paſsionis domini ad nos deriuatur & communicatur.

Quando obligat præceptum confeſsionis ſub mortali.

NOtandum quod confeſsio cum ſit præceptũ affirmatiuum: non obligat ad ſtatim confitẽdum, niſi in his caſibus. Primo propter ſacramentũ, ſcilicet, quando habet recipere vel miniſtra-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

niſtrare aliquod ſacramentum, quia tunc debet prius confiteri de mortali: nec ſufficit ſecundum Palude conteri niſi quando neceſsitas vrget, & potens abſoluere abeſt. Quia ſicut baptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorum: ſic ſecunda tabula poſt naufragium eſt ianua ad alia, peccāti poſt baptiſmum. Vnde de conſe. diſtin. 5. cap. vt ieiuni. Dicitur ꝙ adulti confirmādi: moneantur prius facere confeſsionem peccatorum. Et eſt eadem ratio de alijs ſacramētis. Similiter qui alijs habet miniſtrare ſacramenta non debet habere defectū ſacramenti: & qui abſolutione eget non prius eam alijs nec alia ſacramēta debet miniſtrare, quā ipſe ſacramentum recipiat quo indiget. De mēte beati Tho. videtur ꝙ ad recipiendam euchariſtiam & ordinem ſacrum pręciſe teneatur quis confiteri: in alijs ſufficit contritio & ſumma purificatio quę eſt per confeſsionem requiritur ſolum in ſummo ſacramento euchariſtiæ: in quo nō ſolum gratia ſed fons & autor gratiæ ſuſcipitur Chriſtus. Ricardus dicit ꝙ qui de propinquo expectat alium cui deuotius & ſecurius confiteatur, poteſt cum ſola contritione accedere ad euchariſtiam. Quod ſanctus Tho. vt dicit Silue. non approbaret: in hoc caſu ſalua melius ſentientiū ſententia mihi duo videntur. Primum eſt quòd cum nemo ſciat ſe eſſe contritū accedere ad hoc ſacramentum poſt commiſſum crimen ſine confeſsione: non eſt vſq; quaq; tutum

& per

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

& per cõſequens nec fiendum nec conſulendum. falso
Innocen.in cap.omnis. de pœnitẽ.tenet q̃ homo
tenetur ſtatim confiteri poſt peccatum, ſiue illud
ſit occultum ſiue publicũ:quem ſequitur Archid.
Glo.autem de pœni.diſt.5.in ſumma limitat quã-
do peccatum eſt publicum.Sanctus Bonauen. te-
net q̃ religioſi ſtatim tenentur, quia totum tẽpus
eſt eis pœnitentię. De clericis idem aſſerit ſub du-
bio. De laicis dicit quòd ad ſtatim tenentur quan
do adeſt talis cõmoditas: qua rationabiliter nõ ex
pectatur maior quo ad tempus & ſacerdotẽ, quod
quia communiter accidit in quadrageſima:ratio-
nabiliter poſſunt id tempus expectare,ſupplemen
tum tenet q̃ laici ſtatim etiã teneantur. Sed nullus
iſtorum probat efficaciter ſuum dictum & cõmu
nis doctrina eſt in contrarium. Quia confeſsionis
præceptum eſt affirmatiuũ quod non obligat niſi
pro loco & tempore quod dupliciter cõtingit. Pri
mo per accidens quando aliquid imminet facien
dum quod ſine peccato facere non poteſt nõ con-
feſſus. Sicut ſi debet cõmunicare,inde venit obli-
gatio confitendi ſemel in anno, quia in Paſchate
communicandum Eccleſia ſtatuit. Secũdo per ſe
& ſic non tenetur homo ad ſtatim, ſicut nec ad ba
btiſmum qui eſt maioris neceſsitatis: niſi quando
imminet periculum mortis, quia homo per ſe te-
netur ea quæ ſunt neceſsitatis in hac vita implere.
Periculoſum eſt tamẽ non confiteri ſtatim com-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

missso mortali: religiosi etiam non tenentur ad alia quã alij homines, nisi ad quæ ex voto se obligarũt. Summa angeli, & supplemẽ. opi. sancti Bonauen. sectantur. Et licet sit tutius statim cõfiteri, quã differre: nõ tamẽ est tutius asserere q̃ sic obligamur: quia viri timorati haberent maximas occasiones peccãdi: cum aliquãdo in mẽsa vel in foro possent recordari de peccato & habere copiã confessoris.

Secundo tenetur quis statim cõfiteri ratione periculi mortis. Quia saltẽ semel in vita sacramentũ necessitatis est suscipiendum: cum autem nihil sit certius morte, & nihil incertius hora mortis, periclitamur omni hora: sed non sic accipitur hic, nisi quando homo sic est in periculo q̃ vt frequenter homines in illo moriuntur. Sicut in bello, naufragio, seu acuta & multum graui infirmitate, vel cõtinua febre. Vnde & medici tenentur infirmos ante omnia monere: vt medicos aduocent animarũ. De pœni. & remi. cum infirmitas. Non autẽ quando intrat mare taliter q̃ probabiliter mors non timetur. Et in tali periculo communiter tenetur q̃ quilibet sacerdos potest absoluere à quolibet de officio. ordi. cap. pastoralis in glo. Tertio ratione scrupuli, quando conscientia dictat & est illius opinionis q̃ statim tenetur. Quia omne quod est cõtra conscientiam ędificat ad gehenã. Si dictet necessario id faciendum. 18. q. 1. §. ex his. Quarto quando probabiliter videt q̃ illo anno copiam idonei confes-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

cõfessoris nõ habebit. Quinto ratione statuti quia ad minus semel in anno statutum est confiteri, vnde qui tempore Paschæ peccat: tenetur statim cõfiteri, si illo anno non est cõfessus. Si quis haberet solum peccata cordis: videtur q̃ possit differre cõfessionem vsq; ad mortis periculum, cum de illis Papa nihil habeat iudicare. Tamen quia semel in anno est præceptum communicare: quod digne fieri non potest sine confessione etiam de peccato interiori, tenetur talis infra annum confiteri. Item quia confessio non potest diuidi, si cũ peccato interiori habet exterius de quo potest Ecclesia præcipere: tenetur indirecte cum illo de interiori confiteri. Sexto quãdo timet q̃ nisi statim cõfiteatur obliuiscetur peccatũ: sed dicit Sylue. hoc nihil esse, quia obliuisci mortale peccatũ nõ est mortale, nec tenetur laborare ne obliuiscatur: sed sufficit q̃ velit recordari & proponat confiteri quãdo alia vice tenebitur. Sed certe si quis esset tam labilis memorię: q̃ probabiliter timet non posse illud peccatum confiteri ex obliuione, si statim non confiteatur: tenetur vel statim confiteri, vel facere memoriam in libro vel cum certo signo, ne à memoria excidat. Quia si secundum omnes tenetur statim confiteri: qui timet copiam confessoris non habere illo anno. A fortiori in isto casu & quamuis obliuisci mortale non sit mortale: velle tamen obliuisci vel exponere se probabili periculo obliui

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſcendi ex electione ſicut eſt in propoſito videtur mortale. Ideo tutius eſt vel confiteri, vel facere memoriam. Nec oportet propter hoc ſecum deferre inſtrumenta ad ſcribendum peccata.

An Papa poſſit diſpenſare in præcepto de confitendo.

NOtandum q̃ Papa non poteſt diſpenſare in confeſsione in eo quod eſt pure diuinum, quia ſeruus legem domini tollere non poteſt: & ſi poſsit diſpẽſare in pręceptis canonis alicuius apoſtoli; puta in bigamia et huiuſmodi, quia par in parem non habet imperium tamen in ſacramentis à Chriſto inſtitutis nõ poteſt: quia ſicut ars ſupponit naturam & natura materiam, ſic Eccleſia fundamẽta ſua quæ ſunt ſacramẽta. Vnde ſicut Papa diſpenſare non poteſt q̃ puer ſine baptiſmo ſaluetur: ſic nec quòd poſt baptiſmum mortaliter peccans ſine confeſsione ſaluetur. Diſpenſare tamẽ poteſt in eo quod eſt de iure humano: puta q̃ nõ teneatur ſemel infra annũ confiteri: niſi occurrat mortis periculum, vel debeat communicare. Et aduerte quòd quamuis confeſsor poſsit licentiare ex cauſa quòd pœnitens per aliquot dies poſt Paſcha ſine peccato differat communionem tamen hoc non poteſt toto anno, ſicut in lege: qui non poterat Paſcha facere primo menſe faciebat ſe-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

bat ſecundo, nec propter hoc excuſabatur toto anno.

Conditiones verę confeſsionis.

NOtãdum ꝙ confeſsio legitima ſedecim debet habere conditiones in his verſi. cõtẽtas. Sit ſimplex, humilis, confeſsio, pura, fidelis: atque frequẽs, nuda, diſcreta, libens, verecunda. Integra ſecreta lachrymabilis, accelerata. Fortis, & accuſans, & ſit parere parata. Quorũ expoſitio hæc eſt. Simplex ideſt, ſine mixtura hiſtoriarum, et ſine hac cõditione videtur ſentire ſanctus Tho. ꝙ non valeat confeſsio. Quod verum eſt quando tot miſcentur hiſtorię, ꝙ cõfeſſor non poteſt perpendere grauitatem ſpecificam peccati. Humilis, ſcilicet interius, vt quis ſe miſerum ac infirmũ cognoſcat & fateatur etiam exterius ex congruo, vt flexis genibus, diſcooperto capite, veſte lugubri & huiuſmodi. Pura ideſt, recta intentione. Fidelis ideſt, ſine falſitate. Frequens, vt crebro confiteatur tam peccata iam confeſſa quã non confeſſa. Nuda ideſt, ita clara vt confeſſor peccata perpẽdat, in peccatis carnis tamẽ verba ſint ſobria & rara, quãtum poſsibile eſt Diſcreta vt maiora cum maiori pondere dicantur & vt ſciat diſcretum quęrere cõfeſſorem. Libens, ideſt, ne quis cõfiteatur coactus humana verecundia, aut timore expulſionis ab

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Ecclesia. Verecũda, ne recitet peccata iactando se sed erubescat. Quia hoc est satisfactorium pœnæ. De pœni. dis. 6. cap. 1. Integra, vt nullum mortale, vel quod dubitat mortale celet. Secreta ex parte confessoris: quia in nullo casu debet reuelare scita in confessione, & ex parte pœnitentis ne detegat verẽda patris sui velut can. nisi vbi expediret. Accelerata vt statim post lapsum cõfiteatur & nõ differat. Fortis vt nihil omittat propter timorem satisfactionis vel ex verecundia. De festinatione iam proxime visum est an statim teneatur homo confiteri quo ad frequentiam.

Notandum ꝙ peccata semel rite confessa bonũ est sæpe reconfiteri. De pœni. dist. 1. quẽ pœnitet. Quia hoc cõfert remissionẽ pœnę ratione verecũdiæ & actus de se boni. Et augmentũ dat gratiæ virtute clauium. Non tamẽ est necessariũ, nec tenetur quis obedire prælato præcipiẽti vt recõfiteatur, nec posset Papa condere legẽ quæ hoc præciperet. Fallit hoc in multis casibus in quibus iteranda est confessio. Primo si tacet scienter mortale, vel circunstantiam necessariam vel quod credit seu dubitat probabiliter esse mortale ex verecũdia vel alia iniusta causa: mortaliter peccat, propter irreuerentiam sacramẽti & fictionem & reiterare tenetur. Et idem si omisit ex ignorantia quę ex propria culpa notabili processit: vt quia noluit de suis peccatis cogitare: vel si omisit ex crassa obliuio-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

bliuione ſecundum Richardum. Si tamen cõfiteretur eidem memori peccatorũ priorum vel pœnitẽtiæ impoſitæ. Vel ſi memor eſt cõfeſſor qualitatis pœnitentis, ita vt ſciat quam oporteat adhibere medelam, vt quia memor eſt & eſt carnalis: periurus & huiuſmodi, ſufficit prius confeſſa reconfiteri in generali. Dicendo de his quæ vobis prius dixi. Dico meam culpam, ac ſi nulla fuiſſet abſolutio, quæ differri poteſt per plures dies: etiam ſi confeſſor oblitus eſſet peccatorum in particulari: dum tamen pœnitentia taxaſſet, vel habeat in mente qualitatem cõſcientiæ pœnitentis: quod ſi non eſſet oporteret ad memoriam reducere vt fiat iuſta moderatio. Si autem aliquid horum ex iuſta cauſa omittit: puta quia dubitat probabiliter confeſſorẽ ſollicitare ad malũ vel reuelaturum confeſſionẽ vel cogniturũ peccatum quod cõfitens audiuit in confeſsione, excuſatur. Similiter qui omittit ex obliuione vel ignorãtia probabili facta debita diligẽtia, quam communi lege permittit humana fragilitas. Quæ tunc eſt ſecundum Scotum. Quãdo quis tãtam adhibuit ad memorandum: quantam apponeret in re ardua, & quę ſibi multũ eſſet cordi. Similiter qui ex neſcientia puta, quia non credit eſſe peccatũ excuſatur: quia licet aliquando nõ excuſet, quin peccet qui hæc agit cõtra legem Dei aut naturę: excuſat tamen ne peccet nõ confitẽdo ſpecialiter ſed ſolũ generaliter cõfitẽdo non

cogni-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

cognita & oblita: vnde pueri & puellę nouiter cognoſcentes eſſe mortale quod alias ſcienter omiſerunt confiteri ex ignorantia, non tenentur iterare confeſsionem: & ſecundum angelũ etiam ſi tali peccato eſſet annexa excõmunicatio. Sed hoc nõ videtur verum, quia omnis excommunicatus eſt priuatus participatione paſsiua ſacramentorum. Et per conſequens nulla eſt abſolutio excommunicati à peccatis, ſi prius nõ abſoluatur ab excommunicatione.

Secundo tenetur iterare ſecundum ſ. Th. & Richar. & alios, quando ex contẽptu vel negligentia non impleuit pœnitentiam iniũctam ad quam ex præcepto tenetur: nec implere poteſt, quia eius eſt oblitus. Si verò memor eſt & vult perficere, nõ tenetur iterare: præcipue ſi non fuit præfixum tempus. Similiter nõ tenetur iterare ſi eam omiſit ex impoſsibilitate vel maxima difficultate, puta infirmitate & huiuſmodi. Nec ſimiliter ſi nõ acceptauit illam: nec ſi alius confeſſor mutauit etiam non cognito peccato pro quo fuit impoſita. Sed certe ſi à principio fuit legitime confeſſus cũ iam peccata ipſius ſint remiſſa & illa fuit plena confeſsio: nõ video quare iſte iterum teneatur confiteri peccata prius confeſſa, cum eius negligentia poſt eius abſolutionem contingens, non poſsit facere ꝙ illud ſacramentum non fuerit ſacramẽtum quia ad præteritum nulla eſt potentia. Propterea iſte caſus iterandi

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

randi confeſsionem potius eſt de congruo, quã ex debito neceſsitatis. Et ita ſufficiet accuſare ſe de incuria implendi pœnitentiam.

Tertio iteranda eſt confeſsio quando confeſsor eſt adeo ignarus q̃ ne ſcit diſcernere inter mortale & veniale ex genere: & præſertim ſi pœnitens habet caſus intricatos: niſi ipſe pœnitẽs eſſet peritus & inſtrueret confeſſorem, vel niſi in articulo eſſet mortis, & alium nõ poſſet habere cõfeſſorẽ: habita tamen oportunitate iterare teneretur. Similiter reconfiteri tenetur qui ſcienter confitetur non intelligenti, vel quia dormiebat vel propter obſcuritatẽ verborum & huiuſmodi, quia nõ eſt cõfeſsio ſine vno referente & alio percipente. Et ſimiliter quando confeſſor non potuit abſoluere.

Quarto iteranda eſt confeſsio quando pœnitẽs erat excommunicatus etiã minori & à confeſſore abſolui non potuit ab excommunicatione vel nõ fuit abſolutus, quia excommunicatus abſolui non poteſt à peccatis, non obſtante probabili ignorãtia, quæ excuſat à peccato & pœna irregularitatis: ſed non facit non eſſe excõmunicatum, & ſi tunc eligeretur ad aliquod beneficium: ignorantia non faceret acquiri ei aliquod ius vt in capitulo apoſtolice. De cleri. ex. in glo. Et multo minus eſt capax ſacramentorum à quibus directe excluditur vnde abſolutio eſt nulla: quãuis angelus ſupplemen. & Caietanus oppoſitum oppinentur.

Quin-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Quinto ſecundum Innocen. in cap. omnis. de pœni. & remi. recidiuans tenetur iterare cõfeſsionem ratione ingratitudinis: ſed ſecũdum Ray. & ſummam cõfe. Sufficit in tali caſu confiteri priora peccata in generali: exprimendo ingratitudinem ſub proprio nomine vel circunlocutione. Sed hoc verum eſt quando ingratitudo eſt circunſtãtia talis quam teneatur confiteri, puta quia trahit ad particularem ſpeciem peccati: quod tunc eſt quando quis committat aliquod peccatum in contemptũ Dei & ſuſcepti beneficij, non autẽ quando eſt circunſtantia generalis cõſequens omne peccatum. Tenetur etiam recidiuans iterare cõfeſsionem de peccatis ratione imponẽdę ſatisfactionis pro preſentibus peccatis non directe ſed indirecte: vt ſciatur quæ ſatisfactio ſit iniungenda: vt & qui frequẽter paſſus eſt lapſum carnis ex aliqua occaſione, illa abſcindatur per ſatisfactionẽ & idem in alijs peccatis: ad quod videtur ſufficere generalis confeſsio dimiſſorum deſcendendo quandoq; ad ſpecialia prout videbitur expedire. Si primus confeſſor habet autoritatem abſoluendi ab omni excommunicatione & caſu & ſic intendit abſoluere: ſecundus confeſſor abſoluere poterit ab omnibus illis caſibus reſeruatis, etiam ſi pœnitens ex obliuione vel ignorantia non ſit ea confeſſus: nec eſt amplius excommunicatio, nec caſus reſeruatus ſed ſimplex peccatum. Vnde bene faciunt eligentes

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

gentes confessorem autoritate apostolica: si faciãt se absolui, quantum extenditur eorum autoritas. Quia si postea recordetur, nõ tenetur Papam adire, licet confiteri teneatur. Religiosi etiam qui in suis capitulis vel visitationibus absoluũtur à censuris: cum aliquid de ante actis venerit ad memoriã vel notitiam non tenẽtur nisi solum confiteri illa tanquam peccatũ simplex. Similiter si Prælati dãt licentiam alteri confitendi de omnibus: iam non sunt amplius ei reseruata, secundum Angelum habens casum superiori reseruatum si confiteatur ei à quo de hoc absolui non potest, non peccat mortaliter si ne scandalizet illum: tacet reseruata intendens illa integre confiteri superiori, & quamuis hoc sit verisimile: securior tamen est opinio sancti Thomæ quòd, scilicet, tenetur iste totum confiteri inferiori, & pro reseruatis ibit ad superiorem.

An mentiri in confessione sit mortale.

COnfessio debet esse pura, vnde qui confitetur principaliter propter inanem gloriã: vel ne notetur in populo, vel propter aliũ malum finem: peccat grauiter propter iniuriã quam facit sacramento, peruertendo eius finem qui est spes veniæ. Mentiri in confessione est peccatum morta-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

mortale, primo quando illud mendacium est pernitiosum notabiliter sibi vel proximo: vnde accusans se de peccato quod non fecit in speciali & in casu certo mortaliter peccat quia se infamat. Nec obstat cap. ad eius dis. 5. vbi dicitur, bonarum mẽtium est culpam agnoscere vbi culpa non est: quia intelligitur de cognitione dubitatiua & formidolosa. Non autem esse mortale se accusare peccatorem magnum in genere. Nec se accusare de mortali in specie in casu dubio ad consulendum conscientiæ: dum modo non asserat certe sed sub dubio etiam si plus iusto se agrauet ad tutamen cõscientiæ: quia illa præponenda est famæ, secundo est mortale circa ea quæ sunt de necessitate cõfessionis: cuiusmodi sunt mortalia peccata & mortales circunstantiæ non rite confessæ habita copia idonei cõfessoris quia hoc est inualidare sacramẽtum & irridere. Circa alia verò non necessaria, vt sunt peccata venialia & mortalia alias confessa: & alia respectu quorum non habetur confessor idoneus nõ est mortale mentiri secũdum Syluest. quia nec sacramentum inualidatur nec cõfessionis integritas minuitur. Vnde cõfitens scienter veniale quod non fecit secũdum ipsum nõ peccat mortaliter, sed contra. Non minor reuerentia debetur Deo in quantũ iudex noster est, quã in quantum testis operum nostrorum: sed iurãs falsum peccat mortaliter quantuncũque illud super quo iurat sit

leue.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

leue. Quia Deum inuocat in teſtem falſitatis. Ergo mentiens in confeſsione, etiam ſuper leuibus peccabit mortaliter. Quia quantum in ſe eſt irridet Deum & fruſtratur eius ſententiam, & dato ꝙ quis confiteretur venialia ſolum quæ non fecit. Et ſacerdos audita confeſsione eius proferat ſententiam abſoluendo ipſum. Quis dubitet hanc eſſe maximam irreuerentiam & ſacrilegium fori pœnitentialis. Videtur ergo, ꝙ cõfitens venialia quæ non fecit ſcienter mortaliter peccet. Qui verò in confeſsione à caſu dicit mendatium non vt materiam confeſsionis ſicut ſi quæratur de quo genere ſit? & reſpondeat aliter quam ſit male facit ſed non eſt mortale, idem eſt de alijs quæ per accidens ſe habent ad confeſsionem, & non ſunt de neceſsitate confitenda.

De circunſtantijs peccatorum an ſint neceſſario confitendę.

AD nuditatem confeſsionis requiritur confiteri omnes circunſtantias peccatorum, circũſtantiæ tamen alleuiantes non ſunt confitendę niſi tacẽdo eas crederetur à cõfeſſore eſſe mortale, quod quis confitetur vt veniale. Vt ſi dicat non ieiunaſſe in die de præcepto, & taceat de infirmitate. Circunſtantias igitur alleuiantes confiteri eſt imperfectionis: niſi fiat ad ſatisfaciendum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

alienę inquiſitioni aut ſcandalo. Circunſtantias vero mutantes ſpeciem & agrauantes in infinitum neceſſe eſt confiteri. De agrauantibus in eadem ſpecie ſunt opiniones: ſed opinio beati Bonauen. & ſancti Tho. eſt cõmunior q̃ non eſt neceſſe eas confiteri ſed tantum laudabile, & aliquando laudabile eſt eas omittere: vt in carnalibus quãdo vel confeſſorem vel pœnitentem allicerent. Si tamen infinite agrauant, neceſſario ſunt confitendę: quia gratia data in ſacramento pœnitentiæ reſtaurat, ſi qua inde inclinatio ad peccatum in ſacerdote vel pœnitente proueniat. Si tamen pœnitens videat confeſſorem precliuem petat licentiam confitendi alteri. Opinio verò Antiſiodo. quòd neceſſario ſunt confitẽdę ſicut ei qui furatus eſt mille aureos, non ſufficit dicere ſe furtum cõmiſiſſe: non eſt vera regulariter niſi in caſu, ſcilicet, quando eis non ſcitis ſacerdos neſcit quid ſit acturus, vel ratione iuriſdictionis Sicut iniuria illata in clericũ ſi ſit enormis eſt caſus Papalis: ſi leuis, eſt Epiſcopalis. de ſen. exco. cum illorum. Vel ratione damni dati vt ſciatur modus imponendę reſtitutionis & an talis quantitas ſit Epiſcopo reſeruata qui aliquando circa hæc diſponit: vnde indirecte tenetur homo has circunſtantias dicere: in quantum ſine eis non poteſt aliquando bene ſciri debitus modus ſatisfactionis: ideoque dupliciter poteſt eſſe in hoc periculum de mortale. Primo ſi ſacerdos interroget

confi-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

confitentem & neget vel taceat ex cauſa iniuſta. Secundo ſi ipſe ſcit quantitatem ſui delicti & iniuſte diffitetur aut tacet: quia exponit ſe periculo non recipiendi congruam medelam, ſeu ponendi obicem ſuę iuſtificationi.

Dubium eſt inter docto, an circunſtantia ſacri temporis & loci ſit neceſſario confitenda. Quantum ad locum dico quòd neceſſario eſt confitenda: quantum ad ſacrilegium rerum, locorum, & perſonarum: non ſolum ſi perueniatur ad actum, ſed etiam quo ad ipſas oculorum fixiones & cogitationes de luxuria, furto & homicidio: quia eãdem per ſe grauitatem habent cogitationes & operationes, & ad eandem pertinẽt ſpeciem, vt patet. Prima ſecundę. quęſtio. 72. Maxime ſi tales cogitationes non ſolum ſunt in Eccleſia: ſed etiam ſint de ſcelere perpetrato, vel perpetrando in Eccleſia: quantum verò ad alios actus puta detractiones vel alias cogitationes, vt de ſuperbia non eſt neceſſe confiteri circunſtantia loci ſacri: quia licet iſta trahant ad ſpeciem ſacrilegij tanquam habentia ſpecialem repugnantiam ad rationem rationę irreuerentię ad diuina: tamen iſta ſpecies eſt venialis, quia de hoc nulla eſt præceptoria prohibitio à Deo vel hominibus. Quantum verò ad circunſtantiam feſti. Nicolaus de Lyra. Florẽti. Ange. roſe. & nider. tenent quòd eſt neceſſario confitenda, ſed communior & probabilior via eſt cp

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

non: quia præceptū de ſanctificatione ſabbati litteraliter intellectum, non prohibet opus ſeruile ſpirituale puta peccatum ſecūdum ſanctum Tho. in 3. ſen. diſtin. 37. Et à ſenſu ſpirituali & myſtico: nō trahitur efficax argumentum. Quanuis igitur peccans in feſto magis faciat contra intentionem præcipientis quæ eſt vacare diuinis, quam ſeruilibus & mechanicis intēdens. Tamen iſta intentio non cadit ſub præcepto. Quia legis lator intendit obligare ſubditos ad ſubſtantiam alicuius operis ſub præcepto, non autem ad finem à ſe intentum. Vt, ſcilicet, fiat illud opus propter finem quem ipſe intendit. Ad hunc ſenſum dicit ſanctus Tho. in. 2. 2. quęſt. 122. arti. 4. ad. 3. Quia magis impeditur homo à rebus diuinis per peccatum quam per opus corporale: ideo magis contra hoc præceptum peccans in feſto, quam faciens opus corporale: vnde Aug. Melius faceret Iudęus aliquid vtile in agro ſuo, quā ſi in theatro ſeditioſus exiſteret: melius fœminę eorum die ſabbati lanam facerent, quā q̄ tota die in neomenijs ſuis impudice ſaltarent, finis autem intentus à præcipiente nō cadit ſub præcepto, vt patet. 1. 2. q. c. x. dicit etiam. ſ. Th. in. 4. diſt. 32. ar. 5. q. 2. q̄ circūſtantia tēporis feſtiui nō agrauat infinite, nec trahit ad aliam ſpeciem peccati.

Circunſtantia quæ eſt quoties dupliciter ſummitur. Vno modo vt dicit frequentiam: puta ſi frequenter illud cōmittit, hoc modo ſecundum Scotum.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tum. Angel. & Rosel. Est circunstantia necessario confitenda. Sed hoc non videtur verũ. Quia circunstantia cõsuetudinis nullo speciale Dei vel hominum præcepto prohibetur. Et secũdum peccatum non est circunstantia prioris, sed aliud ex toto ab illo distinctum. Alio modo summitur vt dicit quotam & numerum: & secundum Archid. & direct. Videtur q̃ sufficiat dicere numerum indeterminatum puta multoties sum fornicatus vel per annum in tali peccato fui & huiusmodi. Sed secũdum Floren. Angel. & Rose. Oportet dicere numerum certum puta. 100. vel. 200. quẽ si quis non habet in memoria, tenetur computare quoties in die potuit peccasse, vel in septimana, cuius ratio est secundum Rosel. Quia quilibet numerus adiũctus alteri numero constituit aliam speciem. Sed non cogit hæc ratio: quia vnitas addita variat speciem numeri sed non peccati. Sanctus Th. in opu. 12. ad lecto. bisuntinum dicit q̃ tenetur quis confiteri numerum peccatorum sicut potest. Hoc est sicut habet in memoria facta sufficienti præparatione secũdum q̃ consueuit facere humana fragilitas, dicẽdo. Hoc feci bis vel ter, eo modo quo tenetur ad confessionis integritatem: & peccat mortaliter qui ex causa iniusta tacet aliquid de vero numero quem habet in memoria. Et qui ex lata culpa nõ recordatur numerum peccatorũ: puta quia nihil omnino cogitauit, forte non cõsequitur iusti

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ficationẽ & peccat grauiter de nouo faciens irreuerentiam ſacramento quod annullat. Exprimat ergo peccator numerũ certum ſi nouit peccatorũ, vel incertũ ſi non nouit: vt dicẽdo potui hoc facere toties circiter & doleat quia neſcit certũ: quod ſi non facit ſuppleat ſacerdos, niſi vbi æque noſcit numerum ſicut peccator: quia tũc numerus implicite eſt confeſſus. Qui quærit cõfeſſorem idoneũ, quantũ poteſt: excuſatur, ſi erret in aliquo ad cõſilium eius: & ſua ignorãtia eſt inuincibilis niſi hoc ipſum, q̃ eius aſſentit errori, veniat ex ſua lata culpa: ſecus de eo qui talem nõ quęrit. Itẽ idoneus nõ exaſperat, nec aggrauat peccata irrationabiliter, nec cõtra iura: vnde Iudas ideo deſperauit, qui pœnitentia ductus de peccato ſuo, non apoſtolos ſed phariſeos adiuit.

Ex vi ſacramenti nõ tenemur venialia confiteri: quamuis cõfitens ſola venialia, vere recipiat ſacramentum pœnitentiæ. Quia duplex eſt materia ſacramenti pœnitentiæ: quædam neceſſaria vt peccatum mortale: alia non neceſſaria vt veniale. Primum patet, cum per venialia nõ poſsimus naufragari: & pœnitentia ſit ſecunda tabula poſt naufragium. Immo vigore ſtatuti. omnis. de pœni. & remi. habens ſolum venialia, non tenetur ea confiteri: quia Papa non obligat habentes ſolum venialia ſed mortalia, quæ ſolum diſtribuit, li omnia ſecũdum Scotum & glo. Quia ſi deſtribueret venialia,

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

nialia, teneretur ea confiteri etiam habẽs morta-
lia, quod nullus dicit. Et teneretur ad impoſsibile,
immo ſecũdum Pet. de Palu. Papa nõ poſſet obli
gare ad confeſsionem venialium: quia eſſet muta-
re materiam ſacramẽti pœnitentiæ faciẽdo de ve-
nialibus materiam pœnitentiæ neceſſariam: vnde
eo caſu, ſufficit ꝙ ſe præſentet ſacerdoti dicens ſe
non habere mortalia ſed venialia: vt admitti poſ-
ſit ad communionem. Innocẽ. 1. tenet ꝙ habẽs ſo-
lum venialia tenetur ea cõfiteri, quem ſequi vide-
tur ſupple. Sed iſtę opiniones non ſunt in veritate
cõtrarię, quia vna intẽdit ꝙ non tenemur cõfiteri
omnia venialia ſpecialiter & numeraliter: alia ve-
ro intẽdit quòd ratione ſtatuti teneamur ea cõfite-
ri in generali dicẽdo, nos quidẽ immunes à mor-
tali ſecũdum conſciẽtiam noſtram. In alijs tamen
multis deliquiſſe & petere abſolutionem, nec hoc
eſt mutare materiam ſacramẽti: quia venialia ſunt
diſpoſitio ad mortale, vnde ad hoc poteſt Eccleſia
obligare vt per abſolutionẽ, maiorem gratiã quis
cõſequatur. Et ꝙ ad venialia cõfitenda in ſpeciali
nõ tenemur ratione ſtatuti. Sãctus Thomas tenet
licet videatur ſolum recitare.

Tenetur tamen quis venialia cõfiteri in multis
caſibus. Primo ſecũdum. ſ. Bonauẽ. in. 4. diſt. 16.
vt refert Ang. ratione periculi ad quod ducit: quia
ſi homo periculũ aduertat, tenetur pœnitere de ve
niali: ſed nõ dicit ꝙ teneatur cõfiteri ſed pœnitere.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Secundo ratione dubij quando dubitat an ſit veniale. Tertio ratione profeſsionis regulę ad hoc obligantis ſecundum Angel. & ſupplemẽ. quos carpit Sylue. quia ſi Papa ad hoc non poteſt obligare per ſtatutum: multo minus quicunq; alius & ſi ſic eſſet religioſi tenerẽtur ad impoſsibile ſed dici poteſt pro angelo: q̃ quãuis Papa non poſsit me obligare ad confitenda omnia venialia, & in ſpeciali poteſt tamen me obligare ad aliqua, ſcilicet exteriora, vel ad omnia in generali & ita intendit Angelus. Poteſt ſecũdo dici q̃ ſicut Papa non poteſt me obligare ad religionem, quod tamẽ ego poſſũ ſi velim voto meo. Ita ſimiliter poſſum ego vouere vel iurare confiteri aliqua venialia, ad quod Papa alias non poſſet me obligare. Et idem intrando ordinem vbi hoc vouetur. Communiter tamẽ religioſi non tenentur confiteri de venialibus, ſed ſolum de morralibus aut dubijs de mortali: vel periculoſis ducentibus ad mortale, ſi ratione periculi tranſeant ad mortale. Dicit ſupplemen, ſe neſcire quomodo quis ſe audeat exiſtimare immunem à mortale infra vnum annum: & fatuum eſſe ſacerdotem qui ſic dicenti & non aliter confitenti euchariſtiã miniſtraret. Sed doctor ſubtilis oppoſitum ſentit in fine diſtin. 17. dicens. Non eſſe incredibile plures eſſe in Eccleſia qui per annum viuant ſine mortali. Immo ego credo per Dei gratiam multos maiori tempore ſine mortali tranſire

magna

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

magna perfectionis opera quotidie exercentes, de quorum meritis thesaurus ecclesiæ congregatur. Est tamen super omnia proficuum frequenter venialia cõfiteri: quia in confessione si rite fiat gratia confertur vel augetur infallibiliter ex opere operato. fomes peccati minuitur: facilius corriguntur per auxilium gratiæ, & propositum bonum renouatum: eorum pœna aboletur. habitus venialiũ nõ sic firmatur: & quia multa sunt mortalia, quæ ex cœitate nostra venialia reputantur.

Modus quo fieri debet cõfessio.

COnfessio prout est pars sacramẽti habet determinatum actum sicut alia sacramenta habent determinatam materiam: & ille est proprium verbũ quo cõsueuimus manifestare propios conceptus, sicut in Baptismo: assumitur illud elementum cuius est in abluendo communior vsus, alij enim modi inducti sunt in suplementum. Igitur non habenti vsum linguæ, vt est mutus, vel qui est alterius linguę sufficit cõfiteri per nutus: per scriptum aut interpretem, quia non exigitur ab homine plusquàm possit. In absentia vero sacerdotis potest fieri laico, ideo non oportet quòd fiat scripto. Quia plus pertinet ad confessionis necessitatem actus quàm ille cui fit. Nec obstat quòd baptisma nullus debet accipe-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

re nisi in aqua: quia ipsum est omnino ab extra & nobis ab alio exhibetur: sed actus confessionis est à nobis ideoq; quando non possumus vno modo: debemus secundum quòd possumus confiteri: quia de necessitate sacramẽti est quòd quis sua peccata manifestet, nec potest quis in hoc dispensare. Sed quòd fiat verbo non est de necessitate sacramenti secundum beatum Tho. sed ex institutione Ecclesiæ non solum, vt peccator erubescat: sed vt accipiatur id cuius vsus est conuenientior. Et quamuis confiteri clerico absenti per scriptum liceat & absoluere similiter Licet Duræn. hòc neget: quando tamen timetur scandalum fieri non non debet.

Circa hoc est aliqua oppositio inter beatum Tho. & Scotum nam sant. Tho. tenet quòd quãdo quis habet sacerdotem præsentẽ tenetur confiteri ore vel perscriptum seu interpretem de iure diuinò semel ante mortem. Quia deus præcipit absolute confessionem vocalem: quæ fieri potest dictis modis: quantum est de necessitate sacramenti & consequenter quamdiu homo habet vnum deillis modis non absoluitur à præcepto. An idem sensrit de iure canonico quòd scilicet semel in anno teneatur confiteri per interpretem qui non potest aliter, videtur quòd non quia non inuenitur expressum in iure, & hoc præceptum est graue & efficeretur grauius: & consequenter

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſequẽter talis nõ tenetur coramunicare in paſcha niſi immineret periculum mortis. Tenetur tamẽ confiteri ſcripto aut nutu ex præcepto Eccleſiæ ſi aliter nõ poteſt: quia iſta non augent ſed minuũt difficultatem præcepti. Scotus vero poſt Ricar. quos ſequitur Angel. & Roſel. tenent tria contra prædicta. Primo quòd non tenetur quis per interpretem confiteri: qui cum ſacerdote ſi vellet poſſet malignari contra confeſſum teſtificando: nec ad forum ſecretiſſimum tenetur quis, vt eſt aliquo modo publicus. Sed ſi iſta ratio concluderet: ſequeretur quòd etiam ſacerdoti non teneremur confiteri, quia ſi vellet malignari: poſſet teſtis eſſe contra confitentem & faceret ſemiplenam probationem: vnde poſſet publicari & exponi torturę: imo poſſet inuenire alium teſtem falſum & plene probare: ſufficit ergo quòd non poſsit venire in publicum licite & iuridice, vt in propoſito. Quia ſacerdos & interpres celare tenentur. Secundo dicit. Contra rationem confeſsionis eſſe: quòd fiat per ſcriptum. Quia omnis ſcriptura ex natura ſua eſt publica, & aufert verecundiam. Sed contra quia. 30. q. 5. capitulo. qualis dicitur, quòd licet per ſcriptum confiteri: nec in tali caſu ſcriptura eſt publica niſi raro & per accidens: ſicut & voces confitentis audiri poſſunt ab alio: nec obſtat ſublatio verecundiæ. Quia confeſsio facta ſine verecundia tenet.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Et ex quo adeſt ſacerdos & ipſi datur ſcriptura nõ deeſt verecundia. Tertio dicit quòd nõ licet abſenti confiteri per literas. Contra quod eſt quòd ſanctus Tho. cantuari. vt omnes teſtantur per literas eſt cõfeſſus: nemo tamẽ ad hoc tenetur. Quãuis confeſſor non debeat audire illam cum qua peccauit quia tollitur erubeſcentia quæ eſt magna pars ſatiſfactionis: ſi tamẽ abſoluat tenet abſolutio. Et idem de omni peccato in quo ſacerdos fuit cooperans & conſentiens. Nec ſufficit ſi quis peccata alicuius eo præſente referat ſacerdoti: quia homo per ſe ipſum debet confiteri, ſatisfacit tamen qui ſacerdoti interroganti ad quæſita reſpondet: quantum ad ea de quibus interrogatur niſi talis ſtatuiſſet: potius tacere, quàm ore proprio confiteri: quod eſt mortale. Ideo confeſſor prudens hoc aduertens faciat eum rectificare conſcientiam & de hoc dolere & caute educere de ore eius peccata, quæ videt eum velle celare. Similiter ſi probabiliter credit aliqua obliuiſci ex impręparatione: aut non exiſtimare peccata, debet occurrere: alias ſcienter abſoluere indignum.

An tenemur ſemper integre confiteri.

HOmo tenetur integre confiteri omnia peccata ſua vni ſacerdoti etiã ſi vt dicit. ſ. Tho. &

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

& Scotus,ille non posit ab omnibus absoluere, quod verum est. Primo si peccata sunt mortalia: quia venialia cum non habeant connexionem: quo ad contrictionem : confessionem & absolutionem,eorum confessio diuidi potest. Secundo si sunt in memoria quia oblita licite tacentur:quę si post confessionem ad mentem redeant ipsa sola tenetur confiteri etiam si alteri confiteatur. Dicit tamen Siluest.quòd alia tenetur reconfiteri in generali:dicendo quòd ista confitendo est oblitus : sed ista tentio non videtur necessitatis, sed congruitatis:nisi quando obliuio fuit ex sua culpa:& tunc sufficiet dicere accuso me, ꝙ ex mea ignauia oblitus eram huius peccati & ideo in alia confessione non sum hoc confessus. Tertio non tenetur integre confiteri quando confessor non est idoneus ad omnia audienda, vt quia inde solicitaretur ad malum,aut illud reuelaret & huiusmodi:& non habetur alius sacerdos quando pœnitens habet casus reseruatos si prius accedat ad superiorẽ secundum Palu. Ecclesia Romana hũc habet vsum vt absoluatà maioribus remittẽs pro minoribus absoluendum in quo facto supponitur quòd ita fieri possit & talis confessio est virtualiter integra secundum Capreolum : propter intentionem confitentis : potest etiam absoluere ab omnibus si omnia velit audire non aliter. Ex quibus infero quòd quando quis confitetur generalirer

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

neraliter de omnibus culpis vitæ ſuæ, vel alias facit longam confeſsionem durantem per plures dies: poſſet in qualibet partiali confeſsione abſolui. Quia non videtur maior ratio in caſu ſuperiori: quàm in hoc. Si vero prius accedit ad inferiorem, ſecundum .ſ. Tho. peccator debet totum dicere inferiori: qui abſoluet a quibus poteſt ad ſuperiorem in aliis remittens. Argu. 33. q. 2. latorem. & de pœni. & remi. ſignificauit, & ſi de facto abſoluit inferior ab omnibus: nõ eſt abſolutus: quia quo ad reſeruata ſententia eſt à nõ ſuo iudice: ſed quantum ad alia valet: quia vtile per inutile non vitiatur in his quæ capiunt diuiſionem. Eſt tamẽ ipſe excuſatus per ignorantiam facti: ſed non ſacerdos cui ius ignorare non licet, quòd hoc poſſit fieri ſic perſuadetur. Quod eſt in confeſsione quãtũ ad abſolutionẽ ex parte dei non diuiditur: ſed totum ſimul remittit in cõtrictione: quod vero eſt ex parte Eccleſiæ: diuidi poteſt. Quia ipſa duo facit abſoluendo, & remittit partem ſatiſfactionis, & reconciliat Eccleſiæ militanti, primũ diuidi poteſt, vt ſi dicat ſacerdos fac hoc per. 8. dies & regredere & iniũgam reliquum. Sed quia regulariter confeſsio debet eſſe integra: ſecũdum beatum. Tho. quando peccator prius vadit ad ſuperiorem ſecundum herueũ: quidquid ſenſerit Palu. non abſoluit proprie eum à peccatis niſi totum dicat: ſed ab obligatione confitendi ſibi:

ſi

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

vere prius vadit ad inferiorem absoluit eũ à peccatis sed non ab obligatione confitendi superiori. Sed securus est quòd non absoluat quousq; habeat commissionem à superiori. Dicit autem Palu. notabile verbum scilicet quod absolutus à reseruatis in articulo mortis non tenetur si euadat adire superiorem nisi fuisset excommunicatus. Et similiter absolutus extra casum necessitatis: à talibus ab eo qui poterat etiam si confessio fuisset ficta si iterum & pluries vult confiteri de eisdem absolui potest à quocunq;.

Confessio secreta.

COnfessio debet fieri secrete, soli sacerdoti & ab vno solo pœnitẽte sic q̃ nec vnus audiat multos: nec multi simul audiant vnũ. de pœni. & remi. oĩs in verbo solus & in verbo sacerdoti: vnde mortaliter peccant audiẽtes plures pueros doli capaces. In articulo tamẽ necessitatis quãdo iminẽte morte vn⁹ post aliũ cõfiteri nõ potest: licet plures simul audire. Similiter plures possunt vnũ audire ipso cõsentiente vt saniori cõsilio regatur & tenet absolutio, secundũ Palu. & Ricar. Cuius cõtrariũ sentit Scotus dicẽs. Confessio pluribus facta nõ est sacramẽtalis: quia vnus est Christus quẽ sacerdos repręsentat: sed primum est verius quia illi duo tenent locum vnius perfecti.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Peccator tamen liber est secundum Ioan. And ad confitendum publice: si facere velit ex feruore: non obstante li solus. quia positum est vt ad cõfessionem homo liberius accedat: quod secundũ S. Tho. in. iiij. dis. xvij. in exp. lit. verum est si peccatum est publicum: alias non licet: quia talis humilitas prçiudicabit proximo: qui posset inde scandalizari. liber etiam est ad dicendum pœnitentiam sibi impositam sicut & sua peccata: quando nec sibi nec confessori ex hoc præiudicat: secus vbi se sine causa infamaret, vel confessorem aut ei maliuolentia acquireret, vt si iniunxit mulieri abstinere a familiaritate alicuius viri & huiusmodi.

Confessio lachrymosa.

COnfessio facienda est cum lachrymis nõ exterioribus quia ille non sunt in nostra potestate: sed cum interioribus quæ sunt displicentia peccati præteriti cum proposito cauendi à futuris. Et sufficit quòd velit quis habere à deo displicentiam & gratiam cauendi in posterum cum nulli placeat displicentia rei placite. Debet tamen hæc voluntas esse efficax. quę si sit imperfecta in absolutione virtute clauium fit perfecta: nisi ponatur obex. quia sacramenta nostra de attrito faciunt contritum. Nota quòd cum attritio non cõ

sistat

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſiſtat in indiuiſibili ſed habeat latitudinẽ & plures gradus (qa dabilis eſt perfectior & minus perfecta) ſtat aliquem ſaluari ſumptis ſacramentis pœnitentiæ: Euchariſtiæ & extremę vnctionis, qui damnaretur ſumpto altero tantum vel duobus: quia vis clauium & virtus ſacramenti iterato ſacramento perficit: quod in primo defuit. Secũdum Scotum ad conſequendam gratiam per hoc ſacramentum ſufficit non ponere obicem: quod eſt minus quàm attritio, quia ſecundum ipſum ſufficit voluntas ſuſcipiendi hoc ſacramentum ſine obice peccati mortalis actualiter ſibi facto in vltimo inſtanti abſolutionis in quo eſt vis ſacramẽti obex actualis dicitur. Si quis actu tũc cogitaret aliquod mortale non relinquere. Et fere hæc eſt mens ſancti Tho. cum dicit: quòd confeſsio poteſt eſſe informis. Sed cõtra quia ſicut matrimonium eſt nullum ſi quis velit contrahere matrimonium & tamen non vult conſentire. Ita cõfeſsio ſine dolore nulla eſt: quia actus interior eſt pars eſſentialis huius ſacramẽti. Dici poteſt quòd pars eſſentialis huius ſacramenti non eſt contritio: ſed aliqualis dolor. Et ſi contritio dicatur eius pars intelligitur de contritione futura: ſicut ſatisfactio aliquando præcedit: nec eſt hoc inconueniens: cum pœnitẽtia ſit totum ſucceſsiuum. Sed aduerte quòd aliud eſt velle cauere: & aliud credere quòd à peccato cauebit. cum vnum ſit rationis

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

aliud voluntatis: multi vellent cauere: qui credunt quòd non cauebunt. Qui autem nullam habent de peccato diſplicentiam nec voluntatem cauendi. Sed actu vult non cauere: ſi confitetur & petit abſolui mortaliter peccat propter irreuerentiam ſacramenti & anullationem quantum in ſe eſt. Si autem velit ſuſcipere ſacramentum vt doleat nec actu proponit redire ad peccata vel ſi ſit aliqualiter delens non debet abſolui: ſi tamen abſoluatur non peccat ſacerdos ſi non aduertit ad imperfectionem ſuæ diſplicentię ſed credit illum perfecte dolere. Et recedente fictione valebit ſimpliciter illa confeſsio.

Ad ſciendum vtrum confeſsiò facta ſine contritione valeat. Aduertendum: quòd triplex eſt fictio. Prima eſt quæ ſiue ſit confeſſa ſiue non: facit ſacramentum nullum eſſe, vt ſi quis intendit ſuſcipere ſacramentum ſed non dolet de peccato: aut illud cauere non vult & hoc actu conſiderat, & talis confeſsio nec tunc nec poſt valet. Secunda eſt quæ in puncto abſolutionis deſinit eſſe fictio & valet ſacramentum etiam tempore quo ſuſcipitur, vt cum quis inſufficienter quidem dolet: ſed non adeo: quin talis dolor perfici poſsit ſacramento: & in veram contritionem conuerti: ſiue ſit confeſſa ſine non. Tertia eſt quam ſi quis cõfitetur abſolui non debet & ſi de facto abſoluitur: dubium eſt vtrum valeat confeſsio recedente fictione:

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ctione: si vero eã non cõfiteatur: qa nõ occurrit: verũ est sacramẽtũ & valet cõfessio nec est iterãda sed sola fictio cõfitẽda, vt si ex ignorãtia iuris diui ni credit falsse se sufficienter discussisse cõsciẽtiam: uel cũ quis dolet de prẽterito sed de futuro cauere non vult vel econuerso. Dicit bona, hosti. olcot. vincẽ. & plures alij q̃ dicta cõfessio non valet ad remissionẽ culpę etiã recedẽte fictione: & necessario est iterãda. Sed. s. Tho. Ricar. & cõis theolo-gorũ schola: tenẽt oppositũ. Nã ad omnẽ formã sufficienter disponentẽ ad aliquẽ effectũ: sequitur talis effect⁹ sublato impedimẽto: sicut sublata colũna sustẽtãte lapidẽ sequitur mot⁹ lapidis deorsum: & remota fictione in baptismo: sequitur gratia à charactere: sed ornat⁹ sufficiẽter disponit ad gratiã alioquin pœnitẽtia insufficienter illã causaret: quæ illã nõ aliter causat: quã disponẽdo: ergo sublato impedimẽto fictionis sequitur inde gratia & valet cõfessio. loquẽdo de fictione. 3. modo.

Tripliciter verificatur hæc opinio. Primo quã do fictio est priuatiua tantũ: vt cũ habet dolorẽ: sed ita imperfectũ q̃ cũ sacramẽto nõ sufficit ad cõtritionẽ: nec tamẽ sciẽter celat peccatum quod habuit in examinãdo cõsciẽtiam vt debuit: quod dicitur fictio: & tamẽ credit se sufficiẽter dispositũ: qui error non tollit fictionem respectu vltimi effectus sacramẽti quia est iuris diuini: sed tamen tollit fictionem excludentẽ essentiã sacramẽti eo

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ipſo, quòd eſt error. Secundo quando fictio eſt poſitiua quam qui celaret faceret ſacramentum nullum, & qui confiteretur abſolui non deberet, vt ſi non dolet de præterito, & tamen hæc fictio actu non occurrit ſibi vt confitenda & conſequenter perinde eſt ac ſi hoc peccatum fuiſſet per negligentiam oblitum & eſt verum ſacramẽtum: non obſtante ignorantia iuris diuini. Tertio verificatur quando confitetur eidem cui prius: quia ſufficit abſoluere ab omnibus & iniungere pœnitentiam ſolum pro fictione: pro alijs autem faciat priùs iniunctam quia non oportet quod cõfeſſor recolat omnia peccata à principio vſq; ad finem. Sed ſufficit ſecundum Palu. quòd cognoſcat modum & diſpoſitionem pœnitentis vt congruam moderetur pœnitentiam. fictus igitur abſolui non debet: quia ſacerdos non debet abſoluere: quem ſcit à deo ligari: ſi tamen abſoluatur tenet abſolutio & habebit effectum quando conteretur: vel ex pactione diuina. Si dicatur quod ibi non eſt materia pœnitentiæ ſcilicet peccator contritus. Dicendum quòd immo eſt materia ſacramenti ſed immunda ſecundum Palu. & non eſt confeſsio dimidiata: niſi fictio occurrat vt confitenda.

In confeſsione debet homo quantũ poteſt famam alterius cuſtodire ſed magis ſuam purgare conſcientiam: vnde ſi circunſtantia ducẽs in noticiam

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ticiam alterius perſonæ ſit de neceſsitate confeſſionis, vt ſi peccauit cum mater confitenda eſt, petet tamen licentiam vt poſsit confiteri non cognoſcenti perſonam, credo tamen quod ſi ex nominatione perſonæ immineret grande periculũ alicui & probabiliter: non teneretur illam exprimere. Sicut nec teneretur confiteri alia peccata in tali caſu: quia quod eſt inſtitutum pro charitate: non debet contra charitatem militare. Sed ſi ſit ſolum agrauans circunſtantia non debet exprimere niſi talis expreſsio eſſet vtilis pœnitenti, vt ſcilicet melius præſeruetur à recidiuo, vel perſonæ nominatę quia tunc exprimere debet. Aliàs ſi ſine vtilitate ſua vel alterius exprimat: non euadet detractionem pœnitens & confeſſor ſi adhoc conſentit. Similiter non peccat ſed meretur confeſſor ſicut & ipſe pœnitens reuelans: ſi interroget perſonam non excurioſitate: nec vt prodat ſed vt proſit pro ea orãdo, vel fraterne corrigendo & ſecrete monẽda de licẽtia pœnitẽtis & nõ aliter.

Quomodo circunſtantiæ ſint confitendę.

SEptem ſunt circunſtantiæ hoc verſu contentę, quis, quid, vbi, qnibus, auxilijs, cur quomodo, quando. Quoties proprie non eſt circunſtantia ſed ab ſuſtãtiam actus pertinet. Quia

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

vbi aliquid fit bis:eſt ſubſtantia actus geminata & duplex peccatum etiam ſi obiectum ſit vnum numero, vt ſi quis interpolatis temporibus bis eundem feriat:quando circunſtãtia addita indiferenter ſe habet ad rationem nec bonum nec malum importans:non mutat ſpeciem peccati:ſicut percutere hominem veſtitum vel nudum furari dextra vel ſiniſtra.Similiter non mutat ſpeciem ſi habent repugnantiam ad rationem ſolum ex ſuppoſitione alicuius prioris:ſicut accipere alienum in magna quantitate eſt eiuſdem ſpeciei cum accipere alienum.Quia magna quantitas non repugnat rationi:niſi ex ſuppoſitione huius quod dico alienum:vnde non eſſet peccatum accipere in magna quantitate ſi eſſet proprium. Si vero importet aliquid repugnans rationi primo & per ſe:dat ſpeciem peccato: ſicut alienum dat ſpeciem huic quod dico accipere, ita quòd ſi alienum ſuperueniat ei quod eſt accipere conſtituit furtum:ſicut rationale adueniens animali cõſtituit hominem. Circunſtantia non varians ſpeciem non agrauat infinite:alias infra eandem ſpeciem eſſet diſtantia infinita vnius ab alio. Quæ etiam mutat ſpeciem non aggrauat infinite quando ipſa eſt peccatum veniale de ſui ratione:ſiue id cui additur ſit veniale ſiue mortale: ſicut ad actũ gulę qui eſt propere addit hæc circunſtantia laute ſpecialẽ deformitatem: quæ ex ſe faceret peccatum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tum & tamen non agrauat infinitum ſemper.

Illa circunſtantia aggrauat infinite: quæ repugnat rationi directe ex eo quòd eſt contra ſpeciale præceptum Dei vel Eccleſiæ, vel ſuperiorum literaliter intellectum & non ſpiritualiter ſecundum ſanctum. Tho. in. 3. diſtinct. 37. q. prima. primo ad ſecundum. Ex quo infero quòd circunſtãtia temporis non trahit in aliam ſpeciem nec aggrauat infinite vt dicit ſanc. Tho. in. 4. diſtin. 32. articu. 5. q. 2. quamuis, Nicolaus Florenti, Angel. & Roſel. dicant oppoſitum. Infero ſecũdo quòd circũſtantia perſonę ſimiliter non aggrauat infinite: niſi in tribus caſibus. Primo ratione voti in quo includitur præceptum, vt obſeruet illud: vnde luxuriari cum religioſo aggrauat infinite. Secundo ratione præcepti ſibi facti, vnde contrahere cum ordinato in ſacris aggrauat infinite. Tertio ratione ſcandali caſu quo ſcandalizare eſt mortale: & conſequenter contra aliquod præceptum: ſed aduerte quòd circunſtantia mutans ſpeciem cum tranſeat in vim obiecti actus: non debet proprie dici circunſtantia ſed obiectum illius actus. Quia circunſtantia proprie eſt accidens actus humani attingens illum extrinſece, vt dicit. ſ. Tho. prima ſecundæ. quæſt. 7. Circunſtantia ſacri loci variat ſpeciem etiam ſi addatur actui bono ſtãtibus ſtatutis iuris humani, vt ſi iu-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

dex iubeat ſuſpendi furem in Eccleſia, aut ſi ibi vir reddat debitum vxori, niſi in caſu: quia locum ſacrum decet mundicia etiam corporalis. Nec eſt eadem ratio de circunſtantia temporis: tum quia de violatione ſacri loci eſt ſpecialis prohibitio literaliter intellecta, vt patet de immunitate Eccleſiæ non autem de tempore: tum quia actio iniurioſa & indecẽs non ita maculare poteſt tempus ſicut locum. Erit tamen circunſtantia temporis aggrauans infinite ſi quis in deſpectum ſacri tempõris aliquid faceret, vel ſi ſuper hoc fieret ſpeciale præceptum.

Penitens ſecundum hoſtien, & Panor. in cap. ſignificauit. de pœni. & remi. non tenetur acceptare omnem pœnitentiam quam vult ſacerdos iniungere. ſed ſufficit ei ſecundum Scotum propõſitum acceptandi à deo hic vel in purgatorio: ſi tamen acceptat implere tenetur. Quando vero illud quod iniungitur eſſet ſatiſfactio aliqua proximo exhibenda: tenetur neceſſario obedire: immo ſi eſſet poſsibile deberet præcedere cõfeſsionẽm & ſimiliter ſi illud eſſet iniunctum pro neceſſaria cautela contra recidiuum. Poteſt enim ſacerdos & debet interdicere familiaritates præiudicantes ſaluti pœnitentis vel honori diuino & ille obedire tenetur. Similiter quando iniungit per modum declarate obligationis, vt quòd abijciat ancillã cũ qua eſſe nequit ſine periculo recidiui

In

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

In alijs autem quæ imponit per modum exhortationis vt ꝙ ieiunet,& in his quę iniũgit pro ſpeciali ſatisfactione peccatorum : non tenetur acceptare,ſed certe nõ videtur plene contritus:qui leuiſſimam pœnitentiam pro peccatis non vult hic acceptare,& vere talem ego non abſoluerẽ. Quamuis Scotus hoſtiẽ.Panor.& Syluеſ.dicãt oppoſitum. Si verò ſacerdos pœnitẽtiam dat indiſcretã recuſare poteſt pœnitẽs & petere rationabilem.

Secundum monal.quem ſequitur Syluеſ.ſecũdus confeſſor non poteſt mutare pœnitẽtiam iniunctam à primo pro peccatis reſeruatis vel quando ſuperior ſibi reſeruat mutatione : niſi ex cauſa rationabili quãdo vrget neceſsitas vel vtilitas ſuadet,quia tunc pium eſt interpretari ꝙ ſuperior licentiam commutandi cõceſsit:& ſimiliter quando publica pœnitentia eſt iniuncta requiri debet qui iniunxit ſi commode poteſt ne ſcandalizetur. Et ſecundum Ray. quia hoc fieri non debet niſi cauſa examinata propter quam eſt iniuncta requiritur confeſsio peccatorum pro quibus eſt impoſita.In alijs vero mutare poteſt ſecundus confeſſor pœnitẽtiam datam à primo quia par in parem non habet imperium, maxime ex cauſa. Nota ꝙ quia leuiſsima religio ſecundum.b.Tho. eſt grauior quacunq; pœnitentia taxata:in quantum homo abdicat propriam voluntatem qua nihil eſt carius:ſi ſacerdos iniungat pœnitenti ingreſſum re-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ligionis nõ tenetur obedire: & si qui canones hoc faciunt consilium potius est quam præceptum. In confessione tria concurrunt, scilicet confitentes, confessum, & confessor. Confessor debet esse sacerdos proprius ordinarie vel ex commissione. Confitens debet esse omnis homo doli capax ex vi sacramenti: sed secundum quòd est præceptum Ecclesiæ vt semel in anno fiat tenentur omnes, & soli fideles etiam pueri cum ad annos discretionis venerint: quod est in septimo anno, vt notat glo. de delict. puer. cap. 1. vt in pluribus, aliquando tamen sunt doli capaces, & possunt delinquere ante septenium vt docet sanctus Thomas in. 4. distin. 27. & tales obligantur ex tunc ad confessionem. Res confitenda necessario est mortale peccatum commissum post baptismum, & circunstantiæ infinitę aggrauantes de peccato mortali ante baptismũ, sufficit conteri vel atteri: nec oportet confiteri quãuis Angelus, & Rosel. teneant quòd sic: sed oppositum communiter tenetur quia ianua sacramentorum omniũ est baptismus. Immo videtur quòd si confiteatur absolutio nulla sit: cum nemo sit capax sacramentorum nisi per baptismum. Contra, quia ad ea q̃ sunt iuris diuini omnes tenentur. Dic q̃ verum est suo ordine: primo ad baptismum & post ipsum ad alia.

Quæ mortalia sint confitenda.

Gratia-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

GRatianus. de pœni. distin. 1. quęrit: vtrum ille qui post baptismum fecit aliquod mortale teneatur illud cõfiteri: an sufficiat dolere de illo cũ proposito abstinendi, & nõ confitendi. Et post multa lectoris arbitrio quid sit tenendum relinquit. Theodorus in vlti. cap. illius dis. dicit: grẹcos tenere cõfessionem vocalem nõ esse necessariam. S. Tho. in. 4. distin. 17. in expo. lit. dicit quòd pro opinione olim habebatur: nunc post determinationem Ecclesiæ sub Innocẹn. 3. factam de pœni. & remi. omnis, est hæresis: quia sequitur claues Ecclesiæ non esse ad salutem necessarias, sed de hoc supra latius verba fecimus: & quia sæpe dicitur quòd mortale certum, & quod dubitatur esse mortale probabiliter necessario sunt confitenda. Sciendũ quòd aliud est scire, aliud opinari & dubitare, scire importat certitudinem sine hẹsitatione de opposito: opinari habet assensum & credulitatem de aliquo cum formidine de opposito. Dubitare non dicit credulitatem nec assensum alicuius: sed proprie est quando quis nec credit nec discredit sed est in ẹquilibrio rationis: non declinãs magis ad vnam partem quam ad aliam saltem notabiliter, etiam si aliqualiter coniectet leuiter sine ratione probabili de altera earum. Qui ergo opinatur probabili ratione de aliquo quòd nõ sit mortale, non tenetur illud confiteri. Dicitur probabilis ratio quæ videtur vera omnibus aut

maiori

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

maiori parti vel omnibus ſapientibus aut maiori parti vel ſaltem præcipuis eorum, & credens aliquam rationem eſſe talem: poteſt ſe in ea fundare quia non tenetur exhibere diſcutienda prædictis. Cum hoc ſit impoſsibile vel difficile nimis. Item peccata quæ ſcit ſacerdos tenemur confiteri: quia non ſunt ei manifeſta in forma iudicij & in quantum eſt Vicarius dei.

De ſigillo confeſſionis.

CElare audita in confeſsione eſt de iure naturę: diuino & poſitiuo ratione charitatis fidelitatis & vtilitatis. Ad quod tenetur ſacerdos qui audit & is cui ipſe de licentia pœnitentis reuelat, vel ſine licentia: & non ſacerdos qui in neceſsitate audit & interpres, & qui à propoſito vel caſu audit cõfitentem & generaliter omnis qui ſcit dicta in confeſsione licite vel illicite: cadunt autem ſub hoc ſigillo directe peccata etiam ſi ab illis peccator non ſit abſoluendus quia non vult abſtinere. Et indirecte omnia per quæ peccator poſſet deprehendi. Igitur quidquid per ſe vel per accidens directe vel indirecte poſſet generare pœnitenti verecundiam vel cõfuſionem ſeu malam ſuſpitionem vel aliud nocumentum: cadit ſub ſigillo confeſsionis, vt locus tempus & omnia ex quibus deueniri poteſt in notitiam peccati nõ ſimpliciter ſed relatiue

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tiue ad perſonam quæ illud eſt cõfeſſa. Et nihilominus alia quę ſciuntur in cõfeſsione ſummo ſtudio celanda ſunt: propter ſcandalum & pronitatẽ quæ ex conſuetudine poſſet accidere. Præter pœnitentem nullus etiam Papa diſpenſare poteſt in hoc & ſi præciperet ſub pœna excommunicationis non eſſet obediẽdum nec incurret excommunicationem: quia hoc ſigillum eſt de iure diuino ſicut & cõfeſsio, & ſacerdos in actu cõfeſsionis eſt Vicarius ſpecialis Dei ſecũdum Panor. Papa verò generalis, ſpecialis verò quo ad illam ſpeciem maior eſt generali. De confitente autem tenet Angelus poſt Duran. aureo. & Landul. q̃ de eius licẽtia nõ licet ſacerdoti reuelare cõfeſsionem. Quia pœnitens nõ poteſt diſpenſare in lege diuina, ſed cõmunis doctrina tenet: q̃ licet de eius licẽtia reuelare ei qui eſt vtilis ad perficiendũ requiſita ad illum forum cauẽdo tamen ſcãdalum. Nec ex hoc credetur reuelator cõfeſsionis, quia cum propter duo teneatur ſacerdos celare confeſsionem & propter ſacramẽtum: quia celatio cõſequitur hoc ſacramẽtum ex natura ſua quaſi propria eius paſsio & quaſi de eſſentia eius, & propter ſcãdalum. Primum tollitur per licẽtiam confitẽtis: ſed remanet ſecũdum, q̃ hoc poſsit pœnitẽs patet, quia poteſt facere q̃ illud ſciatur extra cõfeſsionem. Ad motiuum dico q̃ ego poſſum dare licẽtiam cõtra ius naturę in his quæ ſunt in fauorem meum: vt q̃ non teneatur

neatur mihi reſtituere, qui aliquid furatus eſt mihi: & nihil contra ſacramẽtum quia pœnitẽs dando dictam licentiã facit q̃ ſacerdos ſciat, vt homo quod prius ſciebat vt Deus, & cõſequenter nõ cadit ſub ſigillo ſacramẽti: conſilium tamẽ doctorũ eſt q̃ cum aliquid eſt reuelãdum de auditis in confeſsione: pœnitẽs dicat extra cõfeſsionem de peccatis ſuis, quãtum ſibi placet reuelare cõfeſſori tãquam homini: quia ſæpe cũ quibuſdam circũſtantijs dicũtur peccata in confeſsione cum quibus nõ placeret pœnitenti quod alteri reuelarentur.

Sigillum cõfeſsionis eſt ad eo ſtrictum q̃ in nullo caſu audita in confeſsione propter quodcunq; malum vitandum vel bonum promouẽdum ſunt reuelanda: quia talia reuelare eſt deteſtandum ſacrilegium: etiam ſi totus infidelium grex vellet ad fidem conuerti, vel mille hominum mors poſſet vitari me reuelante cõfeſsionẽ, nullo pacto in hoc aſſentire deberem. Sed nota q̃ nõ eſt confeſsio ſacramentalis de qua loquimur: quando quis dicit accipiatis hoc in confeſsione etiam ſi dicat. Confiteor Deo, vel præmittat. In nomine patris & filij. &c. ſed tũc ſolũ quãdo reuelat ſua peccata ſub ſpe veniæ ſaltem reductiue diſpoſitiue vel initiatiue. ſicut quãdo petit conſilium & refert ſuas malas inclinationes, etiã ſi ipſe nollit abſolui: nõ autem eſt confeſsio ſi quis referat malũ ſuum propoſitum vt ipſum cõfeſſorem peruertat vel habeat fauorẽ ab

eo: non

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

eo non petendo consiliũ ad exeundum à peccato, nec cum aliquali displicẽtia referẽdo, nec sub spe aliqua veniæ. Itaq; quando peccatum non dicitur cõfessori aliquo modo licet valde imperfecte sub spe veniæ non est cõfessio sed confessionis destructio. Et poterit hoc cognosci applicando casibus contingentibus diffinitiones assignatas supra de confessione & arguendo per locum à diffinitione. Scitum ergo in confessione vera perfecta vel imperfecta nullo casu est reuelandum, scitum vero in confessione solo nomine quæ nihil de ratione confessionis vere habet non cadit sub hoc sigillo.

In his casibus scita in confessione manifestari possunt sine fractione dicti sigilli. Primo de licentia confitentis vt si sacerdos eget consilio circa peccatum auditum: vnde in cap. officij. de pœni. & remi. non reprehenditur legatus petens consilium de peccato quod se asserit in confessione habuisse in vniuersali: nec peccant mortaliter sacerdotes si ad consiliũ vel detestationem aut alio bono sine dicant in generali se tale quid sciuisse in confessione: licet hoc sit periculosum & plęrunque scandalosum. Graue tamen est si dicat sacerdos in aliqua patria esse plures vsurarios vel cõcubinarios, quia ibi ipse audiuit confessiones: indirecte namq; per hoc detegitur peccator. Dominus Hispaleñ. in. 4. distin. 21. questi. 1. not. 2. tenet

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

q̃ dicens se tale peccatum scire ex cõfessione quã-
uis non reuelet peccatorem peccat mortaliter &
idem. Panor. & fundãt se: quia in capitulo. omnis.
imponitur pœnitẽtia reuelãti peccatum. &. b. Th.
sæpe dicit quod peccatum non debet reuelari.
Sed cap. officij. de pœni. & remi. est ad oppositũ.
Et communis sentẽtia doctorum. & tex. Et dicta.
s. Tho. intelliguntur de peccato relatiue ad perso-
nam, quãdo per ipsum venitur in notitiam pecca-
toris. Secũdo manifestare potest sine fractione si-
gilli, quãdo illud scit per aliam viam siue ante siue
post. Peccauit tamẽ mortaliter si dicat se illud au-
diuisse in cõfessione, vel si aduertẽter seu ex lata in
cõsideratione dicat plus vel aliter, quam sciat ex-
tra cõfessionem: puta si extra scit semiplene, & di-
cat plene vt nouit in cõfessione, vel si extra habet
dubie & reuelat certe. Tertio quãdo id quod dici
tur nõ est peccatum nec circũstantia illius qui cõ-
fitetur nisi esset tale q̃ faceret ad manifestationem
peccati. Extra hos casus scita in confessione, siue
sint peccata commissa siue committẽda propter
quem cũq; respectum seu præceptum nõ sunt de-
tegẽda: & cõtra faciẽs secũdum ius antiquum de-
ponẽdus erat, & omni tempore vite suæ ignomi-
niosus peregrinari. De pœni. dist. 6. sacerdos, sed
hodie, per cap. omnis. debet depositus in arctum
monasterium detrudi. Si verò sit laicus arbitrariæ
est puniẽdus. Si quis dicat sacerdotẽ reuelasse cõ-
fessio-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

feſsionem:& ille negat vel dato ꝙ dixerit negat ſe illud per confeſsionem ſcire. Si certum eſt ꝙ audit confeſsionem eius:prę̃ſumitur cõtra eum niſi ſacerdos probet ſe aliunde illud habuiſe, & ſibi incumbit probatio Argu.6.q.2.placuit: non tamen punietur pœna ordinaria ſed arbitraria, quia non aperte cõuincitur. Qui dicit aliquem ſibi confeſſum de peccatis ſuis nõ reuelat aliquid occultum, quia cõfeſsio non eſt niſi de peccatis.Si verò dicat illum cõfeſſum de multis aut magnis peccatis reuelator eſt cõfeſsionis Si Iudex exigat iuramẽtum à ſacerdote vel à laico qui in defectu ſacerdotis audiuit cõfeſsionem.An per confeſsionem ſciat aliquid de tali facto iurare debet ſe neſcire: nec debet tacere,nec tergiuerſari quia ſic indirecte proderet peccatorem:ſed confidẽter & inturbatus dicat ſe neſcire,quia neſcit vt homo ſed vt Deus;vel intelligat ſe nihil ſcire reuelandum illi, ſicut Mar. 13.Dominus dicit,ſe nihil ſcire de die iudicij, ſcilicet,ad reuelandum generaliter. Dicit Angel, ꝙ melius ſub intelligitur ad reuelãdum:quã ſubintelligatur vt homo,quia negari non poteſt quin ſciat vt homo.Sed vtrũq; vere poteſt intelligi.vt patet. in cap.ſi ſacerdos.de offi.ordi.vbi dicitur ꝙ ſacerdos hoc ſcit vt Deus,ex quo ſequitur ꝙ neſcit vt homo.Dicit autem Durãdus, ꝙ qui ſe offert ad iurãdum hoc modo,nõ euadit periurium, ſed hoc eſt cõtra communem doctrinam ſanctorum.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Ex dictis habetur ꝙ prælatus ſciens impedimẽ tum aliquorum ad matrimonium contrahendum vel contractum per cõfeſsionem: non debet illud reuelare nec ad aliud tenetur: quã ad corectionem fraternã' & ſecretã. Secundo ſequitur quod ſciens aliquem indignum prælatione per ea que ſcit ex eius confeſſione: ſi non confirmando electum faceret ſuſpitionem de crimine, vt quia nihil aliud obicii poteſt: tenetur illũ confirmare alias reuelat confeſſionem. Raro tamen continget talis caſus: quia ex multis aliis quã ex peccato reditur quis indignus prælatione: vt ex defectu ſcientię: ętatis: induſtrię & huiuſmodi. nota quod ſi ego ſcio aliquẽ indignum prẹlatione ex confeſſione: non eligẽdo ipſum: vel caſſando vocem meã non reuelo cõfeſſionem immo peccarem eligendo. quia teneor eligere meliorem ſecundum ęſtimationem meã nec eſt inditium ſufficiens aliis ad ſuſpicandum de crimine: non ſuffragari illi. Potero tamen poſt quã a maiori parte eſt electus cõformare me meę eorũ electioni: quia ex hoc nõ eligo illum. Tertio ſequitur quod ſi ſcio ticium peccaſſe cum platone per confeſsionẽ: & ticius non cõfitetur de hoc: ſi me interrogante de hoc oritur ſuſpitio probabilis de confeſſione alterius nõ licet mihi interrogare: alias licet etiam in ſpecie. Quarto ſequitur quod ſi ſacerdos habet aliquod mortale quod non poteſt confiteri niſi reuelando confeſſionem: hoc durãte nõ

tenetur

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tenetur confiteri: quia fortius est sigilli vinculum quam confessionis. nam ad celandum teneor per legem naturæ: diuinam & ecclesiasticam. Quinto sequitur quod non teneor euitare quem scio excõ municatum per confessionem. Et capitu. cum nõ ab homine. de sen. excomu. quod videtur sonare contrarium intillegitur. quãdo aliter secreto scio quam per cõfessionem. Scotus tamen tenet quod debet vitare si potest sine proditione non aliter. quia magis tenemur ad celandum quam ad vitandum. Intellige de excommunicatis nominatim vel propter manifestã percussiõnem personę ecclesiastic ę: quia alios non tenemur euitare. per extrauagan. Ad euitanda scandala. Sexto sequitur quod si superior scit per confessionem suum subditum ex officio quod habet habere occasionem peccandi: potest sine lesionę cõscientię et debet tale peccatum inpunitum relinquere: nec vllum tenetur adhibere remedium secnndum bea. Tho. ni si eo modo quo defertur ad ipsum. s. in foro pœnitentię: monendo vt resignet officium: si tamem ex alia occasione potest ipsum ab officio absoluere vt. quia sic moris est: licebit sibi. ita tamẽ secundũ ricar. quod omnis suspicio confessionis vitetur: ita quod nec ipse nec alius credat eũ propter cõfessionẽ fuisse absolutũ: aliter ipse vel alius reddetur pronior ad celanda peccata. Et sic tenet rose. & inuit angel. sed Silue. ex beato Thoma. in quoli. v. q. x.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Credit verum quo ad alium nõ quo ad ipſum cõ-fitentem. Quia prælatus debet amouere ſubditũ ab officio periculoſo: quãdo poteſt hoc ſine reuelatione confeſsionis melius eſſet quòd ad ceſsionem induceret. Nec obſtat quòd efficeretur pronior ad celanda peccata: quia melius eſt cauere ne fiant peccata, quam ne facta celentur: quia ſi non fiunt celãtur, non ecõtra. Septimo ſequitur quòd ſi ex confeſsione ſcit Eccleſiam pollutam: non debet reuelare, niſi ceſſante omni ſuſpitione crimnis confeſsi. Arg. de adul. ſignificaſti. ſi eſt omnino occultum non oportet reuelare: quia nec recõciliatione indiget.

Si duo ſtatuerint occidere in ſylua ſacerdotem euntem cum eis & vnus pœnitẽtia ductus hoc cõfitetur illi, aliqui dicunt quòd nõ debet retrocedere aut declinare ſi non habet aliã occaſionem vnde cõfeſsio nõ innoteſcat alteri: & ſi occidatur erit martyr. ſed Scotus tenet: q̃ nõ tenetur intrare, nec debet reuelator cõfeſsionis reputari, niſi faciat aliquid: quod ex ſua natura prodat peccatum, cuiuſmodi nõ eſt à ſylua diuertere. Nec eſt illicitũ confeſſori facere ſignum de ſe indifferẽs ad ſignãdum tale peccatum eſſe cõfeſſum, vel non ſignãdum: licet aliquibus ſit ſignum magis determinatum ex aliquo præſuppoſito: dum tamẽ ex ſe non ſit reuelatiuum cõfeſsionis, quod verũ eſt niſi cum ſigno indifferẽti adſit intẽtio ad reuelãdum. Sigillum ſe

creti

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ereti & ſigillum confeſsionis in hoc conueniũt q̃ habens aliquid ſub eis celare tenetur: etiam ſi ille qui dicit non exprimat quòd dicit ſub ſigillo ſecreti dũ modo hoc intelligatur, vel ſi res de ſe eſt talis q̃ merito celari debet, vt quia eſt in ſcandalũ alterius & huiuſmodi. Et faciens cõtra hæc ſigilla mortaliter peccat: & crimen proditionis incurrit, niſi excuſet inaduertẽtia in re parui ponderis. Sed differũt quia ſigillum cõfeſsionis obligat in omni caſu: ſed ſigillum ſecreti reuelari poteſt ſecundum beatum Bonauẽ. in duobus caſibus. Primo quãdo id exigit veritas charitatis: puta quia eſt in periculum aliorum. Secũdo ſi obedientia cogit, quod ſic intellige. Si cõſtat ſecretum vergere in periculum aliorum ſtatim tenetur propalare. ſi verò non cõſtant ſed eſt dubium hoc poteſt ſi obediẽtia requirat, quia in dubijs regulariter obediẽdum eſt, ſi autem conſtat ſecretum nulli præiudicare nullus tenetur: etiam prælato prẽcipiente, ſecũdum Hẽrri. de gan. quolibet. 9.

Quando confeſſor nõ poteſt abſoluere ab excommunicatione pænitentem: poteſt abſoluere à peccatis ſi non ſtat per pœnitentem quin abſoluatur ab excommunicatione: vt quia nõ eſt in mora petendę abſolutionis, nec timetur quòd fiat negligentior ad eam petendam, ſecundum Monal. & Guillermum: quos ſecutus eſt Angelus & Roſel, ac Caietanus, quod licet ſit ſatis probabile cõmu-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

nis tamen oppinio tenet quod dato quod in foro dei qui vere pœnitet absoluatur:tamẽ quo ad ecclesiam siue sit excommunicatus iuste siue iniuste: siue stet per eum absolui ab excõmunicatione siue non:absolui non potest a peccatis manente excõmunicatione etiam si sit minor. capi. si celebrat. de cleri.exco.minis. & consuetudo optima legum interpres sic obseruat. quia excommunicatus est priuatus participatione passiua sacramentorũ nõ solum complectiue sed etiam innitiatiue. Et dicere vt sentit angel. quod est priuatus quis complectiue & non iniciatiue sacramento pœnitentiæ:& quod saluatur a peccatis videtur cõtradictio: quia pœnitentia ita completur in absolutione quod nulla eius pars deficit:nec absolutio ab excommunicatione superueniẽs est sacramẽtum vel pars eius sed pertinent ad forum contentiosum & fieri põt per non sacerdotem : nisi quatenus habet annexã absolutionem a peccato.

Audita cõfessione & omnibus examinatis duo restãt faciẽda.s.iniungere pœnitẽtià:& absoluere. Quanuis pro quolibet mortali septẽnis pœnitẽtia erat iniungenda secundum glo.in capit. sunt plures.de pœni.dis.iij.hodie tamẽ est arbitraria secundum docto. in cap.Deus qui.de pœni,& remi.Et quia opus iniũctum a sacerdote valet pœnitenti & ex natura operis & virtute clauium : plusquã si propio arbitrio faceret.Sacerdos assignata breui ora-

tione

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tione vel alio ſimili quod ſtatim poſſit explere in gratia pœnitens: ad quod ſolum ſub precepto declaret illi ipſum velle obligare: det de cõſilio aliud faciẽdum per aliquot dies: vel eleemoſynas: vel ie iunia ſeu orationẽs ſecundum quod videret expedire & tandem iniungat ei quid quid boni fecerit & mala que ſubſtinebit. quia ſic iniuncta accipiẽt maiorem virtutem ad expiationem præteritę culpę. Nec obſtat quod in capi. falſas. de peni. diſ. prima. dicũtur falſe pœnitentiæ que nõ imponuntur ſecundum authoritatem ſanctorum patrum. quia pœnitẽtiæ aſſignatę in decretis iam omnes ſunt arbitrariæ. vel poteſt dici quòd confeſſor ſemper debet notificare & iniũgere pœnitẽti pœnitẽtiã quã debet de iure facere, & nõ minuere illã niſi ex causa rationabili: cuiuſmodi eſt ſecundum florenti. in diſpoſitio pœnitentis. Vnde ſi pœnitentis ęgre fert magnã pœnitentiam quam meretur: iniungat ei aliã paruam quam libenter ſuſcipiat & ſi gaudere non poteſt de omnimoda eius purgatione: ſaltem gaudeat quòd liberatum a gehenna ad purgatorium tranſmittit. Et nunquam permittat eum a ſe recedere deſperatum ſiue abſoluat ſiue non: qui etiã nõ vult deſiſtere ab odio: nec recedere ab aliqua familiaritate ex qua habet probabile periculum peccandi mortaliter: nullo pacto eſt abſoluẽdus: audienda tamen eſt eius confeſsio. de peni. & remi. quod quidam: & ei eſt aliquid iniũgendũ cũ

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

declaratione q̃ non est absolutus licet satisfecerit prẽcepto de cõfessione annuali: & si omnino vult absolui allegans scandalum & desperationem: declaret ei q̃ ei absolutio erit ad maiorem dãnationem & charitatiuis verbis consoletur.

Qualis pœnitentia sit iniungenda pœnitenti.

TAlis pœnitentia iniungẽda est quæ nõ præiudicet tertio notabiliter: puta seruo, peregrinatio, seu ieiunium magnum vel vxori non habẽti propria magnæ eleemosynę, nec pro peccato occulto pœnitentia manifesta vnde possit oriri suspicio de peccato commisso. Et potius declinandum est in minus quã in plus, quia melius est reddere Deo rationem de nimia misericordia quam de nimia (secundum Chrysos). Seueritate. 16. q. 7. alligant. Et exemplo Christi nunquam imponẽtis grauẽ pœnitentiam: sed dicentis, vade & amplius noli peccare, imponenda est etiam per contrarium ad peccatum vt superbo iniungẽda sunt humilia: auaro eleemosynę negligẽti ad verbum Dei auditio aliquorum sermonum dũ modo credatur quòd velit & possit facere. Secundum beatum Tho. dolor & pœna mortis naturalis non valet ad dimissionem pœnę debitę peccatis nisi secundum quòd quis eam acceptat voluntarie &

patien-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

patiẽter:quia eſt pœna cõſequẽs peccatũ originale & quaſi in naturam conuerſa:ſed mors illata ſi patienter feratur valet ad remiſsionem pœnę ſecundum quantitatẽ culpe patien.& contritionis.

Interroganda in confeſsione.

NOtandum quòd ſacerdos debet facere interrogationes in his quæ non plene intellexit:aut pœnitens non plene dicit: & in his quæ nec dicit:nec dicere nouit. Et aliquando ad hoc tenetur ſub præcepto & non faciendo peccat mortaliter. Primo ſecundum angel. quando ſine cauſa rationabili omittit ſcienter facere interrogationes neceſſarias:credẽs probabiliter quòd pœnitens ex obliuione vel ignorantia ſeu negligentia omittit. Secus vbi credit quòd pœnitens ſcit & aduertit:quia credere poteſt quòd talia nõ cõmiſsit vel de his aliàs eſt confeſſus. Secundo ſi huiuſmodi omittit ex negligentia:quia ex præcepto charitatis:tenetur facere cum pœnitente quæ ſibi vellet rationabiliter fieri pertinẽtia ad neceſſsitatem ſalutis. Alias facit contra illud præceptũ. diliges proximum tuum ſicut teipſum. Sed dicit Roſel.quòd ſi ſacedos non ſe ingeſsit: non tenetur pluſquàm depoſitarius ideſt dolo & lata culpa. Silueſter dicit primum horum eſſe verũ quãdo ſine magno tedio & de facilì quis poſſet occurrere

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

currere neceſsitari proximi & non aliter: quia cõfitens: ex quo facta diligentia debita non aduertit de illa circunſtantia excuſatur: & ſic non eſt in extrema neceſsitate, vt ſit neceſſarium facere illi ſpiritualem eleemoſynam cõſulendo. Secundum verum eſt ſi negligentia ſit lata quæ ęquiparetur dolo: ſecus ſi ſit leuis & confeſſor non ſe ingeſsit: eſt etiam veniale ſi omittantur ex obliuione vel in aduertentia vel etiam nullum peccatum. Nec obſtat præceptum illud: quia ſi rationabiliter deſidero mihi non extreme ſitienti dari potum: nõ propterea eſt mihi mortale ſi non tribuo eandem neceſsitatem patienti: vnde non tenemur ſub prę cepto omnia facere quæ nobis volumus rationabiliter fieri: nec li. ſicut dicit æqualitatem ſed ſimilitudinem quæ in hoc attenditur vt proximum ad eundem finem diligamus nobiſcum. In interrogationibus faciendis tria ſunt attendenda. Primo vt quilibet peccator interrogetur de peccatis quæ ſolent hominibus illius conditionis accidere. Secundo non fiat interrogatio explicita niſi de peccatis manifeſtis: de alijs autem adinuentionibus ita de longinquo vt ſi commiſsit dicat: ſi non commiſsit non adiſcat. Tertio vt in peccatis carnalibus non nimis deſcendat ad particulares circunſtantias: quia huiuſmodi in particulari magis nata ſunt concupiſcentiam excitare, & poſſet inde vtriq; nocumentum contiũgere, &

ſepæ

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſepę contingît quòd interrogationes imprudenter factæ de turpibus per plateas recitentur. Et ſicut confitenti non licet exprimere perſonam cũ qua peccauit niſi aliter ſpecies ſui peccati nõ notificetur: ita nec ſacerdoti interrogare.

Ad practicam deſcẽdẽdo. poſito coram ſacerdote pœnitente flexis genibus ſi commode poteſt fieri, & diſcooperto capite. quærat vnde ſit vt ſciat an ſit ſuæ iuriſdictionis: quis ſit. Laicus an religioſus: vt aptas ſuo ſtatui formet interrogationes. Quærat an ſit excõmunicatus, à qua ſententia ſi poteſt abſoluere: abſoluat ſtatim vel differat in finem confeſsionis ſi melius videtur. Si aliter eum non cognoſcit quærat de ſuo ſtatu & arte, & ſi inuenerit in tali arte, vel officio quod ſine mortali exercere non poteſt declaret, ei à principio quòd non abſoluet eum ne ſi audierit & poſtea non abſoluerit, ſcandalizetur de illo. Admonebit tamen quòd ſi vult confiteri libenter audiet illum: ſed non abſoluet niſi dimittat quod ſine mortali exercere non poteſt, & quòd licet non abſoluat illa confeſsio valebit ei ad multa bona: puta vt deus illum illuminet, & ſatiſfaciet præcepto Eccleſiæ. Interroget etiam à quo tempore non eſt confeſſus: ſi impleuit pœnitentiam. Si adhibuit diligentiam ad rememoranda peccata: nã ſi hoc omiſsit hortãdus eſt, vt vadat & conetur reducere ad memoriam

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

moriam ſua peccata diſcurrendo per ſtatus & ſocietates quas habuit per officia quæ exercuit. per loca vbi habuit. De his Auguſt. de pœni. diſtin. 6. cap. primo, diligens inquiſitor & ſubtilis inueſtigator ſapienter & quaſi aſtute quærat à peccatore quod forſan ignorat vel præ verecundia occultare velit. Prædictis factis inuento q̃ eſt diſpoſitus ad digne confitendum dicat confiteor: vſq; mea culpa, & ſtet facie verſa lateri confeſſoris nec permittat quòd aſpiciat in faciem. Poſtea bonis verbis inducat vt ipſe primo dicat peccata quæ meminit: & ſi ſcit ordinate dicere non impediat illum: ſed ſuppleat vbi defficit. Si vero petit vt interrogetur: quærat ſacerdos modo ſequẽti de his tantum quæ præſumitur commiſiſſe vel ratione ſtatus exercitij aut conditionis perſonæ: & caueat ne exaſperet propter aliquod enorme peccatum donec totam compleuerit confeſsionem ne forte præ pudore vel timore non confiteatur integre: ſed completa confeſsione arguat prout viderit expedire.

Circa primo præceptum.

CIrca primum præceptum decalogi, quod eſt non habebis Deos alienos. &c. Exo. 20. prohibẽtur nobis. Primo omnes pactiones cum dęmonibus, ſiue fiãt per incãtationes, ſiue per inſcriptiones

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſcriptiones characterum vel imaginum: ſiue per immolationem ſacrificiorum, ad inueſtigãda occulta vel ſcienda futura contingentia. Omnia iſta prohibentur ſub pena mortalis peccati & faciens cõtra, toties quoties mortaliter peccat, quia in his attribuitur creaturę quod eſt creatoris. Secundo prohibentur omnes falſę & ſuperſtitioſę inuẽtiones errorum & obſeruãtiarum cõtra fidem & bonos mores cum ſubditur, nõ facies tibi ſculptile. Vnde dubitans circa ea quæ ſunt fidei, vel dedita opera hęſitando inueſtigat quæ ſunt fidei, & ſupra omnem intellectum toties quoties mortaliter peccat. Secus ſi oblatis intellectui talibus cogitationibus tędet illum & reſiſtit ſubmittens ſe determinationi Eccleſiæ: quia tũc meretur. Similiter peccat mortaliter. Qui iudaizat, vel idolatrat & conſulit demones & init pactum cum illis tacitè vel expreſſe. Si adorauit aliquam creaturam, vel cum primo apparet luna vel alia ſtella facit ei aliquam orationem. Si adorauit diabolum: etiam ſi angelum lucis crederet: niſi actualiter interius vel exterius conditio exprimatur: quia ipſa nouitas rei inſolite conſiderationem & attentionem actualem requirit. Sicut de beata virgine dicitur: cogitabat qualis eſſet illa ſalutatiõ. In adoratione vero hoſtię quia eſt conſueta: ſufficit habitualiter habere: ſi conſecratio rite eſt facta.

Si vſus eſt ſortibus expectans euentum earum

à celo

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

à cælo vel à dęmone: cum actus humani non dependeant à cælo neceſſario: mortale eſt. Si autem à fortuna: ſicut ſi non valentes aliquid concorditer diuidere velint ad diuiſionem ſortibus vti: exponentes fortunæ, quisquam partem accipiat: non videtur illicitum: ſi autem à deo expectetur euentus: qui temperat ſortes prouerbio. 16. vti ſic ſorte non videtur ſecundum ſe illicitum: peccauit vero vtens ſortibus. Primo ſi ſine neceſsitate ſpirituali vel tẽporali pſonæ vel rerũ quo ad magnũ dãnũ vitãdũ vt fecit Dauid primo reg. 3. ad ſortes recurrat: quia videtur tentare deum. Secundo ſi vtatur cum neceſsitate ſed ſine reuerentia Dei: vnde Beda. Si qui neceſsitate compulſi Deum putant ſortibus exemplo apoſtolorum cõ ſulendum: videant hoc apoſtolos non niſi collecto fratrum cetu & præcibus ad Deum fuſis egiſſe. Tertio ſi non ad damna vitanda ſed ad temporalia lucra eis vtatur ſecundum Auguſti. Quarto ſi ſortibus vtatur in electionibus eccleſiaſticis, vnde Beda. Mathias ſorte quæritur ante Pentecoſtem: quando non erat plenitudo ſpiritus ſcilicet effuſa ſuper Eccleſiam. 7. autem diaconi poſt non ſorte ſed electione diſcipulorũ ſunt ordinati. In electionibus vero temporalibus bene videtur licere. Vnde licitum eſt diuinum iudicium reuerenter in neceſsitate ſortibus implorare. Sicut ſecundum Auguſti. de doctrina. Chriſtia. Si volen-

ti

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ti facere eleemosynam occurrant multi æque indigentes & omnibus nequeat dare, vel tempore persecutionis vel pestis si ignoratur qui ministri manere & qui fugere debeant. Si habuit motus infidelitatis cum displicentia, & statim subdit se fidei orthodoxæ non est mortale. Si obuians alicui animali vel audiens cantum alicuius auis credidit præsagium futuri: vanitas magna est: esset tamen periculum mortalis: nimis intendere huiusmodi & determinate adhibere fidē: quia dæmones ad infamandas Dei creaturas has imaginationes & timores incutiunt. Et idem si obseruat aliquos dies ad nuptias: iter & alia negocia incipienda, si attendit somnia.

Aduerte quòd causa somniorum aliquando est interior sicut cum phantasiæ dormientis occurrunt ea circa quæ eius cogitatio & affectio immorata in est vigilādo & hoc nō est causa futurorū cuentuū: & si aliquādo cōcurrāt est à casu. Secūdo ex interiori dispositione corporis formatur aliquis motus in phātasia conueniens tali dispositioni: sicut abundanti humore frigido: in somnis occurrit ꝙ sit in aqua. Ideo secundum medicos attendēda sunt somnia ad cognoscēdā interiorē dispositionē. Tertia causa est corporalis in quantū imaginatio dormientis inmutatur vel ab aere vel ex impressione cælestis corporis. Quarta

causa

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

cauſa eſt ſpiritualis: aliquando enim deus miniſterio angelorum aliquid hominibus reuelat in ſomnis: ſecundum illud numeri. 12. ſi quis fuerit inter vos propheta domini in viſione apparebo ei vel per ſomnium loquar ei. Quandoq; etiam de modo dormientibus habentibus cum eo pactum futura reuelat. Si ergo quis attendat ſomnia ad præcognoſcenda futura: ſecundum quòd ſomnia procedunt ex diuina reuelatione, vel ex cauſa naturali intrinſeca ſeu extrinſeca quantum poteſt ſe virtus talis cauſa extendere non eſt illicitum vti ſomnis, vnde cum ad ea quæ ſunt ſubiecta libero arbitrio & ad caſualia non ſe extendat cauſa naturalis: ex hac cauſa velle diuinare de caſualibus puta inuentione theſauri vel ſi occidetur ab aliquo: non licet, ſicut nec quando iſta procedunt à dęmone. Indicium autem quòd ſomnia aliqua ſunt à deo eſt quando contingunt præmiſſa oratione. Quod autem dicitur non eſſe adhibendam fidē ſomnis intelligitur contra prædicta & paſsim ſine conſilio peritorum.

Si vſus eſt ligaturis vel characteribus pro ſanitate habenda: in his cauendum eſt. Primo ne quod ſcribitur pertineat ad inuocationem dęmonum, vel habeat ignota nomina: nec contineat falſitatem: quia ſic eius effectus non poſſet à deo expectari qui non eſt teſtis falſitatis. Secundo ne cum verbis ſacris miſceantur aliqua vana: nec alij characteres

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

racteres præter ſignum crucis: nec ſpes habeatur in modo ſcribendi aut ligandi aut in alia huiuſmodi vanitate quæ ad dei reuerentiam non pertineat vnde.26.q.6.dicitur. Non licet chriſtiano in collectione herbarum medicinalium aliquam obſeruationem ſeu incantationem attendere:niſi tãtum cum ſymbolo aut dominica oratione,vt tantum creator & deus omnium honoretur:¶Reliquias ſanctorum an liceat ad collum portare. Angel. dicit ꝙ non de conſ.diſtin.1. cap. corpora.&.l.ſi nec dum.c.de reli.& ſum.&.l.vlti.licet ex magna cauſa poni ſuper aliquo poſsint pro aliquo tempore & hoc inquit tene : quamuis.Tho.teneat contrarium.ſecunda ſecundæ. q.96.Sed non bene probat & allegata per ipſum loquuntur de corporibus quorum proprie eſt ſepultura & non de particulis.opinio ſancti Tho.communiter practicatur à deuotis & ſanctis:& eſt Alber.Florenti.Roſel. Vnde verba diuina & reliquias licet portare ſuper ſe ex fiducia dei & ſanctorũ quorum ſunt.Si incãtauit animalia per verba diuina habẽdo reſpectum ſolum ad diuinã virtutẽ nõ eſt peccatum. Si obſeruat aliquas ſuperſtitiones vanas quę ad dei reuerẽtiam non ſpectant & per quas tales incantationes ſortiuntur effectum:illicitũ eſt. Si colligendo herbas ſeruat aliqua vana:peccatũ eſt. Carminãtes infirmos vel pueros ſi tãtũ licitis adiurationibus vtũ-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tur & p̄recibus ſicut per paſsionem & crucē non eſt illicitum. Sed quia communiter ſuperſtitiones immiſcent: non debent permitti fieri niſi per ſacerdotem, vel religioſum ſeu laicum excellentis vitæ. ¶ Si ſoluit maleficium per ſacras adiurationes & orationes non eſt peccatum. Si per aliud maleficium: ſecundum Angel. non eſt peccatum quando maleficus eſt actu paratus ad faciendum maleficiū: quia licet malo alterius vti ad bonum ſuum vt dicit augu. de iura. infidelis iurantis in nomine Dei ſui. Sed ſecundum ſanctum. Tho. quem ſequuntur Roſel: & docto. non licet immo eſt mortale: quia domino ſuo non eſt fidelis qui petit auxilium a ſuo hoſte etiam parato auxiliari, & hoc pertinet: ad amicitiam cū diabolo: cum ſit naturale amare benefactorem, eſt etiam contra legem Dei. Leu. 22. Anima quæ aceeſſerit ad magos: ponam faciem meā contra eam & interficiā illam. Eſt etiam contra legem canonicam & Ciui lem. C. de male. l. nullus. Ad motiuum eius dico, quòd licitum eſt vti malo alterius: quando actus ipſe quo vtimur de ſe non importat aliquid illicitū: ſecus ſi vſus ipſe eſſet de ſe illicitus: ſicut parato occidere hoſtem meū non licet mihi vti ad homicidiū: quod cedit in bonum meū: quia vſus ipſe puta cōſenſus meus in homicidium de ſe eſt illicitus & ſic eſt in propoſito: nec eſt ſimile de iuramento infidelis quia ego non conſentio in aliquid

quid quod de se sit malum: sed in bonum puta q̃ ille dictum suum firmet iuramẽto licet ille ex sua malitia non faciat sine peccato. Si voluit discere necromantiam seu aliam talẽ artem vel habet libros de his & de diuinationibus scienter ad malũ mortale est. Si accepit ferrum candens vel acceptanit duelum pro manifestanda veritate: mortale est quia tentat, Deum. Si habet nimiam familiaritatem cum iudeis vel alijs infidelibus. Viris perfectis hoc licet. Simplicibus vero & imperfectis prohibitum est mortale.

Secundum præceptum.

CIrca secundum præceptũ. Non assumes nomen dei tui in vanum. Interroga si pro nihilo solitus est iurare: quia quamuis iurare: de se non sit malum immo vt dicit. p̃s. Laudabũtur omnes qui iurant in eo. Est tamen malum ratione periculi quia assuetus iurare pro quolibet: aliquando iurabit falsum. Et ratione contemptus quia videtur Deũ paruipendere. Si iurauit quod sciebat falsum, vel dubitabat falsũ: mortale est: si aduertebat de falsitate & quòd iurabat alias non si non est assuetus sæpe iurare. Si autem est assuetus non videtur excusari quamuis non aduertat etiam in minimis. Si iurauit iniuriari alteri vel in damnum proximi notabile mortale est: nec

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tenetur implere: quia in malis promiſsis reſcinde fidem in turpi voto muta decretum, dicit Iſidorus. Si iurauit non facere bonũ vt nõ dare eleemosynã vel non monachari, non tenet iuramentum & peccauit. Si non ſeruauit iuramenta quæ fecit. Si habet officiũ cui eſt annexũ iuramẽtum ad debite exequẽdũ: peccat non ſeruãdo: ſi induxit ad iurãdũ quẽ credebat falſum iuraturũ. Si iurauit opprobrioſe per deũ vel ſanctos: mortale eſt. Iuramentũ vt ſit obligatoriũ debet habere hos comites, ſcilicet veritatem iuſtitiã & iudiciũ, vt patet hiere. 4. & de iure iur. Et ſi chriſtus veritas requiritur, ſcilicet rei & conſcientiæ, vt id quod iuratur ſit verum & verũ eſſe credatur aliter iurans eſt periurus. Iuſtitia requiritur: vt quod iuratur nõ ſit illicitum. tertio requiritur iudicium vt non leuiter ſed diſcrete & ex neceſſaria cauſa vel vtili iuretur & vbi non ſunt hi tres committes nõ iuramentum ſed periurium dicitur in cap. animaduertendum. 22. q. 2. Quomodo ſit interpretandũ iuramentum infra dicetur.

Si non iurauit ſecundum intẽtionem accipiẽtis iuramẽtum. Quãdo iudex exigit iuramentum in caſu licito & ſecũdum ordinem iuris, iurãdum eſt ad eius intẽtionem & ſcienter non iurans hoc modo: mortaliter peccat, & eſt periurus & implere tenetur ſicut ille intellexit. Vnde dicitur. 22. q. 7. & q 5. cap. humanę. quacunq; arte verborum

quis

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quis iuret: deus tamen qui conſciẽtiæ teſtis eſt: ita hoc accipit ſicut ille cui iuratur intelligit. Si vero exigens ſit perſona priuata tunc diſtinguo: aut iurãs eſt in dolo & malicioſe iurat, & exigẽs in bona fide tunc interpretabitnr ſecũdum ſanam intentionem recipientis & alius fuit periurus: ſed ſi econuerſo exigens eſt in dolo, & iurans in bona fide interpretabitur ſecundum intentionem iurantis. de iure iur. capitulo venientes. Vnde ſi vir exigat iuramẽtum ab vxore ſuper adulterio: quia inique agit hoc exigens: poteſt iurare vxor quod eſt verum ſecundum ſuam intẽtionem: licet non ſit verum ſecundum intellectum audientis: ſicut & obſtetrices ſecundum Ricar. non peccaſſent ſi non reſpondiſſent ad intentionem Pharaonis: quia non erat ei auctoritas agendi aliquid contra Deum & ſimiliter quoties iuramentum exigitur ab aliquo: quod ſine peccato præſtare non poteſt cum iurat illud facere: poteſt habere intentionem faciendi: quantum ſine peccato poterit argu. capit. literas de reſti. ſpol. ſi vero vterque fuit in bona fide: ſed vnus vno & alter alio modo intelligebat: in foro animæ interpretabitur ſecũdum intentionem iurantis, in foro autem contẽtioſo ſtabitur verbis ſecundum quod communiter accipi ſolent. de ſponſ. ex literis, vide beatum Tho. in ſecunda ſecundæ. q. 89. 7. &. in. 3. diſ. 39. q. prima. quæ omnia vera ſunt principaliter de

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

iuramento promissorio, & etiam de iuramento assertorio. Adde ꝙ si iuramentum non exigat vi priuatus: sed sponte offeratur: non est iurandum dolose: quia esset vti iuramento ad alium finem: quàm sit inuentum quia hoc est vti ad fallendum & est inuentum ad certificandum: si autem exigat sed non vi sed deprecatine licitum est iurare cautelose non ad fallendum sed ad occultandum quæ reuelare non expedit: vnde tempore pestis religiosi iurantes dolose & sophistice ad portas ciuitatum deierant: quia quãuis illud iuramentũ exigatur ab eo qui non est eorum superior & iudex: nõ tamẽ exigitur violenter: nec coguntur iurare nisi ex suppositione: si volunt intrare: & licite illi hoc exigunt & ipsi tenentur iurare ad ipsorum sanam intentionem propinquam vel remotam. Ideo si tales officiales credunt aliquem locũ esse pestilentem: qui non est non peierabit iurans cautelose: quia iurat ad intentionem eorum remotam: quę est scire an fuerit in loco infecto, & idẽ si quis fuit in loco infecto: sed nõ sic vt potuerit infici vt quia trãsiuit celeriter, & idẽ est quotiens dicti officiales cõcederẽt aut cõcedere deberẽt ingressum si scirẽt veritatẽ. In omnibus tamen prædictis casibus cauẽdum est scandalum. Si fecit se absolui à iuramẽto fine causa legitima. ¶ Vbi nota quòd in iuramento assertorio nullus potest dispensare: secundum beatum Tho. in se-

cunda

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

cunda secundæ.q.89.de promissorio vero dicit Rosel.quòd si quis iure licite & honeste aliquid seruabile:nec subest causa: Papa illud mutare nõ debet:si tamen aliquem absoluat:tenet absolutio quia ipse est supra ius positiuum & etiam contra ius diuinum dispensare potest dum tamen contra euangelium & articulos non dispenset:in quibus paucis verbis multa falsa videntur . Primo q̃ in iuramento licite & honeste seruabili:sine causa Papa dispensare possit.Secundo q̃ obseruatio talis iuramenti sit de iure positiuo . Tertio quòd plus possit Papa dispẽsare supra testamentũ vetus quã super nouũ. Quarto quòd plus possit dispẽsare circa sacramẽta:quã circa articulos fidei : cõtra primum & secundũ sic dicit beatus Tho.in secunda secundæ vbi supra: dispensatio in iuramento non se extendit ad hoc q̃ aliquid fiat cõtra iuramẽtum:quia hoc est impossibile : cũ obseruatio iuramenti cadat sub præcepto diuino: quod est indispensabile : sed ad hoc , vt id quod sub iuramento cadebat : sub eo nõ cadat : quasi non existens debita materia iuramenti : sicut & de voto : & idem tenet beatus Bonauẽ.& theologi omnes.& in cap.venientes de iure iurã.non dicitur quòd in omni iuramento sit auctoritas superioris excepta:sed superioris ius ideo.

Quando iuramentum est licitum tam ex parte iurantis quàm iuramentum recipientis , &

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſecũdũ materia reſpõdet Panor. in cap. quãto. co ti. ſic diſtinguendũ eſt aut tale iuramẽtũ eſt præ- ſtitum in materia ſpectante principaliter ad Pa- pam. vt ſi canonici iurarunt non recipere in ca- nonicum vltra talem numerum, & à tali iuramẽ- to Papa poteſt abſoluere ſine cauſa: quia in tali in telligitur excepta auctoritas Papæ. aut eſt præſti- tum in materia concernente principaliter hono- rem Dei puta pro pauperibus, vel religionis in- greſſu & tunc nullus fine cauſa poteſt abſoluere niſi deus: quia Papa non poteſt remittere obliga tionem deo quæſitam ſine cauſa. 24. q. prima ma net. & . 23. q. 4. ſi is, & multo minus poteſt ſeip- ſum abſoluere. de iure Pa. per veſtras. Si tamen abſoluit aliquem præſumitur in dubio abſolutus quo ad Eccleſiam militãtem: ſi autem ſubeſt cau ſa poteſt abſoluere ſicut & commutare vota Pa- pa in toto orbe, & Epiſcopus in ſua diœceſi & à fortiori interpretari. eod. titu. capitu. ſi vero. & cap. debitores. & capit. cum contingat. eſt autem legitima cauſa. vitare ſcandalum, vel quãdo ma- ior vtilitas videtur in commutatione & omnis a- lia eorum arbitrio iudicanda. de quo. in cap. nos ſanctorum. & cap. auctoritatem. 15. q. 6. ſi autem materia ſuper quam eſt præſtitum non pertinet ad Papã nec ad honorẽ dei: ſed cõmodum homi nis ſic Papa nõ poteſt ſine cauſa remittere vt no- tant docto. in. c. auctoritatem. 15. q. 6. ſed ex cauſa

poteſt

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

poteſt.cap.quãto.eo.ti. & cap.ij.de vot.

Si ſimulauit ſanctitatem quam non hẽbat. pro quo nota quod in hypocriſi duo ſũt.ſ.defectus ſanctitatis & eius oſtenſio. Si ad vtrũque referatur intentio hypocritę quia.ſ. vult ſanctitatem oſtẽdere & nõ habere ſic eſt mortale quia nullus ſanctitate priuatur niſi per mortale:ſi vero feratur ad oſtenſionem ſanctitatis tantum:a qua deficit non ſemper eſt mortale ſed ſecundum finem intentum ſi ille ſit contra charitatẽ dei vel proximi: puta quia per hoc vult ſeminare hęreſim vel aſſequi dignitatem eccleſiaſticam indignus:aut bona temporalia in quibus finem cõſtituit alias eſt veniale,puta cũ in ipſa fictione delectatur.de quo.iiij.Ethi.dicitur quod magis eſt vanus quam malus. Similiter eſt mortale ſecundum guiller. & ſilues. ſi intendit vt per hoc ſibi aliquid detur,quia furatur quod debetur ſancto cum detur ei in nomine iuſti:iuxta illud Matthęi.23. Vę vobis phariſęi qui comeditis domos viduarum:& idem ſi facit ex inſaciabili auaricia:ſecus ſi pro ſua neceſsitate ſimulat maiorem ſanctitatem quam habeat. Quia talis ſimulatio ſecundum Chryſoſ. eſt culpa diuitum potius quam pauperum.

Si adiurauit homines vel dęmones aut alias creaturas. Pro quo nota quod ſicut homo iuramento promiſſorio obligat ſe ad faciẽdũ aliquid ob diuini nominis reuerentiam:ita poteſt ad aliquid agẽ-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

dum ordinare alios, ſuperiores. ſ. deprecãdo: infe riores vero imperando: & vntranque ordinationẽ per aliquid diuinũ confirmare quod eſt adiurare: eſt tamẽ illicita adiuratio : ſi quis intẽdat non ſibi ſubditum ordinare ad aliquid imponẽdo ei neceſ ſitatẽ & imparatiue: quia vſurpat ſibi in alium po teſtatẽ quã nõ habet. vnde patet quod angelos li- cet adiurare deprecatiue ſicut & homines ſuperio res vt dicẽdo audiuro te michael per diuinã bo- nitatẽ vt me adiuues: quia cum ſint cociues noſtri licet nobis eorũ ſuffragia petere aliquid diuinum interponẽdo ad mouendũ ſicut etiã licet adiurare Deum: nõ ad mouẽdũ Deũ immobilẽ: ſed ad nos excitãdũ vt vehementius petamus & petẽdo ex- pleamus: ꝙ Deus ordinauit. Angelos autẽ adiurã do excitamus cõmemorãdo ea propter quorum amorẽ & cõtemplationẽ libenter operãtur. dęmo nes vero non licet adiurare deprecatiue: quia hoc pertinet ad amicitiã : qua nõ licet ad eos vti. Simi liter illicitũ eſt adiurare eos cõpulſiue ad ſciendũ aliquid ab eis vel impetrãdum : tum quia hoc per tinet ad quandã familiaritatẽ & ſocietatem cum ipſis. Tum quia cum ſint mẽdaces vnã veritatem inmiſcerent multis falſitatibus. Tum etiam quia in curſu huius vię eorum actus non ſubduntur no ſtrę diſpoſitioni vt eis velut ſubditis ad noſtrũ ob ſequiũ vtamur niſi ex ſpeciali inſtinctu ſpiritus. ſ. ſicut Iacobus fecit per eos hermogenẽ adſe duci.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

A diurare autẽ eos: imperatiue nõ ad aliquid obti nẽdũ eos ſed ad eorũ nocumẽtũ repellendũ ſpiri tuale vel corporale licitũ eſt ſecũdũ poteſtatẽ no- bis a Chriſto traditã. Lu.10.dedi vobis poteſtatẽ ſuper omnem virtutem inimici. Similiter adiurare craturas irrationales ſecundũ ſe eſt vanũ: quia nec imperiũ nec obſecrationẽ intelligunt : & illicitũ quia vane aſſumitur nomẽ dei. Si vero adiurentur relatine ad aliũ a quo mouentur eſt licitũ reſpectu dei vel angeli deprecatiue quomodo ſancti faciũt miracula: & reſpectu dęmonis compulſiue: ne eis tãquã inſtrumentis vtatur ad nocendum nobis ſi cut faciunt exorciſtæ eccleſiæ.

Omnis adiuratio ſecũdum Ri. vt ei aſcribit an gel. illicita eſt mortale: quia eſt contra illud præce ptum non aſſumes. Sed hoc non habetur in ricar. nec probat ratio : alioquin omnis iuratio illicita eſſet mortale: quod non eſt verum. vnde dicendũ quod adiuratio eſt illicita: multis modis. Primo ſi fiat imperatiue ad non ſubditum. Secundo ſi ſiat imperatiue ad ſubditũ ſed quod ad id in quo non eſt ei ſubditus. Tertio ſi fiat ad dęmones de præ- catiue. Quarto ſi fiat ad dęmones imperatiue ad aliquid per eos adiſcendũ vel cõſequendũ. Quin- to ſi fiat ad eoſdẽ imperatiue ex leuitate aut curio ſitate. Sexto ſi fiat ad irratiõalia ſecũdũ ſe. Septimo ſi fiat ad Deũ vel ad homines ſeu angelos ſiue dę- mones ſeu irrationalia leuiter ſine neceſſitate & ſi-

ne:

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ne reuerẽtia diuini nominis primo, & ſecundo modo eſt peccatum mortale ſecundum Florenti. Quia eſt contra iuſtitiam & leditur ius cõmune ne vſurpãdo iniuſte in alium poteſtatem in re notabili. tertio & quarto modis ſimiliter: quia repugnat diuinę amicitię habere amititiam cum ſuo aduerſario incorrigibili. Quinto modo videtur veniale non ratione vſurpationis poteſtatis in demones: cum à Chriſto habeamus poteſtatem ſuper omnem virtutẽ inimici: ſed ratione male intentionis in vſu iuſte poteſtatis: ſicut iudex ſuſpẽdens latronem ex odio non facit contra iuſtitiam ſed contra charitatẽ. Similiter. 6. modo &. 7. eſt veniale ſicut iuratio leuis.

Si vota licita fregit vel non impleuit cum poſſet ſuo tempore vel deliberauit non implere, tototies quoties peccat mortaliter. Similiter ſi fecit votum ſuper re quę eſt mortale peccatum vel de re bona ſed propter malum finem: ſi impetrauit diſpenſationem voti ſine cauſa legitima. Si aſſenſit impedimento non implendi votum. Si vota facta ſine determinatione temporis ex notabili incuria nimis tardauit implere. Si caſu quo obligatur ad vota parentum non impleuit. Prædicta omnia ſunt communiter mortalia. Nota q̃ in voto reali vt eſt ędificare monaſterium vel dare aliquid pro Deo hæres tenetur ſicut & in alijs debitis: ſed ad votum perſonale vt eſt ieiunare &

ſimilia

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſimilia non tenetur niſi ſe ſponte obligauerit ſiue ſit filius ſiue extrãeus.de vot. cap.licet.Si vero ſit ſimul reale & perſonale & vtrunq; expreſſum,vt fundare monaſteriũ & intrare tenetur ſolum ad id quod eſt reale.Si vero perſonale eſt expreſſum principaliter:& reale eſt tacitum,& acceſſorium vt ire ad ſanctum Iacobum non tenetur ad expẽſas quas feciſſet eundo & redeundo & offerẽdo: ſicut nec tenetur ire.Quia ſublato principali:tollitur acceſſorium.Itaq; hęres ſi vult eſſe hæres tenetur implere omnia vota realia teſtatoris quantum patitur hæreditas per ſe vel per aliũ & ſi pro huiuſmodi filius grauaretur in legitima : cauſam haberet impetrandi diſpenſationem . Si fecit votum ſciens quòd vouere nõ poterat videtur mortale.¶Pro intellectu horum nota quòd votum eſt promiſsio facta deo pręuia deliberatione & propoſito de aliquo bono vel meliori.Vnde tria neceſſaria ſunt ad votum & aliquo eorum deficiente non eſt votum ſcilicet deliberatio: videlicet ꝙ conſideret ad quid ſe obligat . Secundo requiritur propoſitum hoc eſt aſſenſus voluntatis in id quod deliberatum eſt.Tertio requiritur promiſſio qua ſe voluntarie obligat.Ex dictis patet quòd votum non poteſt eſſe de aliquo illicito: quod eſt contra Deum & ſic vouere eſt mortale:nec de indifferenti quia nullum opus eſt Deo acceptũ niſi ſit virtuoſum:nec de neceſſario abſolute : puta ꝙ

quis

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quis morietur:quia nõ eſt hoc voluntariũ,nec proprie de eo quod eſt neceſſarium ex ſuppoſitione finis.ſ.ſalutis æternæ puta ꝙ quis nõ fornicabitur: ſed de his eſt votum large nõ ratione neceſſitatis ſed volũtarie adimpletionis:ſed proprie eſt de bono meliori & ſuper erogationis . Similitur votum nõ eſt de re inutili et vana quę nõ confert ad honorem dei & ſalutem vouentis vt votum de nõ pectinando caput in ſabbato & de non comedendo capita in honorem baptiſtę : & ſimilia quę potius ſunt irridenda quam ſeruanda,& magis ſunt ſortilegia quam vota & reliquię idolatrię ſecũdũ quã obſeruabãtur dies & mẽſes. Propter reuerentiam tamen ſuperbis petatur diſpenſatio ſeu declaratio ſaltem a cõfeſſore. Votum etiam de re minus bona , quę nec pertinet ad præcepta nec ad cõnſilia, ſed eſt negatio conſilij:vt ſiquis voueat nõ intrare religionem , nõ valet cum nõ ſit de bono meliori & generaliter quãdo per votum directe excluditur bonum cõferens ad ſalutem , & nõ includitur bonũ quod per ſe poſsit eſſe materia voti nõ obligat.vide infra de irritatione.

Secũdum Ricar.ſicut promiſsio licita facta homini animo ſe obligandi obligat:ſi acceptetur,nõ tantum ex præcepto legis diuínæ ſed etiam naturalis , ſic cum votum ſit promiſsio & Deus cui fit illud acceptet eſt obligatoriũ de vot.ca.licet.fallit hoc in his caſibns.Primo ſi licitum fiat poſtea illicitum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

citnm . vt ſi fecit votū continentiæ & poſtea contraxit:& conſequeter non poteſt debitum negare. Secundo propter impotẽtiam implendi:vnde qui vouit ieiunium quod ſine detrimento notabile ſalutis corporalis non poteſt implere: ſi deeſt facultas adeundi ſuperiorem contra venire poteſt propria auctoritate ſecũdũ beatum Tho. Tertio propter diſpenſationem legitimam. de voto. cap. magne. Quarto ſi votum eſt conditionatum propter defectum conditionis appoſitę. Quinto ſi votum legitime irritetur:& ſecũdũ Tho. quid quid votũ impediret ſi prius eſſet: aufert obligationẽ etiam voto facto. Nota q̃ religioſus filius familias ſeruus vxor et alij qui alterius poteſtati ſunt ſubditi inquã tũ ſubditi: vouere nõ poſſũ. Omnis autẽ alius ſanę mẽtis & ſui iuris quo ad id q̃ vouet vouere poteſt nec tamẽ ſecũdum ſanctum Tho. peccat, qui vouet id quod nõ eſt in ſua poteſtate, quia in voto ſu bintelligitur debita cõditio ſi ſuperiori placuerit vel nõ cõtradicat,qua cõditione extãte teneturim plere,ſi tamẽ nõ præſumerent de voluntate ſuperioris peccarent vouẽdo quod nõ poſſum. Si iurauit ſeu promiſsit aliquid pro alio facere: nõ intendens illud facere videtur mortale.

Si blaſphemauit Deum vel ſanctas:peccactum mortale eſt ex ſuo genere: cũ repugnet diuïnæ charitati ex eo quod derogat eius bonitati : vnde pro eainfligitur pęna mortis. Leui. 24. Fitaũt. ſex modis.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

dis. Primo affirmãdo falſum de Deo vt, Deus eſt iniuſtus. Secundo negando verũ de Deo. vt Deus nõ prouidet cũctis, nõ poteſt hoc facere, non poteſt mihi prohibere hoc. Tertio imprecãdo mala Deo vt maledictus ſit Deus, vel tędeat Deũ & huiuſmodi, quaſi Deus ſit creatura ſubiicibilis his impredicationibus. Quarto affirmando ſeu negando vel deteſtãdo in ſanctis prædicto modo in quibus Deus cõtemnitur & honoratur. Quinto attribuẽdo Deo verum ſed inhoneſtum cum magna irreuerentia ſicut faciunt tribaldi iurantes perculum Dei vel per ſexũ fœmineum ſanctarũ. Sexto quãdo Deo vel ſanctis attribuitur aliquod verum ſed irreuerenter vt iurando ex cõſuetudine vel paſſione: ſed iſti modi vltimi nõ ſunt proprie blaſphemia ſed ſolum ſecundum modum, & de. 4. primis modis non eſt dubium de mortali etiam ſi fiat ex repentino motu paſſionis, niſi excuſet ſubreptio tãta vt homo non aduertat quod cogitat aut loquitur eſſe blaſphemiam: quia tunc eſt veniale aut nullum. Si verò aduertat illud eſſe blaſphemiam conſiderans ſignificationes terminorum tunc non excuſatur a mortali ſic vt nec occedens hominem ſubito ex ira. ¶Sed aduerte quod ex duplici cauſa poteſt contingere quod homo nõ conſideret blaſphemiam eſſet blaſphemiam. Primo ex paſſione ſubita & ſic eſt veniale vt dictum eſt. Secundo ex conſuetudine & habitu: concomitante quodã pro-

prie

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

prię ſalutis contemptu vel lata negligentia: qua homo non curat cauere peccata: & hoc modo Silue. dubitat eſſe mortale: ſuplemen. dicit eſſet mortale: ſi quis ignoret ſua verba importare blaſphemiã ſed mouetur malo animo: quia ignorans ignorabitur: ſed idem Silue. putat hoc eſſe contra ſanctũ Tho. qui vult quod paſſio cum ignorantia excuſet quia phaſphemans cum paſsione mouetur malo animo. Sed certe talis non videtur excuſandus. Et licet malus animus ſit in blaſſemãte ex paſsione & ex cõſuetudine: magis tamẽ proprie dicitur moueri malo animo qui ex mala conſuetudine & habitu agit. Cum peccans ex habitu dicatur peccare ex malitia, & in de verita. q. 24. articulo. 12. videtur ſanctus Tho. dicere ꝙ habituatus ad blaſphemandum non excuſatur: ſi repente prorumpat in verba blaſphemię.

Si miniſtrauit vel recepit ſacramenta Eccleſiæ in peccato mortali, mortale eſt: niſi baptizet in articulo neceſsitatis. Aduerte ꝙ ſecundum beatũ Tho. in. 3. p. q. 64. Baptizans cum ſolennitate miniſtrum Eccleſiæ ſe exhibens peccat mortaliter: quia miniſtri debent conformari ſuo domino: ſe ſundum illud Leui. 19. Sancti eritis quoniam ego ſanctus ſum. Qui autem baptizat in articulo neceſsitatis non quaſi miniſter Eccleſiæ proprius & ſpecialis illius ſacramenti: ſed ſicut vetula baptizare poſſet: non peccat mortaliter. Alij dicunt ꝙ

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

in nullo casu malus minister potest ministrare quin pecet. Sed Palu. concordat has opiniones dicens quùd est vera secũda opinio quando sine solẽnitate baptizans aduertit de peccato & non cnoteritur: sed proponit in eo manere & tamen vult baptizare: sciẽs ꝙ ista ab immundis non debẽt tãgi: etiã si baptizet intuitu necessitatis & nõ ex cõtemptu: quia nõ excusatur ab irreuerentia. Est vero prima opinio vera quando baptizat cum tremore dolens de peccato in generali & propoẽs postea cõtineri perfecte quia ei deest tẽpus ad cogitandum de singulis peccatis propter vicirũ periculum baptizandi sed potest deci quod de mẽte sancti Tho. dupliciter tenetur quis cõteri de peccato vel ꝙa occurrit memorię practicę sub ratione peccati, & deplorãdi, vel quia sibi inminet aliꝙd faciendum quod nõ potest sine cõtritione, vt suscipere vel exhibere solenniter sacramẽta. Baptizans autẽ in necessitate, nõ tenetur ad hoc ratione secũdm nec ibi habet locũ rõ sancti Tho. s. quod minister debet cõformari Domino. Et dato quod ibi sit aliqua irreuerẽtia: nõ tamẽ omnis irreuerẽtia est mortale peccatũ. Alioquin peccator signãs se signo crucis aut adorans hostiam in missa peccaret semper mortaliter si non esset contritus, & cõsequenter si tenetur non est nisi rõne primi. Et per cõsequens si nõ recolit peccatum aut si recolit speculatiue tantum & non practice. i. sub ratione deflẽdi nõ peccat, maxime quia tũc baptizat sicut

baptizare

baptizare posset hęreticus vel paganus qui sunt in mortali. de confe. distin.iiij. constant. quod autẽ fit permittente canone non est mortale vt in capi. qui peccat. 23.q.4. Vnde non tenetur conteri ex-hoc quod vult talẽ actũ exercere: sed si tenetur aliũ de tenetur & si peccat aliunde peccat: puta quia committit vel omittit contra aliud præceptum.

Tertium præceptum.

CIrca tertiũ præceptũ. Sabbata sanctifices: sic sunt formãdę interrogationes. Si in festis de præcepto nõ habuit attritionem de peccatis de quibus aliàs non fuit cotritus: mortale est secũ dum Angel. in eo qui se esse in peccato mortali recognoscit: qui vero hoc non aduertit tenetur in generali saltem in aliqua hora dolere & male cõ-tentum esse de peccatis suis. Similiter secundum eũdẽ tenetur homo orare sub præcepto in aliqua hora festi vnde si stat ad missam illud sufficit nisi voluntarie alijs intendat: quia tunc non suffice-ret: sed dicendum quòd ex vi huius præcepti so-lum tenetur ab operibus seruilibus proprie quæ sunt opera mechanica abstinere & ad audiendã missam sub præcepto: orare autem & compungi non cadunt sub hoc præcepto: sed sunt finis hu-ius præcepti. Et in omni præcepto solũ cadit sub præcepto res illa quę pręcipitur: puta auditio mis se vel datio eleemosynę, & non intentio præci-pientis puta quòd ex charitate & propter Deum

vide Sil. in X. 60 de Cor. 9. 6.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

fiant. Aliàs ſequeretur quòd non orans in feſto cũ non magis teneatur orare in vna hora quàm in alia: infinities peccauit omittendo cum ſint infinita inſtantia in feſto: & per conſequens infinities omitteret. Vnde ſufficit aſtare ſacerdoti. oranti in miſſa: quantum eſt ex vi huius præcepti. Licet teneatur conteri vel orare in feſto ſi occurrat peccatum practice vel aliquis de caſibus in quibus quis tenetur orare Pro quo.

Notandum quòd homo tenetur orare determinata oratione ſub præcepto. Primo ad horas canonicas beneficiatus, & clericus in ſacris, & religioſus profeſſus: tenetur ſub præcepto. Secundo ex impoſitione ſacerdotis in pœnitentia. Tertio ex præcepto cuiuſcunq; prælati ſpiritualis. Quarto ex voto proprio. Indeterminata autem oratione orare tenemur. Primo eo tempore quo tenemur procurare nobis ſpiritualia dona quæ non niſi petentibus communiter dantur: quod tempus videtur determinatum quantum ad inſtans quo quis incipit vti ratione, in quo tenetur ſe dirigere & ordinare in Deum eius auxiliũ petendo. Secundo quando videt proximum in neceſsitate ſpirituali vel corporali extrema, vel quaſi: puta quia videt eum in periculo peccati mortalis: aut mortis iniuſtę illatę, vt cum duo pugnãt ad mortem & vulnera: præſertim ſi aduertat ſe teneri adhoc: niſi poſſet aliter melius quàm per ora-

tionem

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tionem ſuffragari. Tertio quando videt ſe ipſum in graui tentatione & periculo animæ ſuæ. Quarto quando ex præcepto audit miſſam: quia tunc tenetur orare ideſt orantibus aſsiſtere vt eis mediantibus oret.

Si vacauit ludis aut choreis in feſtis: per maiorem partem diei aut propter hoc dimiſsit miſſam videtur mortale vbi nota quòd ludus qui fit ad recreationem ſui vel aliorum vel cauſa virtutis experiendę de ſe non eſt malus: ſed potius eſt virtuoſus pertinens ad materiam virtutis eutrapelię. vt paret ſecunda ſecundæ. q. 168. aliquaneo tamẽ eſt prohibitus: etiam ſub præcepto ratione materię in qua fit, vt ſi eſt turpis vel nociua: aut ratione circũſtantię, vnde eſt prohibitus. Primo quoties ſibi, vel alij imminet ex ludo probabiliter periculum mortis corporalis aut mutilationis ſeu grauis debilitatis membri alicuius, vt in torneamento: vt habetur. eod. titu. cap. 1. & hoc eſt mortale quia eſt cõtra illud præceptum. Diliges proximum tuum, & te à fortiori: ſecus quando non immineret probabiliter licet aliquando raro accidat, vt in haſtiludio & agitatione taurorum. Secundo eſt prohibitus ratione probabilis periculi animæ ſuæ vel alterius, vt crebro accidit in choreis. Tertio ratione circunſtantię loci & erit mortale ſi fiat in eccleſia cum magna irreuerentia: quę arte diffiniri non poteſt ſed prudentis arbitrio.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

De hoc sic dicit Angel. ludi qui de se nõ sunt mã li nullo modo fieri debent in Ecclesia . de vit.& ho.cleri.cum decorem.& cap. decet. de immu. Ecclesiæ. lib.6. vnde non excusarem à mortali: qui talem faceret in ecclesia , nisi foret quid medicum:cum videatur iure diuino prohibitus. ibi. Domus mea domus orationis vocabitur,sed quã uis multum sit cauendum ludere in loco sacro: non tamẽ videtur mortale:quia sequeretur quòd ludens in ecclesia ad scacos sine contemptu peccet mortaliter . & cap.cum decorem, loquitur de ludis theatralibus qui fiebant cũ ludibrio & turpitudine.cap.autẽ . decet.non est præceptiuum: cum prohibeat in ecclesia fabulationes : de quibus nullus sapiẽs diceret quòd sint mortalia.Nec est peccatum mortale omne quod est contra ius diuinum. Alioqui mortale esset omne mendaciũ cum sit contra illud.Pacem & veritatem diligite. Zac.8.dicendum ergo q̃ mortale est ibi corizare aut laruis repręsentare vana & importantia irreuerentiam magnam & similia . Non autem vniuersaliter est mortale ibi ludere . Licet etiam repręsentare ibi deuota vt præsepę domini. Quarto clericis & religiosis prohibitus est omnis ludus cum armis. cap. continebatur de ho. quia & arma portare est eis sub præcepto prohibitum cũ inde excommunicentur.cap.clerici.arma. de vita:& hon.nisi ex causa iusta: Similiter prohibe-

tur

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tur illis ludus hiſtrionalis.diſ.86.ca.donare.& ge neraliter ratione honeſtatis clericalis omnis lu- dus in quo ex propria perſona facerent ludum in publico vt ſaltatio. chorizatio. & ſimilia. & eis eſſet mortale huiuſmodi.arg.de conſe.diſ.ij.cap. pro dilectione in fine.ſecus ſi in ſecreto cum do- meſticis.

Similiter prohibitus eſt eis ludus larualis quia habitum mutare non poſſunt:niſi ex cauſa ratio- nabili & ſimiliter ludus ſcacorum ſecundum. Ia. de are.in.l.ſi quis cum ſciret.ff.pro empti. quia à diuino officio cui debẽt inſiſtere:non minus de- uiare facit:quàm ludus alearum qui ibi prohibe- tur.Et hoc ſequitur Grabriel in.4.Roſel. & An- gel.Et quamuis ab hoc ludo eccleſiaſtici debeãt abſtinere: quia plus fatigat intellectũ quam ſtu- diũ litterarũ.vnde poſt ipſum nõ manẽt apti va- care diuinis nõ tamẽ videtur ꝙ peccãt mortali- ter ad ſcacos ludẽtes:niſi propter ipſum omittãt diuina officia ad quæ tenentur vel ratione ſcãda- li. Vel in honeſtatis clericalis:puta ludẽdo pũbli- ce vel cu ſecularib⁹.2.q.7.laic⁹.& diſt.23.his igi- tur.Et idẽ de cãtu ſeculari in citharis & huiuſmo di.Quinto prohibitus eſt omnibus eccleſiaſticis omnis lud⁹ human⁹ ratione ſcandali. vt ſi cleric⁹ vel religioſus luderet in publico : vnde ſeculares ſcãdalizãtur.Sexto ratione cupiditatis : quia lud⁹ non eſt conceſſus niſi gratia recreationis ſui vel

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſocij non tamen eſt ſemper mortale : niſi quando auaritia eſt mortale: de quo infra. Septimo ratione temporis quia ludens in paraceue ſecundum Silueſt. poſſet peccare mortaliter: propter magnitudinem irreuerentię. ſecundum Ricar. & Angel. ludens in feſto ad haſtiludium & ſimiles ludos in quibus requiritur multa ſeruitus, & labor peccat mortaliter: quia prohibetur opus ſeruile: ſecus in requirentibus modicam ſeruitutem: niſi in eis tota die occupetur omiſsis diuinis. Silueſter tenet contrarium : quod verius credo niſi intenderet his quaſi per totum diē. Verum eſt q̄ cum iſta ſunt de iure poſitiuo vbi Papa & prælati hoc ſcirent & tollerarent: non erit mortale.

Si fecit in feſtis opus manuale: pro cuius intellectu ſcito quòd præceptum de obſeruandis feſtis in noua lege: non eſt tam actum ſicut olim erat de obſeruando ſabbato: in quo non licebat decoctio ciborum & huiuſmodi : quia non eſt modo iſta obſeruatio figuralis ſicunt tunc : & facilius nunc diſpenſatur in prohibitis quàm tunc: quia figura pertinet ad proteſtationem veritatis: quam nec in modico licet præterire. Opera autem ſecundum ſe conſiderata mutari poſſunt pro loco & tempore. Et ita Papa poteſt diſpenſare in omni feſto ſine cauſa cum ſint de iure poſitiuo quantū ad determinationem temporis. Epiſcop⁹ vero cū ſubeſt cauſa rationabilis preſertim in ca-

ſu

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſu nouiter & in excogitato emergẽte. Prohibetur autẽ in feſtis opus ſeruile vt agricultura, emptio, vẽditio, ſcribere, ratiocinia facere, delatio onerũ cũ iumẽtis: iter cum magna fatigatione alias non: quia nõ multum impedit vacare diuinis ſecundũ Siluef. & Franciſ. de may. iudicium facere & ſimi lia, quæ qui faciunt peccant mortaliter niſi excuſentur vt infra.

Secundum docto. nõ prohibetur in feſtis opus ſpirituale vt docere verbo vel ſcripto: nec opus ſer uile factum ad ſeruitium Dei, nec opus corporale neceſſarium ad ſalutem corporis ſui vel proximi: ſicut Machabęi ſabbato pugnarunt, primo Macha. 2. & licet die feſto non liceat facere opus ſeruile pro lucro conſequendo principaliter: licitum tamen eſt pro damno vitando animę & corporis ſeu rerum & quo ad ſe & quo ad proximũ, vt habetur Math. 12. de oue cadẽte in foueam, quæ leua tur in ſabbato. Peccat autem mortaliter faciens opus ſeruile in feſto, niſi excuſet vnum ex. 4. quorum primum eſt modicitas operis quæ non impe dit ſpiritus libertatem, quæ arbitrio boni viri pen ſanda eſt. Secundum neceſsitas operis quæ præue niri aut differri non poteſt commode vel neceſsitas coactionis quæ fit a dominis. Tertium pietas cordis, ſcilicet, pro honore Dei vel pauperum ſuf fragio. cap. conqueſtus. de fer. Quartum vtilitas publica: vt pro pace, pro poteſtate & huiuſmodi

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

adde quintum, ideſt, diſpẽſationem prælatorum. Quæ autem neceſsitas excuſet dic ꝙ neceſsitas vi tę ſuſtentandę & dãni vitandi & etiã vtilis acquirendi ſecundum Ange. & Roſe. quod alio tempore acquiri non poteſt. de fer. cap. licet. ſed hoc tertium non eſt neceſsitas ſed vtilitas, nec licet niſi ex diſpenſatione Epiſcopi ſi haberi poteſt: alias proprij ſacerdotis, ſine diſpenſatione vero Angel. dicit non eſſe mortale. Sed verius videtur ꝙ ſit mortale cum ſit cõtra præceptum Dei & Eccleſiæ: niſi eſſet talis vtilitas ꝙ credatur prẽlatus ſi adeſſet diſpẽſaturus, quo caſu locũ haberet rati habitio. De lucro autem inde habito fiet portio pauperibus. vt in cap. licet. de fer. quod Angel. putat eſſe præceptum Silueſter cõſilium. ¶ Dicitur autem opus ſeruile tripliciter, ſciliter, materialiter tantũ vt ſcribere ad edificationem animarũ. Secundo formaliter tantũ vt cogitare de opere exercẽdo ad lucrũ: puta aratione ſeu aduocatione. Tertio materialiter formaliter & finaliter, vt opus corporale ordinatum ad lucrũ: quorum primũ in feſto conceditur. Secundum prohibetur de conſilio non de prę cepto: niſi per hoc impediretur illa vacatio quã de neceſsitate debemus diuinis.

Sciendum ꝙ in omni materia in qua fit ſermo de peccato mortali duo præſupponnntur. Primo ꝙ res ſit alicuius importantię ſuper quo nõ poteſt dari certa regula, ſed arbitrio boni viri ſtatur. Secundo

cundo ꝙ exerceatur cum deliberatione expreſſa: vt cum quis deliberat aliquid facere ſeu cogitare etiã ſi facere nollit: vel ſaltẽ interpretatiua quæ eſt cum quis aliquid ſubito quidem facit aut cogitat: ſed non adeo ſubito quin aduertat & deliberare poſsit, nec tamen deliberat allectus voluptate: quã do autem res eſt minima vel ratio nõ aduertit nõ eſt mortale. ¶ Ex dictis ſequitur ꝙ ponens aliqua puncta, ſcopans domũ, vendens rem breui ſermo ne, modicum itinerans & huiuſmodi excuſatur à mortali: quia iſta modicitas vacationem ad diuina minuit quidem aliqualiter ſed nõ impedit, pro quo facit. capit. intelligentia. de verbo. ſig. Similiter excuſantur ratione neceſsitatis carnifices ſi tempore notabili in feſtis occupentur præparantes cibos, medici, minutores, aromatharij, ferratores equorum, vendentes panem, herbas, fructus & huiuſmodi: etiam ſi talia conferrent ad guloſitatem, contra Angel. quia quod vni eſt guloſitas: alteri erit honeſta recreatio: ſi principaliter faciant hæc ratione neceſsitatis licet inde habeant lucrum. Et idem de exigentibus debita à ruſticis, vel cõducentibus operarios: quia alio die ſine incommoditate inuenire non poſſunt. Idem de vectoribus mercium, alimentorum aut perſonarũ: & de curſoribus qui ſine graui damno aliter facere nõ poſſunt. Idem de ruſticis, vxore & filijs familias qui iuſto metu laborare cõpellun-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

pelluntur. Similiter excuſantur ratione pietatis, laborantes pro Eccleſia, Monaſterio, Hoſpitali, nõ habentibus ſufficientes redditus, aut pro pauperibus: modo nõ fiat dominicis diebus vel feſtis ſolẽnioribus ſecundum Siluef. nec dimittatur auditio miſſę: nec laboretur propter mercedem ſeu carnalem amorem, nec vſq; ad vltimam fatigationẽ: & in hoc omnes docto. cõſentiunt: excepto quòd monal. vult hæc poſſe fieri in dominicis & feſtis beatę virginis, & apoſtolorum, & in paraſceue: nõ tamen in diebus Paſchę ſeu Pẽtechoſtes, niſi eſſet conſuetudo approbata & ex diſpẽſatione Epiſcopi vel neceſſitate tanta quæ arbitrio boni viri hoc exigeret. Similiter laborantes ad refectionem põtium: viarum & huiuſmodi non ad lucrũ ſed propter pietatem vel bonum publicum quod ſub pietate clauditur. Et idem de aduocato faciente conſilium vt expediat eum qui venit à longe: licet cõſequenter intendat lucrũ, ſecus ſi ad lucrum principaliter quia erit mortale ſecundum Siluef. A fortiori excuſantur laborantes pro ſuſtentatione ſui & familiæ: quãdo aliter commode ſuſtentari non poſſunt:, cautum tamen eſſet in his omnibus diſpenſationem habere ab Epiſcopo. Similiter excuſantur facientes pertinẽtia ad defenſionem imminente bello: & ad offenſionẽ in defenſionem ordinatam. Similiter operantes ad indemnitatem rerum ſuarum aut aliorum: ne ab hoſtibus rapiãtur,

aut

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

aut tempestate vel alia causa ledantur: sicut lana lę ditur si ad solem non extendatur & fornax si ignis non nutriatur:& generaliter quidquid fit ad repa randum damnum imminẽs in persona vel rebus suis aut aliorum est licitum:sicut iter agere existen tibus in hospitio propter iacturam expẽsarum: & multo magis ad vitandum animę damnum puta occiosítatem vel aliud peccatum,vnde rationabi- liter occupantur infestis hoc fine domicellę: post suas deuotiones non autem ad lucrum principali- ter.Similiter excusantur ratione dispẽsationis eun tes ad nundinas, de quibus Guiller.quem sequun- tur.Pisa.Angel.& supple.dicit ꝙ peccant morta- liter si faciant consuetudinarie: aut cupiditate lu- crandi sed in his casibus videtur solum ꝙ peccent mortaliter.Primo si missam omittant quãdo hoc possunt sine magno dispendio rerum. Secundo si hoc prohibeatur à prælatis maxime sub pœna ex- communicationis:quo casu inciderent etiam ve- nientes ex alia diœcesi ratione delicti: audita autẽ missa & tollerante Episcopo non est mortale:quia Ecclesia quæ filijs suis laqueum non ponit tollerã- do excusat,nisi esset dies dominica vel maior:quia in his solius Papæ dispensatio & non Episcopi ex cusaret, vel necessitas aut pietas: puta si quis alias multum damnificetur tunc non contrahendo:aut alia iusta causa. Similiter excusantur studentes ad illuminationem sui,vel aliorum etiam si ex conse-

quenti

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quenti veniat lucrum: siue sit studium theologiæ siue iuris canonici, vel cæsarei: & idem si fiat ad vitandum ocium vel ad exercitium, & ad notãdum libros. Dicit tamen Panor. in cap. 1. de fer. q̃ in his diebus nõ licet locare operas suas, nec scribere ad longum, nisi scriberet ad spiritualem finẽ, quia sic licitum est etiam in magna quantitate. cap. cõque stus. de fer. Similiter excusantur citharistæ & alij sonatores & cantores: si id faciunt ad honorem Dei principaliter, vel ad honestam recreationem: seu ad solẽnizandum matrimoniũ vel ad alium pium aut necessarium finem licet secundario propter lucrum: ad quod si principaliter operentur non excusantur, nisi aliqua ex superioribus causis adsit: & qui ad lucrum regulariter pulsant & cum periculo peccati lasciue iuuentuti multominus excusantur, si autem id faciunt non ad lucrum sed cum periculo peccati est mortale: si illud periculum intendunt, vel si ex signis probabiliter illud credũt & non aliter.

Piscatio secundum supplemẽ. in maioribus festis nullo modo licet: in dominicis vero & inferioribus non etiam licet nisi ex causa vrgente & cum licentia & portione pauperum & idem de aucupatione: quia fit cum maiori occupatione: sed Rosel. tenet oppositum & est verum de ea quæ est ad lucrum: secus quãdo fit ad honestam recreationẽ cum non sit opus seruile formaliter: nec obstat q̃

omne

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

omnẽ opus ſeruile prohibetur: et ſic regula eſt prohibitiua & conſequenter omne illud intelligitur prohibitum quod non eſt ſpecialiter conceſſum, vt in cle. exiui. de verb. ſig. quia hoc verum eſt de cadentibus ſub regula cuiuſmodi eſt opus ſeruile materialiter & formaliter quod, ſcilicet, & eſt opus mechanicũ & fit principaliter ad lucrum non autem ſi ſit ſeruile materialiter tantũ. De venatione autem tenet idẽ & Angel. contra Roſel. q̃ non licet in feſtis, quia nõ licet in diebus ieiuniorũ ſecundum glo. in cap. qui venatoribus. diſt. 85. Nec tamen ait Angel. eſt mortale: niſi cauſa lucri fiat principaliter vel omiſsis diuinis: ſed dici poteſt q̃ eſt licita de ſe in feſtis ſi fiat à perſonis quibus decet tale exercitium: ad honeſtam recreationem, quia non eſt opus ſeruile formaliter: ſi autem ſit ad lucrum principaliter, vel omiſsis diuinis eſt mortale niſi ſit excuſabile vt dictum eſt. Nec eſt ſimile de diebus ieiuniorum: qui debent eſſe afflictiui, & de diebus feſtis qui licite aliquo modo ſunt recreatiui.

Et colligitur ex glo. in cap. pronunciandum. de conſe. diſtin. 3. diuerſis horis dies feſtus incipit ſecundum diuerſos reſpectus: nam quantũ ad eſum carnium & ieiuniũ incipit à media nocte diei prę cedentis feſtum: quantũ vero ad officium incipit in veſperis. Sed quo ad ceſſationem à ſeruilibus incipit à veſpera vigiliæ in occaſu ſolis: & termina-

tur in

tur in veſpera ſequenti. de fer. cap. omnes. Feſtorum tamen initium & finis iuxta eorum qualitatẽ & diuerſarum regionum morem ſeruari debet. Secundum ſupplemen. nulla conſuetudine excuſari poſſunt laborantes ſabbato poſt occaſum ſolis & in vigilia feſtorum dominica maiorũ quia in hoc fit contra ius diuinum. Sed non videtur hoc tenẽdum quia dies dominica & alia feſta non ſunt de iure diuino ſed tãtum de iure poſitiuo ſaltem quo ad determinationem temporis, quod per contrariam conſuetudinem abrogari poteſt: maxime ex cauſa rationabili ſciente & tollerante Papa. Quod Silueſ. & alij dicunt q̃ de iute diuino tenemur feſtiuare. 24. horis in hebdomada: neſcio vbi fundetur cum in tota canonica ſcriptura hoc non habeatur: nec apoſtoli hoc ſeruarunt poſt miſſum ſpiritum, ſcilicet, vnde optime dicit Angelus. poſt Panor. in cap. 1. defer. q̃ dies feſtus quo ad ceſſationem à ſeruilibus incipit ſecundum conſuetudinẽ patrię, & facit. cap. quoniam. eo. tit. & ſi mos ſit q̃ à mane incipiatur laborando tota nocte dum modo ceſſent vſque ad aliud mane ſeruandus eſt: ita tamen q̃ mos talis ex cauſa iuſta ſit introductus & prælati tollerent, immo Deo eſſet acceptius ſtatuere q̃ feſta omnia non ſeruarẽtur niſi vſq; poſt miſſam ſolum: quia plus offenditur Deus in vno feſto, quã in tota ſeptimana teſte experiẽtia: & quod dicit Roſel. q̃ talem morem non poteſt introducere

vna

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

vna ars vel duę, ſed maior pars populi vtens ea: ſecundum glo. in cap. ſi. de conſue. dicendum quod non oportet maiorem partem populi vti actu inducente conſuetudinem exequendo illum: ſed ſufficit ſi vtatur approbando.

Si non audiuit miſſam integram in feſtis vel ſaltem maiorem partem mortale eſt, niſi ex magna cauſa omiſerit. Si exiſtens in miſſa non fuit attentus, ſed occupauit ſe in vanis vel recitando alia: aliquando eſt mortale, pro quorum intellectu nota q̃ in feſtis vacandum eſt Deo in pſal. & canticis ſpiritualibus & hoc eſt finis huius præcepti: de cõ ſe. diſt. 3. cap. ieiunia die dominica: nõ tamen peccat mortaliter qui toto feſto ſolaciatur & de ociosis fabulatur: modo audiat miſſam & abſtineat ab operibus ſeruilibus: quia ſecundum. ſ. Tho. prima ſecundæ. quæſt. c. finis præcepti non cadit ſub præcepto. Vacandum eſt etiam orationi & audiẽtiæ precationis. de vit. & ho. cleri. cum decorem, & de ſtat. mona. cum ad monaſterium: quod ſecũdum ſupple. cadit ſub præcepto: quia in cap. ſacerdote. de conſe. diſtin. 1. dicitur. ſacerdote verbum faciente in Eccleſia: qui egreſſus fuerit excommunicetur, & ibi cap. qui die ſolenni omiſſo Eccleſiæ conuentu, ad ſpectaculum vadit excommunicetur: excõmunicatio autem nõ infligitur niſi pro mortali. 11. q. 3. nemo Epiſcoporũ. Sed iſta iura loquuntur de contẽptoribus: qui ſine cauſa ligitima

m omit-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

omittunt prædicatione vilipendentes eam cũ tamen sint ignorantes & nesciant necessaria sibi ad salutem. Et similiter de egredientibus cum scãdalo notabili aliorum. Vnde ex vi huius præcepti nõ tenetur quis ad prædicationem, sed ex alio: puta vnum cole Deum, quo præcipitur nobis notitia credendorũ & agendorũ, & tanta posset esse necessitas addiscendi talia: q̃ omissio prædicationis ellet mortale, sed quãdo sit hoc non potest sermone determinari. Dicit Angel. in festo prę eligendã prædicationem missæ, sed non videtur verũ: cum missa sit in præcepto & non prædicatio, etiã si talis habeat ignorantiam necessariorũ ad salutem: quia alias poterit implere præceptũ de addiscẽdo, non autem præceptum de audiẽda missa illo die. Nec cogit sua ratio, quia, scilicet, præcipitur auditio missę principaliter vt audiãtur scripturę quod magis militat in prædicatione. Dico q̃ illa nõ est principalis ratio alioquin astantes missæ & nõ audientes scripturas non satisfacerent: nec tenemur audire scripturas, nisi eo modo quo Ecclesia taxat, scilicet, audiendo missam.

in Xbo fe ria 5. 45.

De conse. dist. 1. cap. missas, præcipitur omnibus Christianis non excommunicatis nec interdictis, nec legitime impeditis (quia isti non tenẽtur) audire missam integrã die dominico, per quẽ intelligitur omnis dies festus de præcepto: siue sint serui siue liberi habentes vsum rationis: ita q̃ ante bene-

de liberis ad a audire missa

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

benedictionem ſacerdotis nullus præſumat egredi. Qui aliorum curam habent: vt domini & parentes tenentur conari vt audiant ſerui & filij omnes. Alijs diebus nullus etiã religioſus tenetur miſſam audire. Quod dicitur de conſe. diſtin. 1. capit. ſolet. ꝙ in. 40. non dicitur ieiunare quis niſi audita miſſa: conſilium eſt & ſi loquitur de præcepto abrogatum eſt: dicitur integram, modico tamen pro nihilo reputato. de conſe. diſtin. 2. re vera, vnde præceptum non implet qui notabilem partem miſſæ perdit puta medietatem aut tertiam partem: ſecus qui modicam, ſeruitores etiam diſcurrentes pro expedientibus miſſæ, intelliguntur adeſſe miſſæ etiam pro tempore illo. Similiter qui venit poſt Epiſtolam vel Euangelium ſi legat vel faciat, ſibi legi quod non audiuit videtur ſatisfacere præcepto.

Secundum Richar. Angli. in quoli. quẽ ſequitur Angelus, omittens audire miſſam ex contẽptu vero vel interpretatiuo qui eſt quãdo quis aſſueſcit tranſgreſsioni ſine cauſa: mortaliter peccat ſi vero fiat ſine contemptu ex paſsione vel pigricia etiam ſine cauſa rationabili eſt veniale. Eſt autem nullũ ſi fiat ex cauſa rationabili. Sed cõmuniter non tenetur hoc, alias nullus peccaret ex paſsione ſed omne peccatũ eſſet ex malicia, & ad peccandũ mortaliter requiritur cõtẽptus: in his quę ſunt de cõſilio, in alijs aũt quæ ſunt in p̃cepto ſufficit agere cõtra

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

illa ſine cauſa rationabili vera vel eſtimata, vide Panor.in capi.1.de vit.& hon. cleri. ex cauſa vero & neceeſsitate rationabili agens contra excuſatur: puta dato caſu in quo ſi quis audiat miſſam: ipſe vel alius ex hoc incurret probabiliter graue damnum animę vel corporis aut rerum vel honoris ſecundum ſuam eſtimationem, etiam ſi aliquando fallatur & ita non ſit in re. Vnde excuſantur infirmi & eorum ſeruitores, & qui paruulos ſine periculo dimittere non poſſunt,& qui audiendo impediretur ab arduo & iuſto negocio:& qui ratione officij prohibentur exire vt caſtellani & alij dominis ſeruientes:& domini & conſiliarij tempore miſſæ vrgentibus cauſis non patientibus dilationem occupati:& puellę nubiles ignorãtes hoc præceptum vel facientes quod in ſe eſt vt audiãt: & parentes qui eas ad hoc cogunt, vt ex honeſtate ſint clauſę vel ex conſuetudine regionis. arg.de cõſue.cap.fin. niſi eas ducant ad choreas vel permittant ſtare in feneſtris, viduę etiam poſt mortem mariti aliquo breui tempore puta per mẽſem ex conſuetudine:non autem ſi per menſes vel annum diſtin.8.conſuetudo, & coniugatę quæ audire non poſſunt ſine ſcandalo magno virorum puta quia familię bene præparare non poſſunt.23. quęſtio. 5.noluit:& iter agentes qui ob hoc perderent ſocietatem neeeſſariam vel vtilem: & ſimiliter pauperes mulieres veſtibus ſeu velis priuatę

quæ ſi

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quæ si Ecclesiam intrarent ab alijs irriderentur sic tenet Siluest.

Angel.post Panor.in cap.quidam laicorum.de celeb.mis.tenet q̃ non audiens propriam missam secundum officium diei sed peculiarem non satisfacit præcepto de audienda missa: quia missa quæ præcipitur est missa de festo,excusantur tamen audientes ex ignorantia sed non celebrantes. Sed secundum florenti.di.cap. loquitur de congruitate & non de necessitate,quia in dicto cap.missas,indistincte missa percipitur : & non missa diei, nec possunt laici scire an missa sit propria & hoc semper interrogare nimis esset laborioſum.et.d.c.quidam laicorũ:sacerdotibus solũ loquitur,vnde reprehensibile est eis & si non dãnabile ad instantiã laicorũ dimittere missas proprias propter peculiares:quia populus docẽdus est secundũ augu. nõ sequendus. Cũ ad propriã parrochiã legitimus sit accessus:in propria parrochia missa est audienda, & qui in aliena audit expelli debet & remitti ad propriã.cap.2.de parro.& qui eũ admittit furtum quodam modo cõmittit:nisi fiat ex causa iusta puta quia proprius sacerdos est notorius fornicator, vel ob maiorẽ sui deuotionẽ : quia alibi deuotius celebratur,aut cum missa reportat sermonẽ & huiusmodi.Et circa hoc iã est rationabilis & præscripta cõsuetudo quæ dictũ ca. abrogauit, dato q̃ cõtineret præceptũ contra laicos ne alibi:quã in sua

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

parrochia audirẽt. Angel. limittat prædicta dum modo declinans propriam parrochiã non audiat missam in proprio oratorio, sed in publico facto autoritate Episcopi: & à fortiori in Ecclesijs mendicantium ędificatis autoritate Papæ, dici etiã potest ꝙ vbicunq; audiatur etiam in domo priuata est satisfactũ præcepto ratione consuetudinis scitę & tolleratę rationabilis & præscriptę : licet male faciat audiens in domo sine magna causa. Si Episcopus prohibeat audire missam in Ecclesijs mendicantium in festis : male facit tollendo pias consuetudines cum scãdalo populorum : cum sanctus Greg. pertulerit sacerdotes confirmare ad tollendum scandalũ. dist. 95. peruenit, est tamen obediẽ dum illi secundum Florenti. arg. 11. q. 3. quid ergo. & cap. sententia. Sed vere non potest in hoc casu iubere: nec ei est obediendũ secundũ Siluest. & doctores alios: quia cõsuetudo audiendi missam ibi: habet autoritatẽ à Papa, cum cõcedat indulgẽtias audientibus diuina in dictis domibus, & ipse instituerit mẽdicantes ad supplendũ defectum Episcoporũ: qui iã non ꝓrædicant nec prædicatores sustẽtant, & sic est tanquã lex eius. Itẽ sicut Episcopus non potest arctare ius cõmune: ita nec tollere consuetudinẽ generalẽ totius orbis, vt in cap. in his. & c. catholica. dis. 11. & si hoc sub pœna excõmunicationis iubeat sentẽtia est iniusta & nulla: quia sicut attentatũ contra ius est ipso iure nullũ. dist. 10. c. vi

des. &

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

des, &.l.non dubiũ.c.de leg.ita attentatum cõtra cõsuetudinem generalẽ.Præcipitur tamen religiosis in virtute sanctæ obedientiæ ne in sermonibus detrahãt prælatis Ecclesiarũ.s.nominatim, aut circũlocutiue secundum glo.& ne retrahãt laicos ab Ecclesiarũ suarum frequentia in publico sermone non in priuato.Clemen.religiosi.de priuileg.

Missa audienda est attente & deuote interius & exterius,interior deuotio nõ potest cadere per se sub humano præcepto:exterior vero cadere potest & cadit in proposito illa quæ est necessaria ad auditionem missæ de præcepto: cum qua non stat illa distractio qua aliqui pro notabili parte missæ nugantur cũ socio scandalizãtes alios. Non tamẽ est necesse audire distincte verba missę: alioquin non impleret pręceptum audiens missam à longe propter multitudinem populi: nec hebes auditu, vnde intentio Ecclesiæ est:ꝙ quis sit pręsens & ad sit missæ & Deo vacet.& si est intelligens iustũ est vt attendat & intelligat quæ dicuntur. Et sub pręcepto omnes tenemur nihil exterius agere quod dictę attẽtioni repugnet:quia qui tenetur ad prosecutionẽ vnius oppositorũ tenetur ad fugam alterius,vnde audiens missam de præcepto nõ potest eodem tẽpore simul dicere horas ad quas tenetur sine mortali:quia ibi sunt duæ obligationes quarum quęlibet attentionẽ & deuotionem exteriorẽ requirit nec potest esse exterius attẽtus missæ: qui

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

exterius eſt attentus officio.arg. cap. ex litteris. de proba.ſecus ſi aut ad miſſam aut ad horas non tenetur:quia dicere non prohibetur, niſi ex hoc aut ſacerdos aut alij impedirentur,melius tamen facit qui nihil orans vocaliter attendit: quando alte in miſſa aliquid dicitur quam qui tũc orat. ¶ Si peccauit in feſto tenetur exprimere ſecundũ Ange.quia eſt circunſtantia mutans ſpeciem. Sed cum nullo ſpeciali præcepto prohibeamur peccare in feſtis: nec teneamur ex vi huius præcepti abſtinere niſi ab operibus ſeruilibus proprie quæ ſunt opera mechanica:confiteri hanc circunſtãtiam eſt bonum, ſed non eſt neceſſarium vt ſupra eſt diſcuſſum.Interroga ſi in feſtis recolligit ſe aliqua hora diei ad meditandum beneficia à Deo nobis collata & vitam ſancti cuius feſtum agitur,non tamen eſt neceſſariũ.Si ocioſa loquitur & vana in Eccleſia & impedit alios ab attẽtione communiter eſt veniale.Si fuit alicui cauſa laborandi in feſtis:vel nõ audiendi diuina mortale eſt niſi excuſetur aliqua de prædictis cauſis.

Si quando intrat lectum & ſurgit cõmendat ſe Deo & orat.Si ſcit ipſe & ſibi ſubditos curat ſcire pater noſter & aue Maria et ſyimbolum.Nam ſecũdum ſupple.omnes Chriſtiani tenentur dicere vocaliter ex diuino præcepto:orationem dominicã, pater noſter.matth.6. & ſcire.de cõſe.diſt.4.cap. vos ante.Secũdum ſanctum Tho. ſecũda.2.q.73.

quili-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quilibet tenetur ſcire illa ſine quorum ſcientia actum debitum recte exercere non poteſt. Vnde tenemur ſcire ea quæ ſunt fidei & vniuerſalia iuris præcepta: hoc eſt decalogum: non quantum ad ordinem ſed quo ad ſubſtantiam, vt ſciatur q̃ tale quid eſt articulus fidei: & quòd furtum eſt peccatum & huiuſmodi: ſinguli vero tenentur ſcire quæ ad eorum ſtatum & officium pertinẽt. De præceptis vero Eccleſiæ quiſq; tenetur ſcire ſolum ea quæ non poteſt ſine lata negligẽtia ignorare, vt quòd in feſtis eſt audienda miſſa: & quòd clericus non eſt cędendus & huiuſmodi communia. Vnde habentes officium docendi fidem, vt prælati: ſacerdos, doctores, & prædicatores tenẽtur credere explicite & diſtincte omnes articulos contentos in ſymbolis: Credo. Et quicunq; vult. Epiſcopi vero tenẽtur circa prædicta ſcire opponere & reſpondere & hæreticos confutare. de hęret. cap. excommunicamus. Tenet autem directorium & Roſel. quòd ſimplicibus & forte omnibus laicis: ſufficit credere Deum eſſe præmiatorem bonorum & punitorem malorum: alios autem articulos ſufficit credere implicite: credendo verum eſſe quidquid catholica docet Eccleſia. Sed falſum eſt immo laici omnes tenentur explicite credere ſaltem articulos de quibus ſolennizatur in Eccleſia vt natiuitatem Chriſti: mortẽ & reſurrectionem eius & ſimilia: quæ nemo po-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

teſt ignorare niſi omnino contemnat propriam ſalutem & aures obturet diuinis. Qui autem neſcit. Pater noſter. malefacit ſed non auderem ipſum de mortali damnare.

Quartum præceptum.

CIrca qurtum præceptū. Honora patrem tuū & matrem, interroga ſi non dilexit parentes: ſi non oſtendit eis ſigna dilectionis: ſed dure ſe habet cum eis. Si notabiliter in his excedat eſt mortale. Si non obediuit illis. Si verba iniurioſa dixit eis. Si non ſubuenit eis indigentibus vel infirmātibus: mortale eſt. Si maledixit eis: veniale eſt quā do ex paſsione ex non ex animo nec in eorum præſentia dicit. Honor exhibendus à filijs parentibus conſiſtit in tribus. Primo in affectu ſcilicet timendo patris offenſam ex amore leui. 19. vnuſquiſq; patrem & matrem timeat. Secundo in effectu obediendo & ſubueniendo, Ephe. 6. filij obedite parentibus. Tertio in ſigno aſſurgendo & huiuſmodi. Et licet primo &, per ſe præcipiatur nobis in hoc præcepto honorari homo qui eſt principium in eſſe naturæ ſicut eſt pater, & mater: ſecundario tamen præcipitur honorari homo qui eſt principium in eſſe gratiæ ſicut eſt pater ſpiritualis. Nota q̄ in neceſſaris ad ſalutem, vt ſunt quę pertinent ad bonos mores: & in his quæ

pertinent

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

pertinent ad diſpoſitionem rei familiaris: filius ſcienter contemnens obedire parentibus & ſeruus domino peccat mortaliter, ſecus ſi ex inaduertentia & ſine contemptu: in alijs autem obedire eſt de conſilio tantum. Si orat pro parentibus defunctis.

Si non impleuit teſtamentum eorum & volũtatem poſt mortem. Ad quorum intellectum ſciẽdum quòd ſecundum ſanctum Tho. dilatio executionis eleemoſynarum & teſtamenti non præiudicat animæ teſtatoris quantum ad meritum: ſi quantum in eo fuit adhibuit diligentiam, vt eius eleemoſynę & legata cito darentur: quia meritũ principaliter ex voluntate & intentione dependet: ſed quantum ad effectum eleemoſynę patitur detrimentum: non quidem vt puniatur propter tarditatem: ſed quia ei non adhibetur remedium expiationis pœnę: cum non habeat ſuffragium vnde ſubleuetur: ſimiliter non patietur detrimentum: ſi differatur reſtitutio quã fieri mandauit in morte: ſi fecit quod in ſe fuit. Dicit Angel. & optime q̃ non propterea ſi nunquàm impleretur perpetuo ſtaret in pœnis: ſed ſolum tardius liberaretur. Et quòd in chronicis minorũ legitur de quodam qui impediebatur intrare cælũ: quouſq; facta fuit reſtitutio · quia niſi fiat luet in pœnis facit ad hęc. c. ex litteris. de rap. ex quibus verbis non habetur q̃ anima nõ intrat cælũ niſi reſtitutione

restitutione facta, vt Silvest. ei imponit. Ex dictis patet quòd executor testamenti non debet multum tardare, vt rebus defuncti melius vẽditis maiores eleemosynas faciat: nisi illud augmentum eleemosynæ sit valde magnum, & tempus tardationis parum & sic quòd arbitrio boni viri melius sit tardare: quia ecclesia & pauperes interim non excitantur ad orandum: sicut fieret accepta eleemosyna: acceleratio autem feruentium orationum pro defuncto: multum valet ad eius alleuiationem & celeriorem expeditionem. Tã hæres quã executor ex magna dilatione: mortaliter peccant: quia iniuste inferunt notabile damnum defuncto si non facit quantum potest: nec excusatur hæres si commode non potest: nec executor etiam si non potest: cum debeat intimare Episcopo qui cogere potest. de testa. Ioannes. vnde tales vocantur necatores egentium. in cap. qui oblationis cum duobus sequentibus. 24. q. 2. & dicuntur venire ad exinanitionẽ fidei: & quòd habendi sunt sicut qui non credunt iudicium dei. Interroga si habent domini curam de filijs & familia, vt confiteantur communicent non iurent & viuant vt christiani. Quia si in his notabiliter deficiant peccant mortaliter.

Quintum præceptum.

Circa

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

CIrca quintum præceptum: non occides nota quòd hoc præcepto explicite prohibetur nobis homicidium: implicite vero omnis motus irę. Sicut monſtrat dominus. Matth. 5. interpretatiue etiam prohibetur nobis in hoc prę cepto occiſio ſpiritualis: vt cum quis eſt alteri occaſio ruinæ in mortale & ſpiritualis mortis: ſicut perſuaſio ad malum præbens alteri occaſionẽ ruinę, vel quòd moriatur in conſcientia. Quære igitur ſi occidit alium: ſi multilauit, ſi verberauit: ſi lęſit notabiliter, vel animum deliberatum ad hæc habuit, ſi incarcerauit, peccauit mortaliter niſi in caſibus à lege conceſsis. Nota quòd nulli licet ſeipſum occidere ſeu mutilare: quia nemo eſt dominus ſuorum membrorum. 23. q. 5. ſi non licet, niſi fiat ratione medicaminis diſtin. 55. ſi quis non obſtante quòd anima ſit magis curãda quàm corpus quia ſine mutilatione & occiſſione corporis animæ poteſt curari: cum peccatum ſola voluntate perficiatur etiam ſi faceret ad vitandum peccatum proprium puta conſenſum in delectationem veneream: quia non ſunt facienda mala vt veniant bona. Roma. 5. nec vt mala vitentur: præſertim minora & minus certa cuiuſmodi eſt an mulier ſit præſtatura conſenſſum in ipſa violatione: cum deus poſsit eam inde eripere vide de his. 23. q. 5 ſi non. Nec obſtat de ſanſone & de quibuſdam fœminis quæ ſe percuſſerũt

tempore

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tempore perſecutionis:quia inſtinctu ſpiritus ſcilicet factum eſt . Saulem ſimiliter excuſat Nicolaus de lir. q̃ fecit motus à ſpiritu ne deus illuderetur in eo ab idolatris. Et dictum Hiero . 23. q.5. cap.non eſt noſtrum,vbi ait . Non licet mihi propria manu perire abſq; eo vbi caſtitas periclitatur. Intelligitur ſecundum glo.li. abſq; incluſiue: quaſi dicat q̃ nec in iſtis in quibus magis videtur licet occidere ſe : ſicut illud . pulchræ ſunt genæ tuæ abſq; eo quod intrinſecus latet : & ſimiliter. 35.q.3.progeniem. Similiter non licet ſe occidere deſiderio alterius vitę : quia iſte tranſitus non ſebeſt hominis voluntati:nec ad euadendum miſerias vitę præſentis:quia vltimum malorum huius vitę eſt mors:nec propter peccatum commiſſum ſicut fecit Iudas.tum quia ſubtrahit ſibi tẽpus pœnitentiæ quo poſſet peccata delere, tum quia non licet male factorem occidere niſi publica auctoritate.23.q.vlti.cap.pœnul.

Quando homo poſsit hominem occidere ſine parte.

PRiuatus homo poteſt occidere hominem auctoritate legis ciuilis ſine pœna quę debetur in foro cõtẽtioſo pro homicidio. Primo defendẽdo perſonã ſuã. Secundo defendendo ſuum honorẽ,vt cũ oportet eum aut fugere cũ dedeco-

re

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

re aut occidere. Tertio defendendo res ſuas quando aliter rehabere non poteſt. Quarto occidendo inſidiantem in itineribus & nocturnum populatorem agrorum. c. quando liceat vni. ſine iudi. l. prima. Quinto occidendo furem nocturnũ & diurnũ defendentẽ ſe. de homi. ſi perfodiens. Sexto ratione adulterij. ff. de adult. l. marito. &. c. de adul. l. gracus. de quo vide infra. In foro autem animæ licet ſine peccato perſonæ priuatę alium occidere. Primo defendendo perſonam ſuam vel alterius cũ moderamine inculpatæ tutelæ. clemẽ. ſi furioſus. de homi. Secundo occidendo furẽ nocturnum in dubio an vellet furari vel occidere. de homi. ſi perfodiens. & ſimiliter diurnum. ſi ſe telo defendit. Tertio occidendo diffidatum zelo iuſtitię. c. de accuſ. l. reos, vbi aduerte q̃ aliud eſt quãdo lex aliquid permittit nõ puniẽdo, vt de occidendo adultero. aliud quãdo aliquid cõcedit faciẽdo quẽlibet miniſtrũ iuſtitię, vt in ca. pro humani. de homi. li. 6. Primũ non licet in cõſcientia ſed ſecũdum ad bonum commune: ſi facit vt miniſter legis: eſſet nihilominus irregularis ſicut & iuſte iudex. Quarto ſecundum aliquos pro defenſione honoris contra iniuriam perſonalem conſiſtentem in turpi fuga. Quod tamen Archie. negat & Silueſt. maxime quando talis turpitudo non eſt de malo culpę: ſed de naturali timiditate. vnde licet dicat zamb. q̃ occidẽs ne fugiat

vide Amq. lum in homicidiu§. 6.

cum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

cum dedecore: euadit irregularitatem: tamen ſecundum Petrum. anca. & car. & Siluеſ. non euadit. Quinto ſecundum aliquos pro defenſione rerum ſuarum. Sed Panor. capit. ſuſcepimus. de homi. dicit quòd licet clerico res ſuas defendere etiam cum baculo & gladio. cap. olim. de reſt. ſpo. Sed non licet ei procedere ad ſęua. puta occiſionem etiam ſi res aliter ſaluare nõ poſsit: ſed potius debet ſuſtinere rerum iacturam: quia de iure naturali plus tenemur vitam proximi: quàm res proprias amare etiam vbi ille non coactus ſed ſponte ingerit ſe morti: ſicut volentem ſe ſuſpendere tenemur cum rerum iactura ſaluare. Laicis autem in foro contentioſo licet occidere pro rebus aliter non ſaluandis: ſed non in foro animæ, ſed de his infra. Sexto pro defenſione caſtitatis: nec obſtat quòd eſt cauſa mortis eius ſpiritualis cum ſit in mortali: quia ipſe ſibi eſt cauſa, & illa vtitur iure ſuo naturali: quo vim vi repellere licet. Et magis tenetur ſuæ ſaluti prouidere: quàm alterius ſi autem permitteret ſe opprimi: exponere ſe periculo cõſentiendi peccato: propter difficultatem renitentię voluntatis: dum non facit quod poteſt vt euadat: ſi tamẽ nollit occidere: ſed aliter quantum poteſt ſe tuetur & peccato mente remittitur: non peccat: ſicut & inuaſus ſecundum ſanctum Tho. non peccat ſi ſe permittit ne occidat: ſed eſſet maioris virtutis.

Notandum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Notandum quòd in prædictis casibus intelligitur licere alium occidere: si seruetur in defensione moderamen inculpatę tutelę: quod est quãdo id fit quo omisso iniuria repelli non potest sine periculo personæ vel rerum. Ad quod tria debent concurrere. Primo modus, quia agressus sine armis vel cum paruo bacculo resistere nõ debet armis: si sit paritas fortitudinis inter agressum & agressorem. Secundo debet concurrere tempus vt scilicet fiat incontinenti non ex interuallo. Si tamen percussus insequitur percussorem iam nollentem percutere, & vulnerat peccat & puniri debet: non vt dolosus sed vt culpabilis: quia incõsultus calor vitio calumniæ caret. ff. ad turpi. l. i. Tertio requiritur causa vt fiat ad defensionẽ non ad vindictam nec intendat mortem inuadentis vltimate: quamuis liceat illam intendere & efficere in ordine ad sui defensionem. secũdum glo. in. ca. significasti. 2. de homi. dicitur incontinenti repellere iniuriam: si repellit collectis amicis antequàm ad alia diuertatur: alias esset guerra: sed super his certa regula dari non potest sed bonus iudex arbitrabitur quando sit defensio cum tali moderamine considerata qualitate personarum & actuũ. In conscientia igitur licet inuaso percutere in contenti antequàm percutiatur ad euadẽdum percussionem vel iniuriam secundum aliquos: facta vero iniuria personæ non de licitum

continenti

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

percutere in continenti:quia non est iam defen-
sio sed vindicta nisi timeretur geminata percu-
sio vide docto in.d.c.significasti.& in.cap.olim.
de res spo.&.ff.ad legem aquil.l.sciẽtiam est. ca.
vnde.vi.l.præ.Est autem licita dicta defensio cui
libet personæ etiã religioso : quia quoad actus na
turales religiosi non censentur mortui. 16. q. p.
placuit quia hoc competit iure naturali. Licita
est etiã contra quemlibet etiam Papam : quando
constat quòd inuadit iniuste.c.de iure fis.l. pro-
hibitum. Licet eram in omni loco etiã in eccle-
sia:& Silvest.titu. bellum.dubitat ecclesiam tunc
pollui:cum ad eius pollutionem requiratur effu-
sanguinis iniurios.c.p.de cõse. eccle.li. 6.quod
non est in proposito. Licita est etiam occupato
in quocunq; officio. vnde si cælebrans inuasus
defendendo se occidat: reassumpto officio potest
statim cælebrare.clem.si furiosus.de homi.Si ve-
ro baptizans puerum in mortis periculo constitu
tũ:omisso baptismo se defendat:nullo alio existẽ
te qui baptizet:peccat secũdũ:doc.præeligẽdo vi
tã suã corporalẽ:morti spirituali pueri qui ęterna
liter dãnatur. Vtrũ autẽ liceat occidere pro defen
sione rerũ.dic ęp si posset res recuperari per viam
iudicis:nõ licet secũdũ.Bart. in. l. furẽ.ff. ad legẽ
corne.de sicca.secus si res semel raptę essent irre-
cuperabiles.Panor.vbi supra. tenet nullo modo
licere clericis occidere pro defensione rerũ. Ioã.

de

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

de lig.tenet q̄ percutiens clericū pro defensione rerū nō est excōmunicatus:quia ibi nō est man⁹ violēta:sed violentia repulsoria.sed dic q̄ cuilibet etiam clerico licitū est defendere res suas fuste & gladio cominādo percutiendo citra mutilationē,& si raptor vt rapiat insurgit in defensorē:licite occidetur.arg.c.si perfodiens. de homi. in verbo defenderit : q̄ defensio licet sit defensio rerū quę rapiūtur:tamē respectu domini prohibētis rapinā est vera inuasio & aggressio prohibita. Vnde quia licite teneo rē meā : eū qui me vult occidere ne teneā licet occidere:multo magis q̄ eū qui me vult occidere quia ei detraxi aut alias iniuriā feci.Si autē nō me inuadit & tamē rē meā tenere nequeo nisi occidā:vt si fugit in equo meo quē aliter habere nō possum nisi illūsagitta percutiā:nō est contra legē naturæ aut dei occidere: cū quotidie de licētia principis arma moueantur pro tēporalib⁹ quod est secūdū oēs docto. bellū licitū & iustū. Ad motiuū Panor.dicitur quòd vita proximi est præferēda rebus nostris quantū in nobis est:vnde pro ea cōseruāda res nostras in necessitate tenemur exponere : si vero ipse sit in causa vitæ suę perdēdę.iniuste inuadēdœ sibi imputet. vnde in tali casu occidēs aut mutilās secūdū. Silue.tit.excōica.6.§.9.clericū nō incidit in excōicationē:quia vbi non est peccatum mortale non est excommunicatio iuris:est tamen irregularis,

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Tripliciter igitur licet occidere etiam clerico vel religioso pro defensione rerum suarum vel proximi. Primo quando sublatio rerum vergeret in personæ periculum: vt si eunti per latrones auferantur arma: aut in gelu vestes: quia eo casu defendere res est defendere personam. Secundo quando adhibita diligentia à casu mutilat vel occidit: quia non peccat nec incidit in excommunicationem: cum det operam rei licitę id est rerum suarum vel proximi defensioni. Tertio quando sublatio rerum inferret damnum grauius morte viro nobili: vt quia oportet eum viuere in honeste & mendicare.

Dubium.

NVnquid licet occidere inuaso: qui posset euadere fugiendo secundum Panor. in. ca. olim. de res. spo. si aggresso est magnum de decus fugere non tenetur: sed potest percutere ad repellẽdã iniuriã, si vero nõ est sibi verecũdũ vt quia aggrediens est longe præstantior tunc secus. Bart. tenet indistincte q̃ non tenetur quis fugere: quia fuga est iniuria. ff. de iniu. l. irẽ apud labeonẽ. & cõsequẽter ad eã propulsandã percutere licet. Itẽ pro rerũ defensione licitũ est armis resistere vt in dicto cap. olim. & de sen. exco. dilecto li. 6. & secũdũ ius ciuile occidere si res aliter saluę esse nõ possunt

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſunt.l.furẽ.ff.de ſica. quælibet autem corporalis iniuria: maior eſt rerũ iactura.ff.de pe.l.in ſeruorũ. Sed ſecundum Panor.quãuis in hoc caſu percutiens eũtet peccatum : non tamen irregularitatem ſi occidat vel mutilet.d.clem . ſi furioſus: quia de bello tactũ eſt.Nota duplex eſſe bellũ ſcilicet cõmune & particulare natura belli cõmunis ſi ſit iuſtũ eſt vt capti efficiãtur ſerui capiẽtiũ: ſed inter chriſtianos de conſuetudine cui ſtandũ eſt:non ſeruantur iura captiuitatis . Secũdo bona eorum efficiuntur capientium.tertio ſequitur ius poſtliminij: quod eſt ius amiſſę rei recipiẽdę ab extraneo in ſtatum priſtinum reſtituendę . ff.de capti .l. poſtliminiũ. ideo non currit contra tales præſcriptio:ſecundũ glo. in cap .actione.16. q.3. Vt hoc bellũ dicatur iuſtũ requiritur primo auctoritas principis.quia priuatæ perſonæ non licet mouere bellũ cũ nõ poſsit cõuocare multitudinẽ quod fieri oportet in bellis:& poſsit ius ſuum proſequi in iudicio ſuperioris : ſiue talis princeps ſit Eccleſiaſticus ſiue ſecularis . Secundo requiritur iuſta cauſa: vt qui impugnantur hoc mereantur propter aliquam culpam . Tertio recta intentio bellantium quæ intendat bonũ promouere vel malum euitare vnde non licet bellare ex odio vel cupiditate.23.q p quid culpatur. &.ca.militare: ſed hoc requiritur ad vitandam culpam non ad licite retinenda quæ capiuntur in bello.quia ini-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

qua intentio non variat rerum inęqualitatem vel ęqualitatem: ex quibus dependet ius retentionis & restitutionis. Quarto requiritur quòd sit persona cui liceat bellare: nam clericis non licet bellare cum armis. 23. q. 8. clerici. Quinto quòd fiat pro repetitione rerum vel patriæ defensione &. huiusmodi. 23. q. 2. capitu. 1. sed hoc reducitur ad iustam causam possunt tamen clerici secundum sanctũ. Tho. 2. 2. q. 40. inducere alios ad iustum bellum & eis assistere, vt pugnantibus subueniant exhortationibus absolutionibus, & alijs spiritualibus: & adhortari non vt occidant nec mutilent sed, vt fidem vel patriam defendant: & si qui ibi interficiantur non eis imputabitur, & prælati qui hæc nõ faciũt peccant. 23. quæst. 5. de occidendis. de homi. postulasti: & secundum Innocen. in. capitu. quod in dubijs. de pęn. prædicta exhortatio fieri non debet quando sunt in percusionibus sed ante. Ad iustitiam belli particularis secundum. Angel. eadem requiruntur. Sed contra: si ad bellum particulariter requiritur auctoritas superioris: ergo particulare bellum erit commune. Item si requiritur quòd non sit clericus. sequitur quòd clericus non potest se defendere quod est falsum. & glos. summaria quã allegat. 23. quæst. 2. non loquitur de bello particulari sed de publico. dicendum igitur quòd ad iustitiam belli particularis vnum solum suffi-

cit

cit ſcilicet, quòd ſit ad reſiſtendum iniuſto inuaſori perſonæ vel rerum. & huius iuſtitia fundatur in regula iuris naturalis & poſitiui. ff. de iuſt. & iur. l. vt vim ſcilicet, quòd vim vi repellere licet: cum moderamine inculpatę tutelę. vt viſum eſt.

Liberare alium ab iniuſta morte tenetur quilibet ex debito charitatis: ſi poteſt ſolo verbo vel facto ſine periculo ſuæ perſonæ: & ſi conſtat illum iniuſte occidi etiã data pecunia: ſi vero neſcitur an iuſte vel iniuſte: aut ſi neceſsitas ſua non patitur non tenetur. Qui autem habet publicam poteſtatem tenetur defendere illum etiam cum armis dum tamen præſumat ſe poſſe etiam exponendo ſe periculo quia ex officio ad hoc ſe obligauit. Si procurauit aborſum mortale eſt. & ſi fiat ante animationem anima rationali quæ fit in viro. 40. die: in fœmina. 80. non eſt verus homicida nec irregularis. Si autem poſt animationem verus eſt homicida & incurrit irregularitatem: etiam ſi fiat à medico ad præſeruandam prægnantem ſecundum Ioan. de neap. quoli. 10. quia eſt cauſa mortis corporalis & ſpiritualis. Vnde dicitur 14. quæſt. 5. deniq;. Si alteri ſubueniri non poteſt: niſi alter lędatur cõmodius eſt neutrum iuuare. Si vero fętus non eſt anima rationali animatus liceret: quia quamuis impediatur animatio futura: nulli tamen homini eſſet

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tunc causa mortis, & vnum hominem à morte liberaret. Quando est dubium an sit animatus anima rationali dando medicinã peccauit mortaliter: exponẽdo se periculo mortalis scilicet homicidij. Si dormiendo posuit iuxta se pueros tenellos vnde suffocauit illos si fuit lata negligẽtia est mortale alias nõ. Si dixit proximo verba cõtumelioſa, vel animo iniuriandi mortale est dupliciter. primo si animo dehonorandi notabiliter fiant: quia nõ est minor iactura honoris quàm rerũ. Secundo etiã si non adsit talis intentio: tamẽ talia sunt ita grauia quòd grauiter dehonorant & cõtristant sicut grauiter percutiẽs ludo mortaliter peccat. Si vero non multum dehonestẽt: nec dicantur animo grauiter dehonestandi: sed ex aliqua leui ira & intẽtione leuiter contristãdi vel de honorandi veniale est sicut & leue damnum rerum. causa tamen correctionis licet hoc dicere secundum sanctum Tho. sicut licet verberare & inferre damnum rebus sicut dominus discipulos stultos vocauit. Lucę vltimo. Et apostolus galatas insensatos. etiam si punies irascatur: dummodo correctio sit principalis causa improperandi: ita quod hac remota nõ inferret iniurias. Alias si ira est principaliter in causa: erit peccatum graue. Ideo ista sunt periculos. vnde Augusti. raro & ex magna causa obiurgationes sunt adhibẽdę: in quibus non vt nobis sed vt domino seruiamus

instemus

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

inſtemus interroga ſi nouiter conuerſos ex Iudęis vel Sarracenis vocauit iniurioſe canes & Iudæos aut Sarracenos: quia videtur mortale, & ex hoc fit magnum ſcandalum fidei in illis. Si aſpexit ſpectacula, in quibus imminebat probabile periculũ mortis vel mutilationis vt duella & torneamenta mortale eſt. Primo ſi eius aſpectio eſt cauſa ſine qua non fierent. Secundo ſi ſine ſui periculo poſſet impedire & non impedit. Tertio ratione ſcandali ſi eſt religioſus vel clericus, alias veniale eſt.

Sextum præceptum.

CIrca ſextum præceptũ, non męchaberis, prohibetur omnis illicitus coitus: & genitalium vſus, quod cõtingit. 8. modis, ſcilicet, per fornicationem ſimplicem ſoluti cum ſoluta. Per adulterium, quod eſt alieni thori violatio, ſcilicet, vxoratę cum ſoluto, vel econtra, vel vxoratę cum vxorato. Per ſtrupum quod eſt ſacrilegus concubitus in quo continenti à Deo ſacrata vel per religionẽ, ſeu per ordinem ſacrum aut per votum violatur. Per inceſtũ, qui eſt in ordinatus coitus: quo vinculum conſanguinitatis vel affinitatis, vel compaternitatis leditur. Per vitium contra naturã, quo naturalis vſus peruertitur: quod ſi fiat cũ beſtijs dicitur beſtialitas, ſi proprijs manibus mollicies, ſi fiat

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

inter maſculum & maſculum, vel fœminã non ſer uato vaſe, dicitur ſodomia. Octauo per libidinoſum coitũ coniugalem. Actus coniugalis ſecundũ docto. in his caſibus eſt peccatum veniale, primo quando præcedit aliqua deordinatio rationis, ſed non tanta vt ſi mortalis: puta ſi petatur tempore ſacro ceſſante contẽptu ſacri temporis, & Eccleſiaſticę exhortationis. Secũdo ſi petatur ex voluptate infra tamen limites matrimonij ſiſtendo etiam ſi ſe prouocent: hoc expreſſe dicit Aug. prima corin. 7. & tenet cõmunis ſchola quamuis ſupple. conetur aſtruere hoc eſſe mortale. Tertio ſi fiat cauſa vitãdę infirmitatis ſecundũ. b. Th. Quarto quãdo quis incipit reddere vel exigere bona intẽtione, ſed poſt mutatus iã hoc vult cauſa delectationis. Quinto quãdo aliud intendit quàm finẽ coniugij, qui eſt proles & debitum. Sexto quãdo hoc agit cauſa vitãdę fornicationis in ſe & poſſet aliter faciliter vitare, ſed eligit iſtam viam voluptuoſam abſorbentem rationem: quia iſtam præfert illi quæ illã conſeruat, alij dicunt in iſto caſu, nullum eſſe peccatũ quod verum eſt quãdo quis aliter melius vitare non poteſt: vt quia habet loqui ſecrete cum fœmina, de qua ſibi timet.

Quomodo actus matrimonialis eſt peccatum.

Actus

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ACtus matrimonialis est peccatum mortale. Primo ratione intentionis si sit tanta libido q̃ infra limites matrimonij non sistat, sed idem facere cum quacunq; persona occurrente: inhęrens voluptati vt fini vltimo, non esset tamen mortale si in ipso actu quando ratio est absorta, vir ad aliam dilectam carnaliter intẽdit, aut vxor ad alium. Secundo si fiat in loco sacro, super quo Richar. distinguit. Nam si ibi sunt breui tempore coniuges, nec reddere licet nec exigere. Si autem ibi sunt longo tẽpore violenter licitum est vtrũq;: secundũ. S. Tho. & Palu. simpliciter dicunt q̃ nullo modo licet reddere: quia non sic tenetur coniux in omni loco sicut in omni tempore: cum tempus non possit per hoc violari, sicut locus sed nec in omni alio debet reddere nisi honestate seruata, quia non in publico. Et Palu. expresse dicit hoc esse mortale, etiam si alius locus non possit haberi: quia nunquàm licet locum sacrum violare, cum hoc non sit necessitatis sicut mingere. Vnde petere non licet nec alter tenetur reddere cum hoc non possit fieri sine irreuerentia sacri loci: qui indiget inde reconciliari ex natura facti secũdum Ioan. And. licet, per accidens excusetur quia est occultum. Siluest. dicit quod quando fit ex libidine etiam alius intentionis veniali vel causa sanitatis, aut prolis aut alia causa tẽporali est mortale, quia violatur locus sacer sine necessitate. Sed si fiat

propter

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

propter bonum animę ad vitandam illicitam corruptelam in ſe vel ſocio etiam ſi in ipſo exercitio actus: interueniat voluptas venialis, quę prius non fuerat in intentione non erit mortale, nec Eccleſia eget reconciliatione quia ceſſat irreuerẽtia. Quarto actus coniugalis eſt mortale ratione modi contra naturam qui eſt duplex. Primo quando vas debitum non ſeruatur, nec excuſatur fœmina cõſentiens timore verberum, aut odij: aut incontinentiæ mariti, ſed ſola violentia abſoluta excuſat. Secundo quando vas debitum ſeruatur, ſed non debitus ſitus, à quo deuiatur parum lateraliter coeundo: magis ſedendo ſtando vel fœminam ſupergrediendo, maxime beſtialiter retro, ſcilicet, accedendo. Si fœmina ſupergrediatur virum mortale eſt ſecundum Palu. quia ille modus non conuenit infiſioni & receptioni ſeminis: vnde videtur impediri generatio prolis. Sed Siluеſ. dicit hoc falſum, quia Matrix trahit ad ſe ſemẽ: etiam ſi membrum virile non intret clauſtra pudoris, ſicut concipiunt fœminæ in balneis, vbi viri ſpermatizant. Et ſanctus Tho. narrat in quolib. de quadã virgine quæ patre in ſomnis polluto cõcepit: ſaluo pudore virgineo, mortale eſt etiam ſecũdum Palu. ſi fiat alijs modis præciſe cauſa voluptatis: quia eſt abuti ſacramento cõiugij, non autem ſi fiat ex cauſa rationabili. Sũma vero Angel. & Roſel tenent iſta non eſſe mortalia etiam ſupergreſsionem, modo mulier re-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

lier retineat ſemẽ. Aliter dicit eſſe mortale, in iſtis coniuges acriter ſunt arguendi cũ ſint peiores beſtijs quæ modum obſeruant. Compatiendum eſt tamen eis quia in talibus actibus, parum aut nihil rationis habent. Vnde ſeruato vaſe nihil talium auderem dicere eſſe mortale: etiã ſupergreſsionem vel retro acceſsionem: ſed ſolum ex intentione voluptatis non ſiſtentis infra limites matrimonij vel aliquo huiuſmodi. Vnde ſi cauſa rationabilis ſubeſt: omnes illi modi licent quod ſic probo. Nullus actus coniugalis ex quo ſequi poteſt generatio & in quo ſeruatur finis huius ſacramenti poſsibiliter eſt de ſe mortalis, ſed omnes prædicti ſunt huiuſmodi: quia ſecũdum Alber. in omnibus prædictis ſequi poteſt generatio & ſeruari poteſt finis ſacramenti, vt ſcilicet, intendatur aut proles aut remediũ corruptelę. Vnde iſti modi non ſunt de ſe illiciti: ſed licite fiũt ex cauſa iuſta infirmitatis vel periculi aborſus: aut naturalis diſpoſitionis & huiuſmodi, & hęc videtur mens ſancti Tho. vnde in. 4. diſtin. 31. dicit, quando vas debitum prætermittitur ſemper eſt mortale: quia impeditur generatio & totaliter intentio fruſtratur naturæ: quando vero prætermittitur debitus modus ſecundũ ſitum, non eſt ſemper mortale ſed poteſt eſſe ſignũ mortalis concupiſcentiæ. Quandoq; ſine peccato fit, quando diſpoſitio corporis alium modum nõ patitur in quo quanto à naturali diſpoſitione recedit

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ditur tanto est grauius. Dicit etiã Alber. nihil eorum quæ facit vir cum vxore seruato ꝙ non fiat pollutio extra vas debitum de se est mortale: nec voluptas sistens infra limites coniugij peruertit vsum huius sacramenti quod etiam est in remedium. ¶ Quinto est mortalis actus coniugij quando inde probabiliter timetur periculum aborsus vel mortis seu aggrauationis vxoris, quia est cõtra charitatem. ¶ Sexto est mortalis tẽpore menstruorum, vnde Leuï. 29. infligitur pœna mortis viro reuelanti turpitudinẽ menstruatę: & mulieri aperienti fontem sanguinis sui quod secundum sanctum Tho. prohibitum est duplici ratione, scilicet propter immunditiam, & propter nocumentum inde sequẽs proli. Quo ad primum fuit præceptũ cerimoniale. Quo ad secundum morale est & obligat etiam in noua lege, vnde secundum ipsum si fluxus menstrui proueniat quasi continue ex ali quo morbo, non prohibetur accedere ad illam in noua lege: quia in tali statu mulier potest concipere, & oporteret virum perpetuo abstinere. Si vero sit naturalis quem mulieres sane determinatis temporibus patiuntur: secundũ Palu. non est mortale reddere vel exigere scienter etiam si credatur mõstrũ inde generari: sed. s. Tho. tenet ꝙ quando vir petit tali tempore debet precibus eum auertere: non tamẽ ita efficaciter vt possit ei esse occasio incidendi in alias dãnabiles corruptelas. Passionem

vero

vero ſuam non eſt tutum ei indicare: ne vir inde concipiat abominationē ad illam niſi de viri prudentia præſumatur. De mente igitur ſancti Tho. non eſt mortale in viro exigere: quando ſibi timet de corruptela, nec poteſt faciliter aliter prouidere: quia magis tenetur animæ ſuæ quàm corpori generandę prolis conſulere. In muliere autem ex actio ſemper eſt mortale quia tempore menſtruorū non ita mouetur: vt de facili ſit in periculo corruptionis, pro opinione Petri de Palu. eſt ꝙ ſecundum aliquos medicos: nō eſt vniuerſaliter verum ꝙ tali tēpore concipiantur fœtus monſtruoſi imo ſæpe & forſam vt in pluribus accidit contrarium. Et dato ꝙ accidat, melius videtur proli monſtruoſam eſſe quàm nullo modo eſſe. Et diceret illud Leui. ſolum eſſe præceptum & obligare quo ad id quod eſt ceremoniale: non quantum ad id quod continet moralitatis. ¶ Septimo eſt mortale quando alter coniugum præuenit alium tactibus oſculis & huiuſmodi taliter quòd ſequitur pollutio extra vas. Dicit Palu. quòd non eſt mortale retrahere ſe ante complementum coitus ne ſeminet & ſequatur proles niſi mulier prouoceturad ſeminandum: eſſet tamen mortale fundere ſemen extra vas ne ſequatur proles, ſimiliter de fœmina tenet quòd non peccat mortaliter: ſi ſtatim poſt coitum mingit vel ſe erigit vt ſemen emittat, ſed hoc videtur contra. ca. aliquando. 32. queſt. 2. vbi dicitur

ita accidit Onam qui accedam/
accedat/ ad vxorem ad vxorem eius
debat semen in terram ꝓp quod

dicitur meretrix quæ prolem ſuam interimit antequam viuat ideſt antequàm ſit, vt dicit Glo. & idem dic de procurante venena ſterilitatis. Dicit etiam idem ꝙ inſiſtens finaliter tactibus & oſculis non intendens venire ad actum coniugalem mortaliter peccat. Si autem hæc faciat ex amore vt cõplexus & oſcula honeſta & non ex libidine: vel ſi procedunt ex libine ordinantur tamen ad actum coniugalem quia non ſiſtunt in horum delectatione, ſed ſolum parãtur ad actum illum: & locus eſt aptus ad coitum ſi ſuccederet eius voluntas nõ eſt mortale alias ſic: quia omnis actus venereus qui non eſt coitus coniugalis vel ad illum ordinatus actu vel habitu eſt illicitus. ¶ Octauo eſt mortale negando debitum petẽti: niſi ſubſit iuſta cauſa vel niſi precibus aut ſuaſionibns eum auertat: quod tamen cum multa inſtãtia fieri non debet propter multa pericula: quia cõtra iuſtitiam eſt proprium non reddere petenti, ſiue petat clare ſiue interpretatiue nutibus: quia non refert vtrum verbis an factis quis ſuam exprimat voluntatem. & ad hoc tenetur ſiue ſit tempus ſacrum ſiue dies ieiunij: quãuis dicat Alexan. quem ſequuntur aliquę glo. ꝙ eſt mortale cognoſcere in diebus ſolẽnibus cauſa voluptatis: quod ſolum eſt verum ſi fiat in contemptum ſacri diei, & non aliter: & iura quæ hoc dicere videtur, ſecundum Richar. non præcipiunt ſed conſulunt, nec excuſat ab hoc nolle multiplicare

prolem.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

prolem. Petere vero non tenetur, quia nemo tenetur vti iure ſuo niſi ad vitandam fornicationem in ſocio. ¶ Nono eſt mortale exigere ante benedictionem nuptialem vbi eſt conſuetudo: quod verū eſt ſecundum Florenti. quantum ad primam vicem: niſi exigat, propter vitandam fornicationem, immo ſecundum Albert. & Innocē. et direct. non eſt mortale agnoſcere ante benedictiones, quando ex iuſta cauſa non ducit eam ſolēniter: puta quia terra eſt interdicta, vel eſt ſenex & erubeſcit, vel eſt nobilis & accepit ignobilē vel propter dotem & huiuſmodi. Vnde ad vitādas plures pollutiones & peccata cōſulēdū eſſet ſpōſis q̄ ſi publicato matrimonio ſpōſa nō poteſt duci vel benedici, cōſuma tur: quia licet conſuetudo habeat vim legis, tamen nō ſemper lex obligat ad mortale niſi ſit præcepti ua: de elec. cap. generali. li. 6. ¶ Decimo eſt mortale ratiōe voti, vnde quāuis matrimoniū cōtractū poſt votū ſimplex teneat: & eo conſumato teneatur qui vouit redere ex actus: tamē exigens peccat mortaliter, faciens contra votum: quod quantū eſt ex parte ſui adhuc poteſt implere non exigendo: quia votū caſtitatis eſt votū de negatiuo obligans ſemper & ad ſemper puta ad nō exercēdū carnalē actum & quia in voto cōtinentiæ ſolus Papa diſpē ſat: ideo ab ipſo petenda eſt diſpēſatio ad exigendū: niſi quis teneat opinionē Guiller. q̄ in hoc poteſt Epiſcopus diſpenſare: quod verū credo quan-

o do ta-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

do talis nec adire nec mittere posset Romã. Vtrũ post votũ religionis contrahens: posit exigere cõ muniter dici solet q̃ non, sed dic q̃ post consuma tum matrimoniũ licite petere potest: quia votum eius est de affirmatiuo, scilicet de assumendo statũ religionis. Vnde sicut talis si contrahat nõ tenetur ad paupertatem: sic nec ad castitatem, mortua tamen vxore tenetur intrare religionem & post pro fessionem tenetur ad castitatẽ, sicut & ad paupertatẽ sic tenet Caietanus. ¶ Vndecimo est mortale ratione affinitatis, vnde qui cognouit post contractũ matrimoniũ consanguineã vxoris: non potest exigere sine mortali, super quo secundũ Palu. Episcopus potest dispẽsare quod dubitat Floren. Ego vero credo verum, quando non adest posibilitas adeundi Romã: quia non debẽt animæ remanere in laqueis ita faciliter, nec hoc intendit Ecclesia. ¶ Duodecimo est mortale reddere vel exigere debitum ab adultero: si non est correctus vel corrigi paratus. de adul. cap. si vir. nec licet viro ministrare vxori necessaria si ea negando emendaretur, quia tenetur eã omni modo emendare quo potest, nisi innocens petat timore suæ incontinentiæ: quia non debet cum suo periculo corrigere socium, similiter non peccat quando cessatio exactionis vel redditionis non corrigeret sed proficeret in peius, vel inutiliter scãdala susciteret: quia ordinatio Ecclesiæ non fit ad suscitanda scandala, nec vt homo inuti-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

inutiliter ſui iuris detrimẽtũ patiatur. Item ſecũdũ Palu. quando ceſſat ſcandalum & eſt occultum: & continentia nõ proficit ad correctionem quæ fuit cauſa huius conſtitutionis. Similiter quãdo poteſt aliter corrigere puta includendo & prohibẽdo ne cum aliquo loquatur.

Actus coniugalis fit ſine peccato & eſt meritorius. Primo quando ſuppoſita gratia reddit debitum quia eſt actus iuſtitiæ. Secundo quando petit cauſa prolis generandę & educandę Deo quia eſt actus latriæ, etiam ſi de ſeruitio Dei nihil cogitet: quia ex quo eſt in gratia & facit rem ex ſuo genere bonam, virtualiter hoc ordinatin Deum. Tertio quando hoc facit ad conſeruandum ſocium à fornicatione quia eſt actus charitatis. Quarto quãdo facit ad vitandam in ſe & aliter melius vitare non poteſt: quia eſt actus prudẽtiæ & caſtimonię. In carente vero gratia actus cõiugalis dictis. 4. modis eſt indifferẽs quia nõ eſt meritorius cũ non informetur gratia nec demeritorius propter carẽtiã culpę: nõ obſtãte ꝙ homo inde erubeſcat: quia de tribus erubeſcimus, primo de culpa, ſecũdo de habẽte ſpeciẽ culpę: vt eſt iſte actus qui eſt eiuſdẽ ſpeciei cũ fornicatione in genere naturæ, tertio de naturalibus defectibus vt eſt egeſtas. Præter actum coniugalẽ in vaſe & ſitu debito exercitum: omnis alius actus venereus eſt de ſe mortale peccatum. Primo ſi opus perpetretur. Secundo ſi deliberetur

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ipſius perpetratio. Matth. 5. qui viderit mulierem. &c. & ſecundum doctor. peccatum cogitationis eſt eiuſdem ſpeciei cum opere exteriori, dicit Angel. q̃ quamuis hoc ſit: non tamẽ eſt neceſſarium confiteri hanc circunſtantiam, ſcilicet, an quis deliberauit cum ſoluta an cum coniugata: ſed non tenetur in hoc quia ſecundũ ipſum & omnes oportet confiteri peccata in ſpecie: quod non fieret ſi illud eſſet verũ, & eo caſu fit contra caſtitatem & contra iuſtitiam propter iniuriam factam marito in perſona coniuncta, & conſequenter fit contra duo præcepta. Tertio deliberando & conſentiendo circa delectationem operis expreſſe vel tacite etiam ſine intentione perficiẽdi ad extra, quod dicitur delectatio moroſa.

Interroga ſi perpetrauit opus luxurię aliquo prę dictorum modorũ: ſi delectatus eſt cogitando moroſe carnalia præſertim peccata à ſe facta: ſi propter hoc in ſomnis eſt pollutus, vel poſt ſomnum gauiſus eſt de ſua pollutione: quia ſi gaudet propter delectationem veneream mortale eſt, ſi propter exonerationem naturæ minus peccatum eſt. Si in vigilia voluntarie ſe polluit. Si tetigit verenda alterius vel permiſsit ſua tangi ex libidine. Si oſculatus eſt vel tetigit aliquem ex laſciuia mortale: quæ tunc eſt quando fit vt ſequatur pollutio vel cum periculo vt inde ſequatur. Si locutus eſt vel audiuit carnalia: ſi per hoc exponebat ſe periculo concu-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

concupiſcendi, maxime ſi aduertebat de periculo. Si fecit dari muſicam . Si miſit vel detulit nuncium ſuper hac materia. Si fuit mediator vel ipſe poſuit mediatorem . Si miſit munus hac intentione. Si defert aliquod iocale quod dicitur empreſa o deuiſa. Si laudauit ſe vel alium de mortali. Si iuit ad Eccleſiam, vel tranſiuit per vicos vt videret aliquam. Si comedit vt eſſet ad luxuriam potẽtior. Si ornauit ſe vel voluit eſſe formoſus vt ad malum complaceret, vel ad hoc defert odorifera vel pulchras veſtes . Si miſit vel accepit ſuper hoc epiſtolas. Si in infantia cõmiſsit aliquid tale & ex verecundia tacuit in confeſsione. Si intrauit locũ meretricum intentione luxuriandi ſeu videndi in honeſta quæ ibi fiũt: vel tranſiuit per loca vbi ſunt perſonæ inhoneſtę aduertẽs de periculo caſus. Si fuit cauſa alteri luxuriandi conſulendo inuitando vel pecuniã offerendo. Si contraxit cum aliqua clãdeſtine, prædicta ſunt mortalia toties quoties & in omnibus oportet exprimere conditionẽ perſonę: puta ſi eſt ſoluta, corrupta, virgo, vxorata: an monialis, clericus in ſacris, an religioſus.

Septimum præceptum.

CIrca ſeptimum præceptum non furtum facies, prohibetur omnis illicita vſurpatio alienę rei & ſic comprehendit furtum rapinam

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

& vſuram, & habentes ſuperflua reſpectu ſui ſtatus & familię, ſi non ſubueniunt egentibus pro loco & tempore. Vbi nota q̃ tractare aliena inuito domino eſt mortale cum ſit contra diuinum præceptum, etiam in re modica: vt.14.quęſtione.4. capitu.6.& inſti. de re. di §. gallinarum, vbi glo. dicit quòd in vno ouo committitur furtum, quod verum eſt ſi adſit voluntas ſubtrahendi maiora ſi poſſet: vel quando ex ſubtratione paruę rei dominus valde grauatur, vel quia eſt pauper, vel quia illa eſt ſibi multum chara: vt patet ſecunda ſecundæ.quęſtione ſexageſimaſexta. alias ſubripere minima non eſt mortale. ca. ſi quæſtiones. de ſimo. vbi non committitur ſimonia in modico. &.l. elegãter.ff. de dolo. vbi non debet actio dari de dolo, niſi ex re magna & euidenti calliditate, & glo. in verbo. magna. dicit vltra duos aureos, quod verum eſt circa magnum dominum: alias ſtandum eſt arbitrio boni viri, quia pauperi obolus eſt quid maius, quàm aureus diuiti, quia inde emit panem vnde viuit. Qui tollit minima credẽs domino placere, & poſtea cõperit de voluntate contraria, reſtituat quod accepit, & excuſatur.

Furans in extrema neceſsitate famis vel nuditatis non peccat, quia in tali caſu omnia ſunt communia. Si vero neceſsitas non eſt extrema ſed eſt magna, excuſatur à tanto ſed non à toto: & tenetur vel

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tur vel restituere vel tribus hebdomadibus ieiunare. de furt. capit. si quis. Item excusatur à toto, quando ille sic abundat: & iste sic necessitatur qꝫ de præcepto sibi tenetur subuenire, vide infra de eleemosyna. Qui in extrema necessitate accepit aliena: si postea veniat ad pinguiorem fortunam, non tenetur restituere: maxime si res est consumpta. arg. ca. sugestum de decim. vbi dicitur: quòd res habẽs suam perfectionem, nec continens actũ successiuum non reuocatur, licet postea cesset causa talis rei: sic in proposito, licet cesset ratio furandi in fortuna pinguiori: tamen quia semel iure naturali acquisitum est ius huic perfectum in re capta restituere non tenetur secundum doctο. quamuis supple. videatur aliud sentire cum Panor. vt illi imponit. Rosel. & similiter quando non erat necessitas extrema, sed magna cui alius tenebatur subuenire, si vero non erat talis quòd ei tenebatur subuenire quamuis esset magna: tenetur restituere non simpliciter, sed sub diiunctione, ideſt, restituere vel ieiunare vt dictum est: quæ vera sunt nisi is cui ablatum est esset in ęquali necessitate: quia tunc non licet auferre, & ablatum obnoxium est restitutioni quia in pari causa potior est conditio possidentis. ff. de conditio. ob. tur. ca. l. si obturpem. Nota quòd necessitas excusat furtum & non adulteriũ & alia peccata: quia eo casu furtum nõ est furtum sed occulta sublatio rei

 proprię

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

prõprie:cum in tali articulo omnia ſint cõmunia, ſicut hominem occidens ſe defendendo non peccat:quia tunc nõ eſt homicidiũ,ideſt, iniuſta occiſio hominis,quia plus tenetur quiſq; vitã ſuã tueri quàm alienam cæteris paribus.Fornicatio autẽ in neceſsitate vere eſt fornicatio & manet peccatũ, vnde Panor.in.c.quoniã.de ſimo.dicẽs cauſã eſſe quia illa ſecundũ ſe ſunt mala non furtũ:non ſufficiẽter ſoluit immo furtũ eſt ſecundũ ſe malũ: ſicut & illa,ſed cauſa eſt quia illo caſu deſinit eſſe furtũ vt dixi.Interroga ergo ſi quid furatus eſt,ſi rapuit, ſi damnificauit proximũ in rebus, ſifefellit emendo & vendendo,ſi fecit bellum iniuſtũ,ſi participauit in dãno proximi,opere,cõſilio,mãdato,cõſentiendo:nõ obuiando cũ poſſet cõmode,ſi erat perſona priuata ſine periculo ſuæ perſonæ: ſi vero erat perſona habens publicam auctoritatem tenetur ad hoc etiam cum armis & periculo ſuæ perſonæ.Prædicta ſunt mortalia.

Si accepit res naufragantium, vbi aduerte q; ſi accepit de naufragio res ſtatim perituras puta, farinam, papyrum,zucarum & ſimilia:& ſine periculo vitæ ea ſaluauit etiam ſi dominus non erat alias rehabiturus reſtituere tenetur: quia ex charitate tenebatur ſuffragari.ca. excommunicationi de rapt.habebit tamen ſui laboris mercedem.Si vero ſine vitæ ſuæ periculo ſaluare non potuit diſtinguendum eſt:nam aut ſe exponẽdo periculo vitæ

proba-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

probabili ſeu qualicunq; capit ea bona quæ dominus veriſsimiliter per aliam viam non erat rehabiturus:& tunc poteſt retinere:quia non tenebatur cum tali periculo ſuffragari,& dominus ſic debet velle ꝙ proximus ea habeat potius quàm perirent:ſi autem alia via erat habiturus, vt quia illa tempeſtas ad littus iactaſſet: aut inueniſſet alios qui ſe periculo exponerent: tenetur reſtituere licet debeatur ei prȩmium pro labore & periculo ad arbitrium boni viri. Similter qui res iactatas in mare inuenit:ſi erant pro derelictis:naturaliratione efficiuntur capientis. Si vero non habebant pro derelictis. Sed ad euadendum erant proiectę: occupans animo retinendi committit furtum & eſt excommunicatus.d.ca excommunicationi: ſi non reſtituit quàm primum poteſt præmiſſa monitione:licet Angel.poſt Panor. teneat quo ad Deum non riquiri monitionem: ſi vero accepit ſimpliciter non conſiderando an eſſent derelictę:excuſatur à furto. Si inuenit aliquid quod de propinquo fuit in bonis alicuius:tenetur illud reſtituere vero domino ſi reperiri poteſt.14.q.5.ſi quid inueniſti. Si autem ſolum fuit alicuius ab antiquo vt theſaurus:non tenetur reſtituere quia talia ſunt occupantis niſi ꝙ ſecundū leges:medietas eſt domini agri: ſi autem res inuenta nunquàm fuit in bonis alicuius vt lapilli in littore maris:aues & piſces & animalia non do-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

meſtica ante captionem occupanti conceduntur: etiam in fundo alieno: modo dominus non prohibuerit ingreſſum fundi.

Si exegit talias pedagia & alias exactiones iniuſtas vel a quibus non debuit. Nota q̃ in cap. ſuper quibus de verb. ſig. ſic dicitur. Duximus declarandum illa eſſe pedagia: guidagia, ſalinaria interdicta: quæ non apparet imperatorum vel regum, lateranenſis conſilij largitione cõceſſa vel ex antiqua conſuetudine à tempore cuius non extat memoria introducta. Ex quibus patet quod. 4. poſſunt hæc imponere. Primo imperator & à fortiori papa pro bono totius Chriſtianitatis in tota eccleſia: pro bono particulari in terris Eccleſiæ tẽporaliter ſubditis. Hoc non poteſt ciuitas ſine licentia principis: niſi ſuper hoc habeat præſcriptũ ius. Secundo rex qui in propoſito ſolum dicitur ſecundum hoſ. & Angel. rex Romanorum: puta imperator non coronatus: ſed ſecundum Panor. in. ca. innouamus. de cenſi. hodie reges inferiores præſcripſerunt in ſuis regnis iura imperatorum: & idem de quibuſdam ciuitatibus italiæ vnde iſti poſſunt iſta imponere ſicut & imperator. Tertio illi quibus à concilio lateranenſi eſt conceſſum. ex quo patet quòd Papa à quo habet cõcilium virtutem & ipſi præeſt eſt princeps in ſpiritualibus & temporalibus. Quarto qui hoc habent ex conſuetudine de qua non extat memoria

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

in contrarium quæ habet vim tituli. Alij à prædictis imponentes nouas exactiones: vel augentes antiquas tenẽtur ad restitutionem:& per processum curię sunt excommunicati. Quod nota quia multi domini in Hispania forte incidunt ſępe in hanc ſententiam imponentes ſuis ſubditis præſtita & in commeſtibilibus aliam exactionem quę vulgo dicitur ſiſa:quæ ſunt indubitate rapinę & eis hoc non licet ab inuitis ſubditis exigere.

Vt iuſte poſsint prædictę exactiones dici multa debent concurrere. Primo vt imponens habeat auctoritatem: alias eſt excommunicandus. Decenſi. innouamus: & per proceſſum curię eſt excommunicatus. Secundo vt imponantur propter iuſtam cauſam finalem:puta propter neceſſitatem publicam:vt eſt reparatio muri: poteſtatis & huiuſmodi. Tertio vt imponantur circa cauſam materialem. Quia eccleſiaſticis non poſſunt imponi ſub pœna excommunicationis latę ſententiæ ſuper rebus ſuis vel Eccleſiæ:niſi in his quæ deferunt cauſa negociationis. de cenſi. cap. quàmquam lib.6. Quarto vt imponantur ſecundum debitam cauſam formalem ideſt proportionaliter ad cauſam finalem:& quãtum neceſsitas requirit:& non ad explẽdam luporum ingluuiẽ viuẽtiũ ex rapto:& ſecũdũ q; ſubditorũ & negociorũ facultas patitur. dicit Hoſtien. q; exactio

conceſſa

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

conceſſa à principe etiam cauſa non expreſſa: vel ſi conſuetudo cuius non extat memoria approbet præſumitur iuſta: nouas autem exactiones: niſi probentur legitime impoſitę præſumẽdum eſt eſſe iniuſtas. quia vt dicitur in. d. ca. quamquàm exactiones pedagiorum tam iure canonico quàm ciuili regulariter ſunt dãnatę. Similiter oportet quòd exigens faciat id propter quod exiguntur: deficiente aliquo prædictorum nec poſſunt exigi: nec ſunt ſoluenda. De fraudãtibus gabelas infra dicetur.

De præſcriptione & vſucapione.

SI mala fide aliquid præſcripſit vel vſu cæpit: vbi nota q̃ præſcriptio eſt acquiſitio dominij circa rem immobilem certo temporis ſpacio. Et differt ab vſucapione. Primo quia præſcriptio eſt circa immobilia: vſucapio vero circa mobilia. 16. q. 3. quas actiones. Secundo quia vſucapio triẽ nio completur: non autem præſcriptio: alias quęcunq; dicũtur de præſcriptione intellige ſuo modo de vſucapione. Ad præſcriptionem iuſtam requiruntur. 4. Primo poſſeſsio continua rei præſcribendę ſine interruptione vſq; ad finem præſcriptionis. de præſcrip. cap. illud. Secundo bona fides præſcribentis ita quòd credat rem ſuam eſſe & tradentem habere ius diſtrahendi illam: licet

in

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

in facto erret.ff.de verb.sig.l. bonę fidei. Tertio iustus titulus.eo .titu.ca.si diligenti.Est autem iustus titulus omnis.omnis actus per quem solet acquiri dominium,vt donatio:emptio & huiusmodi. Quarto requiritur ꝙ sit res præscriptibilis: nã peccata nullo tempore possunt præscribi: immo quanto diuturniora tanto sunt grauiora. Subditꝰ non potest præscribere contra obedientiam quã debet suo prælato.eod.titu. cum non liceat: nec laicus potest præscribere ecclesiam nec ius decimarum:nec alia iura spiritualia:etiam si mille anni transierint.eo.titu . causam.similiter reseruata principi in signum subiectionis nõ possunt præscribi.C.de præscrip.l. comperit. Et generaliter res quam lex prohibet alienare.defunctus.seu pactum:& huiusmodi.eo.titu.cum non liceat secũdum docto.vbi suprà.possidens rem certo tempore non sufficienti.ad præscriptionem: non tenetur restituere fructus perceptos toto tempore quo possedit cum bona fide. tutius tamen esset componere cum vero domino super fructibus perceptis etiã tempore bonæ fidei. Contra ecclesiam Romanam non currit præscriptio minor centenaria.16.q.3.quas actiones.&.ca.nemo. Cõtra ecclesias inferiores:quo ad immobilia requiruntur.40.anni.eo.titu.ca.quarta. contra autem quoscunq; alios à prædictis: sufficit spacium.10. annorum inter prẽsentes continue & vigenti in-

ter

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ter abſentes. l. fin. ca. de præſcrip. Dicuntur præſentes exiſtentes in eadem prouincia: vel exiſtentes in eadem ciuitate ſecũdũ glo. c. de præſcrip. l. cum in longi. Si commiſsit vſuram: mortale eſt. Quid ſit & quot modis fiat infra patebit.

Si emit aliquid pro minori notabiliter quàm valeret propter præuentionem ſolutionis. Si vendit carius notabiliter propter dilationem ſolutionis. Si dedit pecuniam ad ſocietatem non participans in periculo ſed in ſolo lucro. Si dedit boues vel alia animalia & voluit habere capitale ſaluum: niſi damnũ hoc aliunde reſartiat: puta quia dat paſcua & domos & huiuſmodi vſq; ad equiualentiam. Si accepit pecuniam ſub vſuris ſine neceſsitate vel ab eo qui non erat paratus dare. Si accepit dono aliquid notabile ab eo qui donare non poteſt. Si accepit à perſonis Eccleſiaſticis de bonis Eccleſiæ aliquid notabile non prætextu eleemoſynæ. Si incendit loca ſacra eſt excommunicatus: poſt denunciationem à ſolo Papa abſoluendus. tua nos de ſen. ex. incendiarius vero aliorum locorum eſt excommunicandus. 23. quæſt. 8. ſi quis. Si per ſimoniam aliquid accepit: prædicta ſunt mortalia: de ſimonia vide infra. Pretium iuſtum eſt dandum pro re: quia emptio & venditio pertinent ad iuſtitiam commutatiuam de cuius ratione eſt ęqualitas: ideo præcium debet eſſet æquale rei & econtra. Eſt autem

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tem iustum pretium quod currit communiter in loco & tempore contractus secundum docto. in.cap.cum dilecti.de emp.& vend. quando tamen venditor ex venditione damnificatur multum:secundum sanctum Tho. vendere potest & rem & suum damnum : si vendit ad instantiam emptoris & vt ei seruiat : non autem si venditor vendat coactus propter aliquam propriam necessitatem:secus si ipse non dãnificaretur & emptor multum iuuaretur:quia cum hoc non sit propter cõditionem vendentis venderet quod non est suum . Similiter quando constat ꝙ ex fraude mercatorum minorantur vel augẽtur pretia rerum vt quia cõueniunt non nisi certo pretio vendere suas merces:vnde emũt omnia quæ sunt in foro:vt pretiũ crescat & suo modo vendant : aut volentes emere exponunt multa in foro vt pretiũ vilescat.In his duobus casibus pretiũ reinõ est secũdũ cõmunẽ ęstimationẽ:sed in primo casu est maius:in secũdo maius vel minus secũdũ ꝙ exigit fraus mercatorũ:non tamẽ pretiũ iustũ rei cõ sistit in indiuisibili vt dicit sanct⁹ doctor : sed habet quãdã látitudinẽ:& possunt assignari tres gradus pretij iusti . s.suppremus:medius & infimus: sicut ostẽsa pretia pãni vn⁹ mercator dicet illã valere aureũ.alius .10.argenteos:alius. 9.& quocũq; horum vendatur res siue ratione dilationis siue præuentionis solutionis iuste venditur.

Contra

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Contra dicta faciunt aliquæ leges. nam. ff. ad trebel. l. prima. §. ſi hæres. dicitur quòd res tãtum valet quantum vendi poteſt. quod vt valeat in cõ ſcientia debent concurrere aliqua. Primo q̃ ceſſet fraus minorantium vel augentium pretia rerum doloſe vt dictum eſt. Secundo quòd ceſſet coactio ementium & vendentium ita quòd non cõpellantur aliqua neceſsitate emere aut vẽdere hic & nunc ab iſto, vel iſti, quia moriens fame vẽderet equum electũ modico pane. Tertio quòd ceſſet ignorantia contrahentium ita quòd vterq; bene noſcat factum ſuum: his ſtantibus tenet in conſcientia dicta lex & non alter. facit etiam cõtra dicta quòd vt habetur. c. de reſcin. ven. l. 2. & de emp. & ven. cum cauſa. contrahentes poſſunt ſe decipere vſq; ad dimidiũ iuſti pretij. & quòd iure permittente fit: iuſte fit. dicendum quòd dicta iura valent iure fori non iure poli: nec tale permittit ius approbando: ſed non infligendo pro eo pœnam. Nam ius poſitiuum in odium litium nolluit dare actionem pro modica leſione: ſed ſolum quando exceſſus eſt magnus vt cum eſt vltra dimidium iuſti pretij. Vendi poſſunt omnia mẽ ſurabilia pecunnia non prohibita vendi. Prohibentur autem: primo ſpiritualia: alias committitur ſimonia. Secundo illa quorum vſus eſt ſolum ad malum. vt venena: idola & ſimilia. Tertio res aliena & qui emit tenetur illam reſtituere vero

domino

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

domino non accepto pretio ab eo. Quarto vasa sacra in eadem forma laicis sed solum alteri Eccle się propter necessitatem : confracta autem vendi possunt cuicunq;.de conse.distin.p.ligna. Quinto res pupilli ipsi tutori.ff.eo.l.fi.in emptione. Sexto liber homo pater tamen potest vendere filium necessitate famis vrgente.l.1. &.2.c.de Pa. qui fi. di.ita tamen ꝙ restituto pretio à quocunq; & quocunq; tempore ipse ad ingenuitatem proueniat. In nullo alio casu licet patri vendere filium: matri vero nec in alio nec in isto. Similiter marito non licet vendere vxorem,quia non est ita in sua potestate sicut filius:si autem liber homo patiatur se vẽdi ad participandũ pretium efficitur seruus,instit. de iure perso.§.serui. Septimo Christiani captiui in bello redigi nõ possunt in seruitutẽ. Octauo sophisticata prohibentur vendi pro veris,vt aurum vel argentum alchimicum.

Octauum præceptum.

CIrca octauum præceptum, non dices falsum testimonium.Prohibetur omne mendaciũ, & omnis falsitas & taciturnitas veritatis,super quo notandum ꝙ mendacium est falsa vocis significatio cum intentione fallendi:& est triplex, scilicet,mendacium pernicioſum quo intenditur alterius nocumẽtum,mendacium iocoſum quod

p ordi-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ordinatur ad delectandũ alios: et officioſum quod fit ad vtilitatem aliorum & quodlibet horum de ſe eſt peccatum. 22. q. 2. ca. mihi. &. ca. 1. vbi dicit Augu. ad ſalutem ęternã nullus ducendus eſt opitulante mendacio: quia cum voces naturaliter ſint ſigna intellectuũ cõtra naturam, & indebitum eſt ꝙ quis voce ſignificet: quod non habet in mente, vnde non tenetur Caſianus dicens ꝙ licet mentiri ob magnam vtilitatem aſſequẽdam, vel magnũ malum vitãdum, immo ſecundum Aug. propter vitam hominis ſaluandã: non licet dicere mendacium quodcunq; etiã iocoſum & ſine iuramento. Mendacium eſt peccatum mortale. Primo circa res diuinas, vnde occultans vel corrũpens fidẽ vel aliam veritatem diuinam mendacio: & qui mentitur circa doctrinã fidei & omnium pertinẽtium ad ſacrã ſcripturã mortaliter peccat. Secũdo quando fit in iniuriam Dei vel in nocumentũ proximi: quantũ ad ſuam perſonã, diuitias vel famã notabiliter. Tertio ratione ſcãdali vel cuiuſcunq; dãni cõſequentis dũ quis non veretur propter ſcandalum mẽtiri. Quarto ſi ſit circa doctrinã morũ ſiue pertinentium ad vitia & virtutes. Quinto ſi adſit circunſtantia iuramenti ſiue ſit iocoſum ſiue officioſum. Sexto ſi fiat in iudicio de ptinẽtibus ad illud: vt ſi accuſatus negat veritatem ſuo iudici in his de quibus poteſt inquirere, vt ſi eſt infamatus: vel ſaltem habet aliquem teſtẽ contra ſe vel aliquod ve-

hemens

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

hemẽs indicium & huiuſmodi. Aut ſi teſtis falſum deponat, niſi debita deliberatione & ſollicitudine adhibita, putaret certum eſſe quod falſum eſt. Septimo ratione contemptus. Octauo ſecundum aliquos ratione perfectionis quia viris perfectis omne mendacium eſt mortale, ſed falſum eſt: quia circunſtantia perſonæ nõ transfert in aliam ſpeciem, nec aggrauat in infinitũ niſi ratione ſcandali vel ſi ſit contra votum. Nono ratione loci vnde prædicatori mortale eſt mentiri ſcienter in ambone de pertinentibus ad doctrinã: quia ſi mẽtiri in doctrina fidei & morũ eſt mortale à fortiori in loco doctrinę vbi doctor gerit perſonam Dei & perſona eius loquitur: iuxta illud Lu. 6. qui vos audit me audit. Dicit Angel. & Roſe. ꝙ non eſt mortale mentiri de pertinentibus ad doctrinam niſi ratione ſcãdali vel contemptus doctrinæ annexi: vel niſi in his quæ ſunt de neceſsitate facienda vel omittenda, ſecus ſi ex conſilio. Hoc vltimum non videtur verum quia ſequeretur ꝙ poſsit quis docere publice hæreſes ſine mortali peccato, puta dicendo ꝙ melius eſt eſſe in matrimonio quàm in caſtitate & in ſeculo quàm in religione: quod eſt hæreticũ cũ ſit contra illud ſacræ ſcripturæ, ſi vis perfectus eſſe vade & vende quæ habes. &c. quia iſta ſunt de cõſilio, eſſet autem veniale ſi de alijs mentiretur: puta ſi dicat aliqua iocoſa, ſi alleget vnum capitulum pro alio, vel vnum prophetam pro alio ex

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

lapſu linguę vel obliuione & huiuſmodi: quia in his nec iniuria fit Deo nec damnum proximo: nec ſequitur ſcandalum vt ſuppono, nec etiam in talibus tenet perſonam Dei.

Quod licitum ſit celare veritatem reſpondenti.

QVando homo non eſt obligatus reſpondere ſecundum intẽtionem alterius poteſt celare veritatem multipliciter. Primo quãdo quod dicitur eſt verum in vno ſenſu: licet non ſit verum in alio in quo capitur ab audiente, ſicut Abraham dixit vxorem eſſe ſororem. gene. 12. quia erat ſoror ex parte patris licet non ex parte patris & matris ſimul. Secundo quando ad eandem interrogationem poſſunt dari multę reſpõſiones, & datur vna & tacetur alia: ſicut Samuel veniens Bethleẽ principaliter ad vngendum Dauid in regem, & ſecundario ad ſacrificandum: quæſitus ad quid veniſſet reſpondit de cauſa ſecundaria & nõ de principali. p. reg. 15. Tertio quando locutio eſt duplex & in vno ſenſu eſt vera & in alio falſa, & loquens intendit loqui in ſenſu vero & imprimere alteri ſenſum falſum: ſicut ſi quis interrogetur de eo qui quęritur ad mortẽ: an tranſierit per talem viam, & reſpondeat non tranſiuit hac intendens per proprium locum quem pede aut manu tangit: aut ſi Clericus ad por-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ad portam quæratur an portet aliquid de quo sit soluenda gabela: respondeat, non, de quo, scilicet, sit soluenda à Clerico: sicut & Angelus interrogatus à Thobia, quis & de quo genere esset. respondit ex filijs Israel, ego sum Azarias Ananię magni filius. Tho. 5. quæ sunt vera secundum interpretationem illorum terminorum & non secundum ipsos terminos. Similiter dominus non negauit se Samaritanum, idest, custodem secundum nominis ethymologiam. Quarto quando quis interrogatur de aliquo quod dicere non expedit: quia dicere potest se illud nescire subintelligendo vt reuelãdum, exemplo Christi qui dixit se nescire diẽ iudicij quia non reuelat nobis, secus vbi expediret interrogantem scire, cauenda tamen est ista celatio. Primo vbi posset scandalum euenire. Secundo in iudicio vero & iusto. Tertio vbicunq; quis tenetur cõfiteri veritatem de qua interrogatur: quia sic respondendo eam celat, quod est contra id ad quod tenetur: & si ad illud tenetur sub præcepto, illa celatio esset mortale. Quarto cauẽda esset quã do quis iuraret extra iudicium: non coactus per superiorem contra ordinem iuris, nec ab aliquo particulari per comminationes: sed sponte iurat vel coacte ex suppositione alicuius finis, vide supra in secundo præcepto.

Si murmurauit de factis proximorum, vel audiuit libenter murmurantes. Si fuit causa q̃ aliquis

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

infamaretur. Si laborauit ſcire defectus vitæ proxi morum: ſi quod acceperat in ſecreto reuelauit vel induxit alium vt reuelaret quod ſciebat illum accepiſſe ſub iuramento vel in ſecreto. Si iudicauit temerarie ad malum facta aliorum ſine ſufficiẽtibus indicijs. Prædicta ſuper re notabili ſunt mortalia. Si ſuſpicatus eſt mala de proximis, communiter eſt veniale. Vbi nota ꝙ quamuis proprie loquendo ſuſpitio dicat indeterminationem rationis ſuper aliquo: ſicut iudiciũ dicit certitudinem & determinationẽ. glo. tamen. 2. quæſt. 1. 1. diſtinguit triplicem ſuſpictionem, ſcilicet violentam: vt ſi reperitur ſuſpectus cum ſuſpecta in loco ſuſpecto, hæc inducit probationem acſi ſufficienter ſit probatum, alia eſt ſuſpitio probabilis vt cum quis eſt infamatus apud graues perſonas quæ licet non faciat probationem inducit tamen purgationem: quam poteſt prælatus exigere. 2. quæſt. 4. preſbyter, alia eſt temeraria quæ oritur ex leuibus indicijs puta ex locutione leuium perſonarum, & hęc habet plures gradus ſecundum ſanctum Thomã. ſecunda ſecundæ. q. 60. primus cum quis ex leuibus & inſufficientibus ſignis dubitat de bonitate vel malitia alicuius & hoc eſt veniale peccatum. 2. cũ pro certo malitia creditur & hoc in re notabili eſt mortale: quia proximus iniuſte lędit notabiliter, tertius cum proceditur exterius ad ſentẽtiandum ſecundũ talia ſignã & hoc etiam eſt mor

tale.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tale. Nota quòd murmurare est mala de proximis clanculo dicere: quod cõtingit dupliciter, vno modo cum merito sicut cum quis defectum alicuius reuelat in secreto potenti obuiare vel prouidere ne vltra fiat, & hoc est opus charitatis: similiter si qui sciẽs aliquem esse inflamatum vel suspectum in conuersatione auiset alium hoc nescientem vt caueat sibi. Alio modo cum peccato quoties quis malum refert de proximis siue publicum siue occultum sine aliquo de prædictis respectibus. Est autem mortale, primo quando sequitur notabilis infamia vt cum reuelat secretum nescienti etiam si sit verum, nisi fiat propter bonum finem vt dictum est. Secundo quando malum quod dicitur est falsum & est notabile quid. Tertio quãdo quod dicitur profertur animo infamandi notabiliter, quamuis non sequatur infamia. In primis duobus casibus non sufficit pœnitere, sed tenetur ad restitutionem si sperat posse bene fieri alias si credit alium iam oblitum: vel peius esse reducere ad memoriam non tenetur, vel si existimat probabiliter inutile fore. Si productus in testem noluit dicere testimonium, vel si accepit pecuniam vt non testificaretur, vel vt falsè testetur mortale est.

Nonum præceptum.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

CIrca nonum & decimum præceptũ non prohibetur primus motus ſenſualitatis, qui dicitur primo primus: quia ille eſt motus naturalis, nec motus ſecundo primus: quia ille conſiſtit infra limites ſenſualitatis ex corruptione fomitis & eſt veniale, ſed prohibetur conſenſus voluntatis in opus vel in delectationem. Vbi nota ꝙ voluntas peccandi & actus exterior peccati quando ſunt coniuncta & fiunt ſimul tempore ſunt vnum peccatum formaliter licet ſint plura materialiter: quia vna eſt ratio deordinandi licet ſint plura deordinata: vt autem ſunt ſeparata ſecũdum aliud & aliud tempus: ſic ſunt diuerſa peccata formaliter, cum ſint diuerſę auerſiones & cõuerſiones: immo ſecundũ. b. Th. cũ vno numero actu exteriori ſtãt multa peccata formaliter & eſſentialiter diſtincta: ſi ſtante vno exteriori actu mutetur voluntas frequenter ad aliqua diſparata cum deliberatione: ſecus ſi mutetur ad aliqua ordinata ad eundem finẽ, vt cum is qui vult fornicari, cogitat de clauſione oſtij ne deprehendatur & huiuſmodi: quia omnia talia opera interiora ſunt vnum peccatum ab vnitate vnius finis virtualiter in omnibus intenti, niſi aut mens ad diſparata mutetur aut omnino deſinat cogitare. Interroga ergo ſi voluit deliberate habere res proximi ſiue iniuſte ſiue cum iuſtitia mortale eſt: ſecus ſi optaret habere ſalua iuſtitia, quia ſic nullum vel veniale peccatũ eſſet, ſi voluit abun

dare in

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

dare in bonis vt vindictam ſumeret ab aduerſarijs vel vt haberet facultatem peccandi. Si voluit decipere proximum. Si dedit operam ad inquirendum theſauros auxilio dęmonis vel modis illicitis: mortale eſt.

Quid ſit peccatum mortale.

NOta quòd peccatum mortale eſt omnis actus vel omiſsio actus contra præcepta naturalis. diuinę. ſeu humanę legis. quod tamẽ fallit ſecundum docto. Primo ex imperfectione actus qui ſubrepit ex primo motu ſenſualitatis & non perintgit vſq; ad conſenſum rationis. Secundo ex imperfectione obiecti vt ſi contra iuſtitiam fiat in aliquo minimo: de quo is contra quem fit probabiliter præſuponitur contemptus vel ſaltem deberet eſſe contentus. Tertio ex interuentu diſpenſationis. Quarto ex interuentu cauſæ rationabilis excuſantis quo ad præcepta humana: quæcunq; vero ſunt contra mandata vel conſilia ſunt regulariter venialia: niſi in his caſibus. Primo ſi quis ſtatuat ibi finem paratus mortaliter peccare. Secundo ſi fiat ad finem qui ſit mortale peccatum. Tertio ſi interueniat cõtẽptus. Quarto ſi quis de ſalute proximi inde non curet. Quinto ſi ſit conſcientia erronea credens eſſe mortale. Peccatum multipliciter diffinitur: nam ſecundũ

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Augu.eſt dictum . factum vel concupitum̃ contra legem dei:& alibi . Peccatum eſt frui vtendis & vti fruendis:auerſio ab incõmutabili bono & conuerſio ad bonum commutabile . & iterum. Peccatũ non eſt aliud quàm neglectis rebus æternis temporalia ſectari:ſed ſecundum Ambro.peccatum eſt præuaricatio legis diuinæ & cæleſtium inobedientia mandatorum:itẽ.Peccatũ eſt volũtas retinẽdi vel cõſequẽdi quod iuſtitia vetat : ſecũdũ alios.Peccatum eſt mors animæ:vel peccatum eſt actus deuians ab ordine debiti finis cõtra regulam naturæ rationis vel legis diuinæ.

De ſeptem eccatis mortalibus

primo de ſuperbia.

SVperbia eſt vitium bene practicatum ſed male cognitum.Pro eius noticia ſciendum q̃ ſecũdum ſanctũ Tho.ſuperbia tripliciter ſumitur:vno modo pro inclinatione ad ſuperbiendũ & hoc modo non eſt peccatum ſed radix omnis peccati. Secundo modo pro actuali elatione contra præceptum ſiue pro inordinato appetitu excellẽtię in quacũq; re:& hoc modo eſt peccatum generale . Tertio modo capitur pro inordinato appetitu excellentiæ cui debetur honor & reuerentia:vt in prælatione veſtibus:dominio:& huiuſmodi.Et hoc eſt ſpeciale peccatũ ; & eſt inordinatus

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

dinatus appetitus excellentiæ transgrediens regulam sibi à deo præfixam. & hoc est quod dicit Augu. Superbia est peruersę celsitudinis appetitus in rebus quibus debetur honor & reuerentia. ¶ Interroga igitur si propter inordinatum amorem excellentiæ egit aliquid contra præcepta. Si existimauit habere à se bonum & suis meritis & non ex diuina misericordia. Si se iactauit de aliquo peccato. Si despexit notabiliter alios. Si fuit nimis ambitiosus. Si appetiuit quamcunq; dignitatem temporalem vel spiritualem cum cura vel sine cura sciens se indignum. Si desiderauit beneficia curata. Si quæsiuit dignitates per viam illicitam. Si fuit nimis partialis in officijs: omnia sunt mortalia. Si quæsiuit dignitatem Ecclesiasticam principaliter propter honorem vel bonum temporale: si emit officia.

Pro horum noticia aduerte quòd secundum philosophũ in poli. licite appetit principari: qui scit se habere tria. Primo amorem ad consistentem politiam. Secundo potentiam maximorum operum principatus. Tertio virtutem & iustitiam. Habens tamen ista non debet petere principatum: quia talis petitio habet speciem mali, scilicet ambitionis. Sed vtrum liceat quærere aliquid dando. De officio spirituali manifestum est ꝙ est simonia. de tẽporali autẽ sunt opiniones: ali qui tenent quòd licet emere: si duo concurrant.

Primo

Primo quòd detur publice quia dare clandeſtine reprobatur.ff.de poli.l.1.&.2.nec obſtat.l. vnica.c.ad.l.iul.de ambi.quæ prohibet aliquẽ promoueri ad officium pretio vel ambitione. Quia ſecundum glo.in.l.barbarius.ff.de off.præto.loquitur quando ſecrete datur.Secũdo ſi cupit prodeſſe & non obeſſe alijs vel ſibi ſine alterius iactura & eſt idoneus.nec eſt æque illicitum appetere officium eccleſiaſticum:ſicut dignitatem vel beneficium eccleſiaſticum: ſicut Angel.videtur ſentire:quia ad officium puta ad ſindicatum vel tabellionatum poteſt quis ſcire ſe dignum:cum nõ requiratur gratia:non autem ad beneficium cum cura. Vnde officia appeti poſſunt bono fine ſuppoſita idoneitate:alij tenent quòd nullo modo licet emere vel aliquid dare pro eo habendo. Vnde hoſtiẽ.tenet eſſe ſimoniã dare aliquid vt quis promoueatur in imperatorẽ:regem,rectorem,& iuratum alicuius ciuitatis:quia iuriſdictio eſt ſpiritualis. 1. q .3. ex multis. &. q. 1.ſi quis Epiſcopus.&.1.q.3.Saluator : ſed omnia iſta nihil probant de officio temporali : ſed ſolum loquuntur de eccleſiaſtica iuriſdictione. Vnde communius tenetur opinio Panor.in.cap.primo.ne præla. 6. ſua.quòd non eſt ſimonia dare aliquid pro talib⁹. alij dicunt quòd eſt turpe lucrum : ſed ſecundum beatum Tho.ad duciſam. brabã. officia publica non debent vendi: ſi tamen idoneis vendantur

non

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

nõ esset illicitũ cauto tamen ne propter hoc pauperes nimis exactionibus vexentur.

De præsumptione.

DE præsumptione quæ est filia superbiæ interroga si præsumendo de sua virtute exposuit se periculo moralis peccati. Si nimis prẽsumpsit de dei misericordia: si exercuit officiũ quod nesciebat in periculum proximi notabile. Si posuit se ad faciendum quæ erant supra suam facultatem. Si existimat ꝙ deus eũ etiam peccantẽ nõ excludet à sua gloria: nec puniet cũ paruipendat diuinã iustitiam. mortalia sunt omnia de se. Duplex est præsumptio: vna qua homo inordinate existimat magna de se: quæ est filia superbię. alia qua iudicat circa alia à se & est triplex. Prima est præsumptio iuris tantum, vt quãdo ius super aliquo dubio & verisimili præsumit aliquid. Secũda est iuris & de iure vt quando ius super aliquo præsumit: & vlterius disponit ita esse: nec posse contrarium probari. de quibus vide in glo. cap. is qui. de spon. Tertia est præsumptio hominis & est triplex. Prima violenta & ex ea procedi potest ad condemnationem. Secunda est probabilis faciens semiplenã probationẽ: & aliquãdo cũ vno teste vel iuramẽto facit plenam probationem. de præsup. ca. illud. & talis inducit purgationem canonicam.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

nonicam.de purg.cano.ca.ſi quis de gradu. Et ex hac dicit Angel.licitum eſt procedere ad credendum malum quod videtur:ſed ex ea iudicare malum quod non videtur eſt mortale:ſed contra quia quod videtur non iudicatur ex preſumptione ſed ex ſcientia:& ſapientes ex probabilibus iudicant ſine mortali. Vnde florenti.in ſecũda parte titu.3.cap.8.dicit q̃ quando quis habet ſigna probabilia malitiæ alteriu:vt quia eſt male fame deprehenſus pluries in tali vitio ſuſpectus loquitur cum ſuſpecta loco & tempore ſuſpecto: non eſt mortale. Tertia præſumptio eſt leuis & temeraria:quæ oritur ex leuibus indicijs:puta ex locutione leuium perſonarum & hæc habet multos gradus ſecundum ſanctum Tho. ſecunda ſecundæ.q.60.Primus cum quis ex leuibus & in ſufficientibus ſignis dubitat de bonitate vel malitia alterius.& hoc eſt veniale peccatum. Secundus quando pro certo maliria creditur & hoc in re notabili eſt mortale quia proximus iniuſte contemnitur. Tertius cum proceditur exterius ad ſententiandum ſecundum talia ſigna: & hoc ſimiliter eſt mortale. ¶ Aduertendum quòd iudicium tripliciter redditur illicitum. Primo ex defectu auctoritatis in iudice ſuper reo vel cauſa: quod dicitur iudicium vſurpatum & prohibetur de pęn. diſ.6.§.fina.& hoc eſt mortale. Secundo quando iudex habens auctoritatem iniuſte procedit:

amore:

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

amore:odio:vel alia paſsione.& dicitur iudicium iniuſtum:& prohibetur.11.q.3.quicunq;,& ſimiliter eſt mortale. Tertio quando quis ex leuibus ſignis & ſuſpictionibus aliquem condemnat: & dicitur iudicium temerarium:quod prohibetur. 2.q.1.primo.

De curioſitate

DE alia filia ſuperbiæ quæ eſt curioſitas ſic interrroga. Si voluit addiſcere vel videre ſeu audire quę ſine mortali fieri nõ poſſunt vt necromantiam:fornicationem:& ſimilia. Si adinuenit curioſa in ornamentis.Si voluit addiſcere à quibus non debuit vt à dęmonibus. Si voluit experiri quæ non licent vt incantationes an habeant effectum.Si attendens curioſis omiſit addiſcere neceſsaria ad ſalutem. Si ſtetit ad audienda peccata quæ alius confitebatur. prædicta omnia de ſe ſunt mortalia. ¶Curioſitas eſt vt dicit ſuplemen. ſuperfluum ſtudium ad aliquid per agendum:ſed ſecundum ſanctum Tho. ſecunda ſecũdæ.q.167. eſt vitium circa inordinatum cognitionis appetitum. Quia licet veritatis cognitio de ſe bona ſit:poteſt tamen eſſe mala ratione alicuius conſequentis.6.modis. Primo in quantum quis inde ſuperbit.Secũdo in quantum ea vtitur ad peccatum. Tertio in quantũ ea retrahitur

hitur à ſtudio ſibi neceſſario. Quarto in quantũ ſtudet diſcere à quo non licet: puta à dęmone. Quinto in quantum cognitionem creaturę ad finem debitum non refert ſcilicet cognitionẽ dei. Sexto in quãtum ad hoc ſtudet ſupra ingenij proprij facultatem. ¶Eſt autem curioſitas mortale. Primo ratione finis vt ſi ordinetur ad finem quì ſit mortale peccatum. Secundo ſi addiſcat ab his à quibus prohibetur ſub præcepto. 26. q.1. illud. Tertio ſi addiſcat prohibita: quia ſimilis culpa eſt diſcere: ſicut docere prohibita. c. de male. & ma. l. culpa. niſi addiſcantur ad ea impugnadum. 26. q.5. nec mirũ: & idẽ tenet Angel. de quocunque quod ſine mortali exerceri non poteſt: quod verum eſt ſi placeat mihi peccatum alterius. ſecus ſi nollem illud fieri tamen volo videre dum fit nam durũ videtur quòd ſit mortale videre duellum niſi adſit complacentia vel periculũ. Quarto quando cognitum vel viſum eſt videnti periculoſum probabiliter de mortali: ſicut accidit communiter volentibus videre homines aut beſtias coeuntes aut mẽbra genitalia alterius ſexus maxime: aut videre vel audire fœminas in loco ſibi periculoſo puta in proſtibulo: aut velle ſcire quomodo fit aliquod peccatũ cuius cogitatio vehemẽter & periculoſe mouet: aut homines ex animo pugnãtes videre: quia inde ſequitur faciliter complacentia de malo alterius. Et generaliter in omnibus quorum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

rum noticia est voleti noscere:periculosa probabiliter de mortali. Quinto curiositas est mortale quãdo propter eã necessaria quæ incũbũt omittuntur:vt si omittit scire necessaria ad suum officiũ:vt intẽdat poetis venationi agriculturę & huiusmodi sicut faciunt multi prælati ignorantes. distin.37.ca.nõne.& ca.vnico.Sexto quãdo propter noticiam nãciscẽdam exercet prohibita puta superstitiosa,aut prohibita patitur puta, tactus impudicos. Septimo quando inde sequitur graue scandalum proximo qui inducitur ad detrahendum aut aliquid tale.

De ingratitudine.

DE ingratitudine quæ est etiã filia superbiæ interroga si despexit beneficia dei:mortale est vel alterius·quod est veniale in leuibus:sed in magnis beneficijs pro quibus ipse tenetur gratias agere est mortale. Si iniuriatus est benefactori similiter:si non retribuit. Ingratitudo est vitium non retribuens benefactori quòd debet vel debito legali ad quod redendum inducit iustitia:vel debito morali ad quod inducit honestas virtutis. Sumendo ingratitudinem materialiter est circunstantia generalis ambiens omne peccatum:quia in quolibet peccato agitur contra Deum benefactorem:sed sumendo illam

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

formaliter prout actualiter beneficium contemni tur vel non appreciatur: aut nõ recognoscitur sic est speciale peccatum. dupliciter autem dicitur quis ingratus. Primo per omissionem vt non retribuendo: non regratiando. Secundo per comissionem agendo contrariũ. Primo modo est mortale: si omittatur quod erat necessario faciendũ, vel simpliciter vel in casu: vel ratione interioris contemptus. Secundo modo est mortale si fiat aliquid quod erat necessario omittendum vel ratione contemptus: alias est veniale: nec excusatur quis ab ingratitudinis vitio ex impotentia: quia ad debitum gratitudinis reddendum: magis attenditur voluntas quàm opus. vnde Senec. beneficium non in eo quod fit aut datur consistit: sed magis in dantis animo.

De adulatione.

ALia filia superbiæ est adulatio: circa quam interroga. Si adulatus fuit alicui de peccato perpetrato: si adulando prouocauit aliquẽ ad mortale mortale est. Et sicut laudare aliquem cum debitis circunstantijs puta ne deficiat in aduersis vel vt magis proficiat in bono: pertinet ad virtutẽ affabilitatis: ita laudare in his quæ non sunt laudanda: vel quando probabiliter timetur q̃ laudatus inaniter eleuetur. pertinet ad adulationem

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

lationem quæ eſt exceſſus delectandi alios verbis laudis aut factis. Similiter velle placere hominibus propter charitatem nutriendam & vt in eis homo proficere poſsit ſanctum eſt vnde apoſtolus. per omnia omnibus placeo. Eſſet vero peccatum ſi fieret in malis: vel propter inanem gloriã aut lucrũ de his ꝑs. Deus diſsipat oſſa eorum qui hominibus placent. Excedit autem quis in laudãdo. 4. modis: vel laudando bonum quod non habet vel augendo bonum quod habet pluſquàm habet. Tertio laudando malum. Quarto minuendo malum, vt dicendo peccatũ non eſſe ita graue ſicut eſt: eſt vero mortale peccatum. Primo ratione materiæ vt ſi laudat peccatum mortale quia facit cõtra charitatem dei & proximi quẽ in peccato fouet. Secũdo ratione intentionis vt ſi adulatur vt noceat ſpiritualiter vel corporaliter. Tertio propter occaſionẽ ſicut cum laus alteri eſt occaſio peccandi etiam præter adulatoris intentionem: tunc conſiderandum an occaſio ſit data vel accepta: & qualis ruina ex hoc ſequatur venialis an mortalis: & ſecundum hoc iudicandum eſt: ſi autem quis ex ſola auiditate delectandi: vel ad vitandum malum aut aliquid conſequendum fuerit adulatus veniale eſt.

De irriſione.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

CIrca aliam filiam ſuperbię quę eſt irriſio: interroga ſi deriſit Deum: facta ſanctorum: ſacramenta Eccleſiæ: parẽtes vel prælatos aut iuſtos & volentes ſeruire deo: mortale eſt ſuper re notabili. Deriſio eſt cum quis defectum alicuius in riſum & ludum ponit vt erubeſcat: & eſt ſpeciale peccatum habẽs ſpecialem finem & obiectum: quia ſicut in conuitio intenditur honoris detrimentum: in detractione famæ & amicitiæ in ſuſurratione: ita hic intenditur erubeſcentia. Eſt autem mortale quando graue malũ ęſtimatur ita leue ratione perſonæ quam vilipendimus, vt de eo non ſit curandum: ſed quaſi pro ludibrio habẽdum. Si autem hoc fiat quia malum eſt paruum: ſecundum ſe eſt veniale. Secundo eſt mortale quando proximus notabiliter perturbatur etiam ſi ſit leue in quo irridetur: quia ſcienter & notabiliter ſpernere & perturbare proximum ſine cauſa ex ſola leuitate eſt contra charitatem. ¶ Tentare deũ pertinet ad ſuperbiam & eſt mortale quando quis habens via humana quod faciat committit ſe ſine ratione periculo experiens vtrũ à deo poſsit liberari: ſi autem hoc fiat cum ſubeſt iuſta neceſsitas non eſt peccatum. ¶ Pertinacia filia eſt ſuperbiæ & eſt mortale. Primo ratione ſcãdali grauis ſi ex ea ſequatur. Secundo ratione volitin vt cum quis pertinaciter non vult obedire ſuperiori vbi tenetur in re notabili. Tertio ratione

creditꝰ:

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

crediti, vt quia credit contra determinationem eorum quibus tenetur credere:puta Eccleſiæ vel ſcripturæ. Dicitur autem pertinax quaſi omnino tenax : quia in ſuo propoſito quaſi ad victoriam perſeuerat pluſquàm oporteat & opponitur perſeuerantiæ:quia perſeuerans ſtat quantum oportet:pertinax pluſquàm oportet:mollis minus quã oportet. ¶ Arrogantia ſuperbia quædam eſt qua quis multum ſe æſtimans : cæteros deſpicit : quibus non conſulendo ſed dominando vix dignatur loqui & eſt mortale quando in magno exceſſu fit & proximus notabiliter contẽnitur. diſt. 46. cap. 1. arrogãtes dicuntur qui garrulitatem auctoritatem putantes:humiliter neſciũt inferre quod docent diſtin. 49. cap. hinc etenim. habetur arrogantia ruſticorum nihil imprudentius. ¶ Vana gloria præcipua eſt inter filias ſuperbiæ, circa quã interroga:ſi voluit laudari in his quæ ſunt contra deum. Si conſtituit finem in laude hominũ mortale eſt his duobus modis. Nota quòd vanagloria ad opera noſtra aliquando ſe habet vt domina:vt cum quis principaliter operatur virtuoſe vt laudetur ab hominibus: aliquando vt ſocia ſicut cũ quis propter deum bene operatur & tamen cum hoc vult inaniter videri & laudari & tunc eſt veniale : aliquando habet ſe vt ſerua : vt cum quis appetit laudari & ſanctus haberi vt plus proficiat: & hoc nõ eſt peccatum ſed magna charitas. Vn-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

de Grego. sanctⅈ viri laudari appetunt vt reuerẽter audiantur: reuerenter audiri cupiunt vt maiorem fructum faciant.

De inobedientia.

IN obedientia filia est superbiæ. interroga igitur si fuit inobediens Ecclesiæ & prælatis eius vel dominis suis: communiter est mortale. pro cuius intellectu aduerte quòd inobedientia consistit in duobus scilicet in omittendo quo ad præcepta vel mandata affirmatiua quæ imperant opus & in agendo quo ad negatiua quæ opus vetant: sicut obedientia cuius priuatio est inobedientia econtra consistit in faciendo quo ad affirmatiua: & omittendo quo ad negatiua. Sed contra. leproso mundato præcepit Christus ne cui diceret. qui tamen egressus diffamauit sermonem vt habetur mar. pri. & nullus dicit ipsum pecasse. ergo non omnis inobedientia est peccatum. Dicendum quòd duplex est præceptum scilicet obligationis quod vult dominus obseruari vt præcepta decalogi. aliud instructiõis per quod non vult dominus fieri quod in eo præcipit: sed quod per ipsum significat vt in proposito vbi significauit non debere diuulgare propter inanẽ gloriam. Tria. n. occultare debemus. 1. mala quę fecimus ne proximos inficiamus. in cuius figu-

ram

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ram præcepit deus deutero.23.ad requisita naturæ egredieris extra castra:gerens paxillum in baltheo: & stercus operies humo: vt sint castra tua sancta & nihil fœditatis in eis appareat.2.occultare debemus mala proximorum nisi pro bono ipsorũ vel communitatis.3.bona opera nostra nisi vt paulo ante dictum est. Notandum quòd duplex est inobedientia:vna specialis quæ est contempus præcepti: de quo statim dicetur & ista semper est mortale.alia generalis: quæ est omnis recessus à præcepto vel mandato: quæ contingit multipliciter aut enim est contra consilium & tunc si consilium sit perfectionis vt illud. vade vende omnia quæ habes. non est peccatum. Si vero sit consilium reuerentiæ quod dicitur pro prie mandatum, vt quando subditus deberet facere sed prælatus non vult præcipere. vt est illud veritatem loquimini. Sic est veniale:aut est contra præceptum & hoc dupliciter. Nam aut est contra præcepta iuris diuini vel naturæ:aut contra præcepta iuris humani. primo modo semper est mortale si est scienter vel ex ignorantia non excusante dist.32.§.porro.& dis.81.si qui.vbi dicitur idolatria.Si vero sit ex ignorantia excusante non est mortale.

Pro quo nota quòd ex ignorantia aliquid faciens quod non est contra legẽ dei vel naturæ credens illud nulla lege fore prohibitum: cum sit

 prohi-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

prohibitum.Si talis ignorantia non eſt affectata nec craſſa:puta quia laborat pro viribus ſcire neceſſaria ſibi;vt ſi eſt mulier:ruſticus vel mercator & huiuſmodi: libenter vadit ad prædicationem & alia loca vbi talia declarantur & facit quod cõmuniter faciunt alij de ſua qualitate. Si eſt religioſus libenter ſtudet & interrogat talis excuſatur ab omni pœna:etiam excommunicationis.c.fin.qui mat.accu.po.&.ca.cognoſcentes. de conſti. vbi determinatur quòd volens probare ſuam ignorãtiam audiẽdus eſt.ſanctus Tho.in quoli. ait quòd ignorans cõſtitutionẽ ſummi pontificis excuſatur agens contra illam:ſi habuit ſufficiens impedimẽtum.Iura vero quæ innuũt contrariũ fundãt ſe ſuper præſumptione:fallit hoc in prælatis:officialibus:medicis & huiuſmodi artificibus qui habent excere aliqua ex quibus notabile damnum proximo poſsit ex ignorantia inferre: quia talia officia non debent aſſumere:niſi ad illa ſint plene inſtructi:alias imputatur illis. Si autem ignorantia eſt affectata craſſa vel ſupina: nõ euitat pœnam quia in dolo eſt:puta quia neſcit quod ſciunt communiter homines ſuæ conditionis vt quia illud prædicatur:ſed ipſe non audit ſermones cum poſſet commode, ca.vt animarum de conſti.li.6.Si vero id quod facit ex ignorantia eſt contra legẽ Dei vel naturæ.diſtinguo quia aut eſt de his quæ quilibet ſcire tenetur: & ſic nullus excuſatur: quia

faciens

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

faciens quod in se est ad sciendum semper scit etiã si oporteret Deum reuelare. Si verò est de alijs iterum distinguo: quia aut expressum est in eis & sic ignorantia non excusat à mortali. 16.q.1. si cupis, quia talia quilibet scit cũ sint de naturali instinctu nisi sit lata negligentia: vel saltem dubitat, & inquirere tenetur ante factum, nec à pena ei debita iure positiuo: si vero non est explicitum sed reducibile maxime cum subtilitate, tunc excusatur à culpa & à pęna ignorans non affectate nec crasse: durum enim est mortaliter peccare admittentem contra actum illicitum ignorãter propter rei subtilitatem credentem fore licitũ. 15.q.1. merito. &. ca. fin. dis. 37. secus si dubitarent.

Si inobedientia est contra præcepta iuris positiui distingue: nam si tale præceptum per longa tẽpora non fuit receptum sciente superiore & transgressores non puniente sic non est mortale. dis. 4. §. leges. si autem maior pars acceptasset minor nõ excusaretur faciens contra: etiam si superior non puniret: sed locum haberet illud, multa per pacie̅tiam tollerantur &c. de prębẽ. iam dudum. idem si talis lex fuit recepta, sed per consuetudinẽ abrogata. Si vero lex non est repudiata nec abrogata: tunc diuersa opinio est inter docto. multi tenent ꝙ talis inobediẽtia non est mortale nisi fiat ex cõtemptu: quam opinionem Angel. ascribit beato Bern. li. ii. de dispensatione: sed vere Bern. ibi non

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

loquitur de inobedientia præceptorum, sed mandatorum vt patet intuenti. Alij dicunt q̃ est solum mortale ratione contẽptus vel consuetudinis quæ est quidam interpretatus contemptus. Huius opinionis est Angel. sed contra quia sequeretur quòd contrahens scienter in gradu prohibito ab Ecclesia non ex contemptu sed ex voluptate: non peccaret mortaliter, quod est absurdum, cum sit iure excommunicatus. Alij dicunt solũ esse mortale quãdo fit scienter contra præceptum sic quòd frustratur intentio præcipientis puta si fiat sine causa rationabili vera vel estimata, ita quòd non est mortale nõ obedire. Primo ex ignorantia nisi sit crassa vel affectata. Secundo agendo præter aut contra verba legis seruando intentionem legislatoris: ita q̃ probabiliter credi potest q̃ si adesset legislator non vellet obligare. Nec tertio agendo etiam contra intentionem & veritatẽ: non autem secundũ estimationem non obedientis nisi laboraret prædicta ignorantia. Et ista est vera mens sancti Tho. in. 4. dist. 15. & secunda secundæ. q. 147. loquens de ieiunio & omnium fere doctorum pro qua facit. capit. 2. de maio. & obe. &. 14. quęst. prima quod præcipitur.

Contemptus legis dupliciter dicitur, vno modo proprie & positiue & sic est voluntas transgrediendi legem: ex hac sola causa q̃ non vult subici legi, nec obedire præcepto, & est mortale grauissimum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

mum cùm ſit formaliter ſuperbia. Alio modo dicitur contemptus improprie & negatiue & ſic eſt voluntas tranſgrediendi legẽ vel prẽceptum ex ali qua alia cauſa puta ex ira cõcupiſcẽtia & huiuſmodi: quomodo omnis peccator contennit legẽ Dei & dicitur contẽptus interpretatus: quia interpretamur illú contẽnere qui non facit quod iubetur, vel facit quod prohibetur. ¶ Iactantia eſt quando quis effert ſe ſuper id quod in eo eſt vel homines ineſſe opinantur & eſt mortale peccatum. Primo quãdo eſt contra gloriã Dei: ſicut cirus dixit Deus ego ſum & multi iactant ſe de peccatis. Secundo quãdo eſt contra charitatẽ proximi puta ſi ſe iactat in vituperiũ notabile aliorũ. Tertio quando procedit ex quocũq; fine mortali. Si fecit contra cõſciẽtiam in his quæ dictabat eſſe mortalia. Si ſimulauit ſanctitatẽ in deceptionem aliorũ & vt obtineret prælationes mortalia ſunt. ¶ De diſcordia quæ eſt mortale quãdo ex ſuperbia quis diſcordat, vel non vult cõcordari alijs in his quæ ſunt bona proximi, vnde mortaliter peccãt conſiliarij diſidẽtes à bono communi ſcienter & notabiliter propter ſuam elationem. ¶ Sicut diſcordia importat contrarietatem in voluntate quo ad intentionem: ita contentio in locutione, eſt autem mortale tripliciter. Primo quando eſt contra veritatem Deo honorificam: vel vtilitẽ proximo vt in ſpectãtibus ad fidem & mores vel vtiles doctrinas puta medi-

cinam.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

cinam. Secundo quando est cum modo excessiue indebito, vel magno scandalo vt quando interueniunt cõtumelię, & maxime inter religiosos. Tertio quando disputatur de materia prohibita vt de pertinentibus ad fidem coram simplicibus: alias disputare cum moderamine & reuerentia ad exercitium laudabile est: quod sic raro fit, si quis vero defendat veritatem cum modo aliqualiter indebito veniale est, si contendit in iudicio contra iustitiam mortale est.

De auaritia.

CIrca auaritiam quæ consistit in tribus, scilicet in appetendo in acquirendo: in retinendo in ordinate diuitias, sic interroga. Si appetijt deliberate alienũ modo illicito: mortale est nisi alienum esset res modica. Si appetit aliquod sibi illicitum puta beneficium curatum, vel quodcunq; officium cum sit indignus. Si ita inordinate appetit diuitias ꝙ est paratus committere aliquid contra charitatem Dei & proximi pro acquirendis diuitijs: vt deierare aut percutere prædictis tribus modis auaritia in appetendo est mortale. Si fraudauit aliquem, si vendit rem malam pro bona, vt vinum limphatum pro puro corrupta pro sanis, mortale est super re notabili, si fraudauit gabelas de quo vide supra, si falsificauit aliquam scriptu-

ram

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ram occultauit vel deſtruxit in damnum proximi, ſi falſificauit ſigilla: menſuras vel monetam, ſi obtinuit aliquod officium ex falſa cauſa, mortalia ſunt.

Auaritia vero in acquirendo ſimiliter eſt mortale dupliciter. Primo quando acquiſitio fit per iuſtitiam vt furando, fœnerando & decipiendo. Secundo quãdo fit per actus illicitos vt fornicans cum diuite vt inde ditetur: quod eſt vnum peccatum, ſed habet duas deformitates: auaritia vero in retinendo eſt mortale tripliciter. Primo cum retinet quæ reſtituere tenetur & poteſt: & toties quoties deliberat retinere mortaliter peccat. de reſti. ſpo. ca. ſæpe. immo & ſi non deliberat ſed omittit reſtituere quãdo ocurrit tempus, locus & caſus in quo reſtituere tenetur. Secundo quando retinet quæ ſunt ſuperflua neceſsitati ſuæ & ſuorũ videns aliquem in extrema neceſsitate: quia tenetur illi de tali ſuperfluo, etiam ſi illud ſit neceſſarium ad decentiam ſui ſtatus. Tertio ſecundum aliquos quãdo retinet ſuperflua ſuæ neceſsitati & ſuorum quo ad decentiam ſtatus: & videt alios egentes ad decentiam ſtatus quia de ipſis tenetur facere eleemoſynas etiam non exiſtentibus in extrema neceſsitate ſecundum Richard. in. 4. diſt. 15. quod eſt verum ſecundum Silueſ. quando retinet alias nõ daturus: ſecus ſi retineat vt det magis indigenti vel vt det pluribus & non totũ vni. ¶ Si non fecit eleemoſy-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

moſynam de arte ſua puta medicus pauperi infirmo:aduocatus clientulo pauperi mortale eſt ſi inde ſequatur impotenti notabile damnum : puta ſi propter defectũ aduocati perdit iuſtitiã:quia quoties eſt in magna neceſsitate proximus tenemur ei ſubuenire ex præcepto charitatis, ſi non apparet quomodo aliter ei ſubueniri poſsit:& licet pauperi poſſit per alium ſubueniri : ſi tamen ei non ſubuenitur,nullus ei ſubuenire potens excuſatur.diſtinctione.86.Paſchæ, niſi in caſu quo oporteret aduocatum ratione ſuæ paupertatis pro ſe lucrari:& cum hoc non poſſet inſeruire pauperi:peccat etiam mortaliter Iudex ſciens talem impotentiam , ſi non prouidet de aduocato præcipiendo alicui vt pro eo aduocet : ſicut de iure poteſt, pariformiter dic de medico. de eleemoſyna infra dicetur.

Si acquiſiuit aliqua illicite puta per ludum,pro cuius noticia nota ꝙ acquirens aliquid per ludum peccat mortaliter & tenetur reſtituere in his caſibus. Primo ſi lucratus eſt non valenti alienare vt ſunt ſerui,religioſi, vxor, filij non emancipati,niſi habeãt peculium Caſtrenſe vel quaſi & Clerici quo ad bona Eccleſiaſtica quæ pauperum ſunt.16. quæſtione prima.quoniam.minores.25. anno, & qui ſunt ſub tutoribus:qui his lucratur tenetur reſtituere gerentibus curam eorum & non ipſis,niſi ſit quid modicũ de quo præſumitur quod curator

non

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

non curat. Secũdo quando lucratur fraude vt si fingit se inscium ludi vel per falsas cartas. Tertio quã do traxit per vim aut nimiã importunitatẽ siue à principio siue in medio alias non lusurum. arg. 14. q. 5. non sane, qui autem lucratur ei qui potest alienare sine fraude & attractu vtrum restituere teneatur: vbi non viuitur legibus imperialibus, aut si viuitur sunt abrogate ipse & statuta municipalia si qua sunt per contrariã consuetudinem. Dicẽdum ꝙ non. Tamen lucrum erogandum est pauperibus non de necessitate sed de consilio, ne pateat via ludis: & generaliter verum est ꝙ quando restitutio non est facienda certæ personæ sed pauperibus: talis restitutio est de consilio, nisi quando res habẽt dominum sed ignotum vel in remotis: quia tunc necessario est danda pauperibus vel ad alios pios vsus pro salute eius. Et nota ꝙ leges non mandant restitutionem, sed concedunt repetitionem vsq; ad quinquaginta annos. l. fin. c. de alea. Est autem triplex ludus quidam innitẽs industriæ & hic est licitus: quidam principaliter innitẽs fortunę & dicitur alearis, & omnis talis de iure est ꝓhibitus & est turpis. ff. de alea. per totũ: nisi qñ luditur causa recreatiõis vel cõuiuij aliquid modicũ respectu personæ ludẽtis: quod faciliter donaret, quia hoc permittitur. ff. de alea. l. quod in cõuiuio, quia tũc cessat ratio ꝓhibitionis huius ludi, q̃ est multitudo malorũ inde sequẽtium. Alius ludus est mixtus ex

fortu-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

fortuna & ingenio, vt ludus tabularum cum taxillis: quia respectu taxillorum viget fortuna, ingenium vero respectu ducẽdarum tabularũ & idem de chartis, & similiter est prohibitus. c. de alea. in cõstitutione greca: & distin. 35. ca. 1. & generaliter omnis ludus in quo fortuna principaliter victoriã parat, est prohibitus. Quando aliqui contendẽtes super aliquo puta vnus dicit, talis homo est mortuus: alter hoc negat deponunt aureum vel aliud simile lucrandum à veridico & à falsidico soluendum: non est proprie ludus, fortunę secundum aliquos sed est cõtractus innominatus, scilicet, do vt facias siue si feceris: quia ad facere reducitur dicere, Siluest. post Florenti. tenent hoc lucrum esse turpe & illicitum ex auaritia descendens & nulli vtilitati sed vanitati & prodigalitati deseruiens, non tamen tenetur de necessitate restituere sed pauperibus erogabit magis ex consilio quàm ex precepto. arg 14. q. 5. nõ sane & cap. qui habetis, & quãuis talis ludus sit disuadendus, non tamen videtur damnandus ad mortale sic ludens: quia principalius confidit se ingenio coniectando quàm fortunę, idem dic de assecuratione mercium quæ mittuntur ad remotas regiones.

Fraudantes iustas gabelas secundum docto. in ca. innouamus de censi. tenentur ad restitutionem etiam si ille qui recipit non facit id pro quo præsumitur ꝙ sint conceſſę: dum tamen non constet ꝙ

propter

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

propter illud fuerint impoſitæ: ad pœnam autem non tenentur niſi iudicialiter ſint condẽnati. Vtrũ autem peccent, Hẽrricus de Gan. diſtinguit, nam in ſtatuto aliquando ſunt duo præcepta: vnum.ſ. obligans ad culpam & aliud ad pœnam, vt cũ dicitur, ſtatuimus ne quis faciat tale quid: & qui fecerit ſoluat talem pœnã, aliquando vero eſt vnũ ſolum obligans ad pœnã: vt cum dicitur ſtatuimus vt qui fecerit tale, ſoluat talem pœnã: huic fundamento innixus Angel. tenet non eſſe peccatũ fraudare gabelas, vbi exactores non laborant pro communi vtilitate viarum pontiũ: rerum & perſonarũ pro loco & tempore iuxta ſuum poſſe etiam ſi nõ conſtet gabelas ad hoc eſſe ordinatas: immo quando prędicti laborant pro loco & tempore etiã dicit non eſſe mortale eas fraudare, quia cõmuniter ſic inſtituũtur. Statuimus ꝙ quilibet ſoluat talem gabelam, ſub pœna cadendi in commiſſum: ſi aliter fuerit inuentus. vnde tale ſtatutum non obligat ad mortale: non obſtante, ꝙ emptores gabellarũ damnificentur: quia ſub iſta conditione emunt vt vigilent alias ſibi imputetur, Silueſt. oppoſitum tenet, & quòd omne ſtatutum ſuperioris ligans ad pœnam ligat ad culpam: maxime quia lex ciuilis ſecundum ſanctum Thomam ligat etiam in foro conſcientiæ. Sed cum obligatio ſtatuti dependeat à voluntate ſtatuentis: videtur ꝙ quando non vtitur verbo præceptiuo, nec imponit cõ-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tra venienti pœnam mortis ſeu mutilationis vel aliam grauem pœnam ꝙ nõ intendit obligare ad culpam ſed ad ſolam pœnam: quia tamen gabellæ ſolutio eſt de iure naturę ad ſuſtentationem principum & boni cõmunis: videtur ꝙ ſubripiens eas quãtum ad aliquid notabile committat furtum & teneatur reſtituere, ſi quis tamen vellet ſuſtinere opinionem Angeli: poſſet dicere ꝙ quando princeps habet alias vnde ſuſtentetur, vel ponit multas exactiones alias ſubditis & ſine magna neceſſitate ꝙ tunc excuſantur à peccato eas fraudantes vide ſupra.

De luxuria.

CIrca luxuriã interrogat ſicut habes in .6. præcepto. Et nota ꝙ cogitatio moroſa non dicitur moroſa à mora temporis: quia poteſt eſſe repente ſed à mora quam circa voluptatem ratio facit: dum eam non repellit ſed acceptat quod poteſt eſſe in inſtanti tẽporis diſcreti, eſt autẽ peccatum mortale talis cogitatio. Pro cuius intellectu ſcito ꝙ quando quis delectatur in cogitatione: aut delectatio eſt de eo quod nõ eſt mortale & ſic quã tuncunq; in eam conſentiat nõ peccat mortaliter: puta vidua cogitat de actu cõiugali quem habuit cum marito: licet delectetur in delectatione cogitationis, vt præterita non vt præſenti non eſt morta-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

mortale, niſi immineat ſibi periculum pollutionis: quia tunc ſi aduertit peccat mortaliter non repellendo. Si vero eſt de eo quod eſt mortale ex genere ſuo vt fornicari: tunc ſi placet delectatio & operis conſumatio ſi facultas adeſſet eſt mortale peccatum, aut placet delectatio & diſplicet operis conſumatio: & ſimiliter eſt mortale aut neutrum placet & ſic non eſt mortale.

De gula.

GVla eſt appetitus inordinatus edendi & bibendi, quæ eſt mortale. Primo quando homo inhæret delectationi gulæ tanquam fini paratus agere contra Dei præcepta propter illam, vt quando frangit ieiunium Eccleſiæ vel ex voto. Secundo quando comedit ſcienter in graue corporis nocumentum. Tertio ſecundum Siluеſ. quãdo ſciẽter ex voluptate comeditur vſq; ad vomitum ſine cauſa, aut bibitur vſq; ad ebrietatem: primum mihi eſt dubiũ cum per illud non fiat contra charitatẽ niſi ſit exceſſus. Quarto ratione finis, ſcilicet ad luxuriã. Quinto dũ quis in alio ſcienter ex cauſa prædictorum. Alijs modis gula communiter eſt veniale. Pro quo aduerte qꝑ non omnis gula ſicut nec omnis ſuperbia eſt mortale, ſed aliquando eſt veniale: vt cum fit ſine deliberatione vel exceditur in modico & idem de alijs,

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

& potius dicuntur iſta ſeptem vitia capitalia: quia ex eis alia vitia oriuntur quàm mortalia, quia non ſemper ſunt mortalia: & aduerte q̃ ſi vomitus neceſſarius ad ſanitatem nõ poteſt procurari alio modo quàm per ebrietatem: cauto q̃ nullum periculum ſequatur non erit mortale talis ebrietas; vt innuit ſanctus Th. 2. 2. q. 150.

Ad ſciendum quando fractio ieiunij eſt mortale: inſpicienda eſt hæc maxima, quæ eſt omniũ docto. Quilibet debet conſeruare vitã & robur ad ea quæ incũbunt ſibi neceſſario faciẽda: pro vita officio vel ſocietate cõuiuentiũ, & ad alia quæ facere poteſt meliora ieiunio. Dicitur in propoſito neceſſarium, quando alias contingeret notabile damnũ vel incomodũ: ex quo ſequitur q̃ laborantes quãdo non poſſunt cum labore ieiunare excuſantur. Similiter pauperes qui ſufficientẽ cibum pro vna refectione non habent & alij qui nec poſſunt parare nec habent parantes neceſſaria ad ieiunium: ſimiliter prægnantes, lactãtes, infirmi, debiles, qui ſi cibum neceſſarium vna vice ſumerent obeſſet. Similiter vxores cõtradicentibus viris, quando inter ipſas & maritos oriretur ſcandalum puta verbera: blasphemiæ & odia, tũc ex licentia confeſſoris poterunt frangere. arg. diſtinctio. 50. vt conſtitueretur in fin. quia præceptum iuris poſitiui non obligat aliquem cum ſcandalo, vt in. ca. ſecundo. de no. opẽ. nunc. &. ca. nihil de præſcrip.

Simi-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Similiter excuſantur prædicantes ex obedientia quando cum ieiunio non poſſunt prædicare. Similiter qui non attigerunt.21.annum tenentur ad aliqua ieiunia non ad omnia. Senes autem non excuſantur niſi ſint infirmi vel debiles. Et in omnibus dubijs circa prædicta ſtandum eſt arbitrio boni viri.

Hora debita ad prandium eſt hora nona completa ſecundum ſanctum Thomam. quæ eſt hora tertia poſt meridiem: ſed conſuetudo Eccleſię habet q̃ in principio nonæ puta in meridie ſecundū groſſam ęſtimationem non puntualiter comẽdatur. Præuenire autem notabiliter hanc horam ex cauſa rationabili ſecundum docto. non eſt peccatum, ſine cauſa autem Angel. dicit eſſe veniale ſed cõmunius tenetur q̃ ſit mortale ſi fiat per notabile ſpacium. Secundū Hoſtien. cui conceditur vſus ouorum & caſei conceſſus intelligitur vſus ſagimĩnis & lardi. argu. diſtinct.82.ca. præsbiter. & ibi glo. & Panor. idem in ca. conſuluit de iudæ. quia mutando formam videtur rei ſubſtantia mutata. Secundum Florenti. bucella panis ſumpta in collatione: frangit ieiunium, ſed ſecundum Silueſ. panis & quilibet alius cibus poteſt accipi pro collatione dum tamen ſummatur in parua quantitate: & per modum medicinæ ne potus lauet ſtomachum, præſertim vbi eſt conſuetudo. Qui non eget ſerotina collatione puta quia non ſitit ſecun-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

dum abulen, peccat ſi facit, ſed verius tenent alij nullum eſſe peccatum: quia quãuis facere collationem ſit introductum ratione potus, poſtquàm tamen iam eſt introducta talis conſuetudo: licite ſummi poterit id quod propter potũ à principio ſumebatur, præſertim quia conſuetudo quæ habet ea quæ ſunt de iure poſitiuo intrepretari, ſic habet vide infra.

De inuidia.

INuidia eſt triſticia de alieno bono in quantum inferre creditur proprię gloriæ maculam, & eſt mortale quando triſtatur cum deliberatione de bono alterius vęl letatur de eius malo. Primi tamẽ motus eius ſunt veniale, ratione imperfectionis actus vel ratione indeliberationis: vel quia bonũ de quo dolet eſt minimum, vel malum ſuper quo lætatur eſt leue, triſtatur autẽ homo de bono alieno. 4. modis. Primo quia inde timet ſibi vel alijs bonis malum: & ſi illud malum ſit iniuſtum non eſt inuidia nec peccat, ſicut Exo. 15. lętatus eſt Iſrael de ſubuerſione Egyptiorum. Secundo ex hoc ꝙ nobis illud bonum deeſt, quod dicitur zelus & eſt laudabilis circa honeſta: vnde. 1. corin. 4. emulamini chariſmata meliora. Si vero ſit circa tẽporalia poteſt eſſe cum peccato & ſine eo, eo modo quo & appetitus temporalium. Tertio in quãtum

ille cui

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ille cui accidit bonum est eo indignus: quod circa honesta esse non potest, sed circa tẽporalia quæ dignis & indignis eueniunt: quæ tristicia secundum philosophum vocatur nemesis & pertinet ad bonos mores. Sed secundum Siluest. ista tristicia semper est reprehensibilis: quia bona temporalia ex iusta Dei dispositione proueniũt vnde. p̃s. nolli emulari. &c. Sed dici potest quòd immo laudabiliter tristatur quis de hoc: quia mali abutuntur his bonis & eis impugnant bonos & huiusmodi. Quarto tristatur quis de bono alterius in quantum illud est propriæ gloriæ diminutiuum, & hoc est proprie inuidere.

De accidia.

ACcidia est torpor mentis bona inchoare negligentis & tristicia de bono spirituali. Est autem speciale peccatum non in quantum est tristicia de bono spirituali communiter: quia hoc pertinet ad omne vitium, nec in quantũ fugit bonum vt est laborioſum & impeditiuũ delectationis corporalis quia hoc spectat ad vitia carnalia: sed inquãtũ est de spirituali bono diuino. s. de quo charitas quæ est specialis virtus lætatur, est autem mortale. Primo quando inducit ad mortalẽ omissionem, quod tripliciter contingit: primo cũ quis horret & omittit bona ad quæ tenetur: secũdo cũ

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

dolet se feciſſe ſeu non omiſiſſe talia bona quæ fecit, tertio cum proponit in futurum omittere. Se cũdo cum inducit ad mortalem commiſsionem, puta deſperationem ſalutis ac contemptum beneficiorũ Dei: quia, ſcilicet, nollet eſſe natus vel nollet q̃ eſſe cœlum ſed vellet non mori & perpetuo hic eſſe, aut vellet eſſe beſtia. Tertio eſt mortale quando homo per accidiam inducitur ad corporis grauem infirmitatẽ. Quarto eſt mortale quando inducit ad contemptum eorum quæ Dei ſunt, hoc vitium ſi tranſcendat terminos ſenſualitatis attigens vſq; ad cõſenſum rationis mortale eſt: quia ſecundum ſuam rationem contrariatur charitati, cuius proprius effectus eſt gaudium de Deo: accidia vero eſt triſtitia de bono ſpirituali inquantum diuinum eſt: eſſet autem veniale ſi ſolũ eſſet in motu ſenſuali, vel ſi ſit de bono ſpirituali ad quod nõ tenetur vel ſi in operando parũ attediatur.

De yra.

IRa eſt accenſio ſanguinis circa cor propter appetitum vindictę: & ſuppoſita deliberatione & notabilitate vindictę eſt mortale peccatum. Primo quando quis appetit puniri eum qui non meruit. Secundo ſi pluſquàm meruit. Tertio ſi ab eo qui de iure non poteſt puta à ſe vel ab alia perſona priuata. Quarto ſi hoc appetat propter malum finem.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

nem. Quinto si ex pheruore irę blasfemet Deũ vel maledicat proximum vel non occurrat in necessitate vel faciat aliud contra charitatem Dei & proximi pro quo nota q̃p.

Maledictio proprie est imprecatio & optatio mali sub ratione mali & est mortale dupliciter. Primo quando malum optat quis alteri notabile. Secundo quando optat ex animo vnde si malũ notabile imprecetur quis alteri non ex animo nõ erit mortale: sicut cũ mater dicit filio, mala mors eueniat tibi, vel dęmon te accipiat: & similiter si illud malum sit leue quãdo vero quis alteri imprecatur vel optat malum non sub ratione mali sed boni iusti vt q̃p fur suspendatur, vel sub ratione boni vtilis vt alijs non noceat & vt ipse melior fiat: nõ est proprie maledictio nec peccatum sed meritum si fiat cum debitis circunstantijs : siue fiat maledictio enunciatiue narrando mala alterius siue imperatiue iubendo vt alicui fiat malum, siue optatiue optando.

Nota q̃p secundum sanctum Thomam, peccatum mortale non committitur nisi quando interuenit magnus cõtemptus Dei: vel grauis lęsio proximi, seu grandis corruptio sui, & hoc scienter & voluntarie & deliberata ratione.

Præceptum Ecclesiæ.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

PRæcepta Eccleſiæ ſunt.7.Primum eſt de celebratione feſtorum de quo habes in.3. præcepto.Secundũ de auditione miſſæ ibi. Tertium de ieiunio de hoc ſupra gula. Quarto de cõfeſsione ſemel in anno. Quinto de communione ad quã tenentur fideles poſquàm ad annos diſcretionis venerint:vnde ſecundũ Palu.pueri.9. annorum tenentur cõmunicare & innocẽtia ſupplet, ſi quid deeſt. Secundũ.b.Th.in.4.diſt.12. tenentur cõmunicare circa.11.vel.12.annũ.Et qui in Paſcha te nõ cõmunicauit inducẽdus eſt vt ſuppleat poſt Paſcha:nõ tamen tenetur ad hoc ſicut nec qui fregit ieiuniũ tenetur ſupplere ieiuniũ, vnde poſſet cõmunicari à religioſo ordinis mẽdicantiũ ſine licentia curati.Sextũ præceptũ eſt de decimis.Septimũ de vitandis excõmunicatis,de quo infra.

De decimis.

DEcima eſt omnium bonorũ licite quæſitorum & mobiliũ pars decima Dei miniſtris data:diuina cõſtitutione debita, eſt autem triplex.Prima prædialis dicitur, eorũ quæ proueniũt ex prædijs vt vinũ,oleum,fructus arborũ, farrago,& huiuſmodi.Secũda dicitur perſonalis eorũ quæ proueniũt ex opere perſonali,vt ex mercatione,artificio,militia,ſciẽtia,venatione & huiuſmodi.Tertia eſt mixta eorũ quę partim ex prędijs partim ex opere pſonali proueniũt,vt oues & fructus

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ctus earũ:de omnibus prædictis tenemur dare de cimas ſub præcepto.Primo quãdo miniſtri Eccle ſiæ ſunt in neceſsitate & petunt etiã ſi non ſit con-ſuetudo ſoluẽdi de talibus.Secũdo ſi ſit cõſuetudo etiã ſi non petãtur.ca.peruenit.&.ca. in aliquibus de deci.Tertio quãdo petuntur etiã ſine neceſsita te & cõſuetudine de mãdato Papę:nec ſufficit tũc ſecũdũ docto.mãdatũ Epiſcopi licet Eccleſia me-lius faceret nõ exigendo in caſu tali ad tollendum ſcandalũ:hoc præceptũ eſt morale & de iure natu ræ & diuino quantũ ad hoc ꝙ miniſtri ſuſtẽtetur, vnde domin⁹.Dignus eſt operarius mercede ſua, ſed eſt iudiciale quantum ad talem taxationẽ: vn-de cum præcepta iudicialia non obligent in noua lege,niſi inquantũ de nouo ſtatuuntur & efficiun-tur de iure poſitiuo:ſicut Eccleſia ſtatuit quod de-tur decima poſſet ſtatuere ꝙ daretur octaua,con-ſuetudo abrogare poteſt hoc præceptum: quantũ ad quotam taxatã & excuſare nõ ſoluentes quia vt ſic eſt humanũ:non autẽ quantũ ad ius ſoluendi, quia hoc eſt diuinũ & naturale & vbi nihil ſolui-tur,Eccleſia remittit.Silueſ.dicit ꝙ cõſuetudo ex cuſat nõ ſoluẽtes plene,quia ideſt humanũ: nõ au tem nihil ſoluẽtes quia eſt diuinũ,ſed certe cõſue-tudo vtroſq; excuſat:cũ hoc ſtatutũ ſit de iure poſi tiuo vt dictũ eſt,vnde nihil ſoluere nõ eſt mortale niſi in tribus caſibus.Primo ſi petantur decimę & negentur quę petitio non debet fieri ab Epiſcopo

ſed ad

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſed ad Papam recurrendum eſt vbi non eſt cõſue tudo q̃ de tali ſoluatur niſi ſit magna indigẽtia. Se cundo ſi non petantur ſed eſt tanta obſtinatio q̃ ſi petantur propoſitũ eſt non reddendi. Tertio quan do Clerus patitur valde indecentia victus & veſti- tus & populus abundat: & ſic tenet ſanctus Tho. ſecunda ſecundæ. quæſtione. 87. & theologi com muniter. Innocẽ. vero & canoniſtę in. ca. à nobis. de deci. dicentes: q̃ nulla conſuetudo poteſt excu ſare non ſoluẽtes pleno decimas prædiales non te- nentur quo ad hoc.

Opera miſericordiæ.

OPera miſericordiæ ſpiritualia ſunt cõſule, ca- ſtiga. dimitte. ſolare. fer. ora. Si nolluit dare cõſilium, mortale eſt. Primo in his quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem. Secundo in re vnde nota- bile damnum poteſt euenire proximo cum tamẽ poſſet. Tertio quãdo tenetur ex officio, vt ſi eſt pa ter vel prælatus. Quarto ſi dedit malum cõſilium ſuper mortali. ¶ Duplex eſt correctio quædã dire- ctiua & eſt admonitio fratris de emendatione deli ctorum ex fraterna charitate. Alia eſt coactiua & eſt punitio facta à prælato ad conſeruationẽ iuſti- tiæ, & vtraq; eſt in prẽcepto, vnde Mat. 18. ſi pecca uerit. &c. omiſsio autem vtriuſq; tripliciter poteſt fieri. Primo meritorie vt quando tempus opor- tunum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tunum expectatur, vel timetur ne inde peccator fiat deterior aut alios impediat à bono. Secundo omittitur cum mortali vt quia timetur iudiciũ vulgi aut carnis cruciatio, ita ꝙ ista præfert fraternæ charitati. Tertio cũ veniali, quando timor vel cupiditas tardiorem facit ad corrigendum: non tamen ita ꝙ si constaret fratrem posse à peccato retrahere propter hæc dimitteret.

De correctione fraterna.

PRo fundamento huius materiæ notanda est regula quam tradit sanctus doctor de virtu. q.3. & secundum eam procedendum est in correctione. Cũ proximus habeat duo scilicet famam & conscientiã: vtrunq; seruandum est si fieri potest, alioquin fama pro bono conscientiæ est contẽnenda: & ex doctrina Christi. Matth.18. patet in quibus peccatis habet locum correctio secreta. Nam non habet locum in peccato futuro propter verbum, peccauerit, quia statim denunciandum est vt impediatur: nisi ipse qui nouit obuiare possit, quia tunc denunciare non licet, non habet etiam locũ in publicis: quæ nõ fiunt in te, idest, te solo sciente, sed statim denũciari possunt: quia per hæc peccãs lędit conscięntiam suã & astantiũ, vnde vtriq; prouidendũ est denunciando si creditur ꝙ proderit: etiam si speraretur emendatio peccantis

quia

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quia etiam oportet ſcandalo cauere. Si tamẽ æque bene poſſet vtriq; ſatisfacere vt prælatus: nõ eſſet denunciandũ vt conſeruetur fama peccãtis apud prælatũ & alios neſciẽtes: obediendum tamẽ eſſet prælato, ſi veritatẽ requirat, aliter derogaretur iuri ſuo quo Iudex eſt publicorũ. Non habet etiã locũ in occultis quæ proximis nocẽt vel ſunt nocitura: quia illa nõ ſolũ ſunt in te ſed in alios, vnde ſtatim debet denunciari ille quẽ ſcis velle prodere ciuitatem aut aliquos in fide corrũpere, niſi certe ſperet ſe dictis malis poſſe accurrere. Habet ergo locũ ſolum ſecundũ docto. in peccato occulto nocẽti ſolum peccanti & ei qui ſcit. Et cum finis correctionis ſecrete & denunciationis ſit emendatio fratris & bonũ aliorum: quãdo probabiliter creditur q̃ frater non emendabitur vel Iudex non adhibebit remediũ: ſine peccato omitti poteſt niſi ſuper hoc præcipiat prælatus in his quæ ſunt de foro ſuo cuius modi ſunt facta publica, an ſperanda ſit emendatio: perpendi poteſt conſiderando ſi peccat ex malicia vt ſi frequenter tale quid cõmiſsit, aut ſi ex paſsione: cuius ſignum eſt ſi oblata occaſione ruit & ſtatim triſtatur & pudet, ille enim difficulter, iſte faciliter emendatur. ¶ Prælatus exiſtẽs in mortali publico vel ſecreto corrigendo ex officio, vt prælatus ſecundum Palu. & alios docto. mortaliter peccat: quia indigne vtitur officio & ſuſpenſus eſt coram Deo. 2. q. 7. qui nec. de conſe. diſt. 5. ca. fin. lo-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

fin.loquendo de prælato ſpirituali:quia temporalis exiſtens in mortali non peccat ſuſpendendo furem.Sed ſi corrigat nō vt prælatus,ſed ex zelo charitatis & cum humilitate non per modum corripientis,ſed rogantis vt exemplo ſuo non incitetur ad malum:non peccat etiam ſi ſit in notorio peccato.Item exiſtens in peccato notorio peccat mortaliter ſecundum docto.præcipue ſecundū.ſ.Th. in.4.diſti.19.&.2.2.q.33.docendo ſiue doceat ex officio prælationis ſicut qui prædicat docet cum nulli hoc liceat niſi prælato vel eius autoritate:ſiue doceat ex officio magiſterij ſicut docent magiſtri in theologia:quia vterque impedit finem ſcripture qui eſt peruenire ad vitam ęternam: & etiam ratione ſcandali, qui autem eſt in peccato occulto peccat docendo primo modo non ſecūdo modo.

¶ Circa opus miſericordię dimittere iniurias:nota ꝙ rancorem non licet habere ad proximum quātuncunq; male nobis faciat:ſed actionem iniuriarum non tenetur iniuriatus dimittere immo bene facit petendo ꝙ ſatisfaciat.diſtin.45. & qui.&.23. quæſt.5.de occidendis. ¶ Si non eſt conſolatus tribulatos,mortale eſt ſaltē pręlato quando ex tali omiſsione aliqui veniūt ad deſperationē vel aliud malum & ipſe bono modo per ſe vel per alium poſſet ſalua diſciplina.Si non orauit pro omnibus magna negligentia graue eſt viuentibus ex elee-moſynis.

Opera

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

SVMMA

De eleemosyna.

OPera misericordiæ corporalia sunt: visito cibo poto, redimo, tego, colligo, condo, quorum omissio est mortale, quando notabiliter læditur proximus, & homo posset facere: puta si visitares infirmum non moreretur ex tristitia, vel ex defectu necessariorum: nec sine sacramentis, nec desperaret sed confiteretur: est captiuus tu habes superflua vnde posses redimere, est sine domo tu habes ampla palacia: pro quorum intellectu aduerte quòd duplex est necessarium, scilicet necessarium naturæ, sine quo homo viuere non posset, nec sui quorum necessitatibus habet prouidere. Aliud est necessariũ personæ sine quo viuere non potest decenter secũdum suum statum ipse & sui: & similiter duplex est superfluum, scilicet, superfluum naturæ & personæ. In iudicando superfluum secundum sanctum Tho. non oportet cõsiderare omnes casus qui possent in futurũ contingere: sed solum secundum ea quæ verisimiliter ocurrunt, nec terminus requisitorum ad decẽtiam status est indiuisibilis puta centum aurei, sed habet latitudinem: puta non minus quàm centum, nec plusquàm centum viginti ita q̃. 20. possunt addi & minui stante decẽtia. Necessariũ primo modo nõ est præceptũ dare immo illicitũ nisi

perso-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

perſona cui per hoc ſubueniretur eſſet communitati multo vtilior, quia plus tenetur ſibi homo quã alijs: ſed neceſſarium ſecundo modo dandum eſt ſub præcepto ab reuelandum neceſsitatem naturæ & abſolutam alterius: quia ex charitate plus tenetur homo diligere vitam proximi: quàm decẽtiam ſui ſtatus ſed non tenetur dare hoc ad reuelationem ſtatus alterius: quia nemo tenetur viuere verecunde in ſtatu ſuo: vt releuet alium ad decentem ſtatum. ¶ Vnde ad releuandam extremam neceſsitatem proximi tenetur rex & alij principes de poſitis ſericis & pretioſis: ſi aliter non poſſunt ſubuenire induere ſe ipſos ſaccis & vilibus: quia non ſolum charitas ſed ordo charitatis eſt in præcepto & afortiori eccleſiaſtici & ſignãter prælati ad hoc tenentur, cum eorum ſtatum plus deceat paupertas quàm diuitię & potius cõſeruetur pietatis operibus, quàm multitudine famulorum armatorum cum bona eorum omnia ſint pauperũ. nec video quomodo poſsint excuſari a mortali: ſi tempore quo aparent pauperes maxime in extrema neceſsitate intendãt vanis & curioſis ædificijs, deaurãtes vectes ferreos & lapides mortuos eccleſiæ, contẽptis filijs ac lapidibus eius viuis. Quod autem eſt ſuperfluum vtrique neceſsitati: dandum eſt ſub præcepto iuxta id quod ſuper eſt date eleemoſynã. lu. 11. patientibus neceſsitatem extremam. Quia ſi neceſſarium proprio ſtatui neceſſario eſt eis erogan-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

dum a fortiori quod ſupereſt, quòd autẽ ſub præ-
cepto teneantur dare patientibus ſolum iacturam
ſtatus & nõ naturæ; non audeo plene diffinire: ne
dãnem maiorẽ partem diuitum: ſed beatus Io. pri
mo Ioa. vlti. hoc ſentire videtur dicens. ſi quis ha
buerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrẽ
ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo
quomodo charitas dei eſt in ilio. hoc dicta ratio
naturalis & doctores tenent & ſi obijcias ergo nõ
licet theſaurizare ad mutandum ſtatum. concedo
quãdo apparent indigentes neceſsitate naturę vel
perſona: alias licitũ eſt. Vt dicta facilius menti mę
dentur ponã ea per concluſiones: quarũ prior ſit.
Habens ſuperfluũ ad viuere licet neceſſariũ ad de
center viuere tenetur de illo facere eleemoſynam
quãdo apparẽt in aliquo ſigna probabilia extremę
neceſsitatis futurę niſi ei ꝓuideatur. nec hoc vide
tur durũ ſecũdũ rectã rationẽ: ſed ſolũ ſecũdũ bru
talẽ appetitũ & ſecundũ ſapientiã huius mũdi q̃
inimica eſt deo. vnde apoſtolus, nolite cõformari
huic ſeculo. Sed põe: habeat religioſꝰ ad vſũ libros
& alia. vtrũ ligetur hoc præcepto. dicẽdũ ꝙ ſic pe
tita tamẽ licẽtia à prælato, quã ſi nõ poteſt obtine
re ſanctus Tho. aliquãdo videtur dicere ꝙ excuſa
tur vnde ſecũdũ ipſum religioſus contradicente
prælato nõ poteſt exire clauſtrũ vt ſubueniat parẽ
tibus egenis, aliquãdo ſentire videtur oppoſitũ. &
verior eius ſententia eſt ꝙ in caſu extremę inopię
tenetur

tenetur inuito prælato ſubuenire talem inopiã pa tienti ſi ſine graui ſcandalo poteſt: quia in his quę ſunt cõtra ius naturæ & diuinũ nõ debet obedire & in tali caſu oĩa ſunt cõmunia, & dãdo ſic egeno caliçẽ eccleſiæ: nõ dat illi alienũ ſed quod ſuũ eſt. vnde ex beato Tho. in. 4. diſtin. 15. q. 2. primo. eli- ciunt aliqui quòd extreme pauper poſſet per vim tollere ab humeris diuitis pallium, & ſi occidat ſer uato moderamine inculpatę tu tele non eſſet reus homicidij: cum habeat ex parte ſua iuſtum be- ſſum. Ambro. nudorum eſt veſtimentum quod recludis, tot ſcias te inuadere bona, quot ſubueni- re poſſes: eſurientium eſt panis quem tu ditines diſtin. 47. ſicut hi. Et Hieronymus. aliena rapere conuincitur, qui ſibi vltra neceſſaria retinere pro- batur diſtin. 42. §. primo & iniuſte dãnaretur vt fur qui pro tali neceſſitate furatur: nec poſſum ca- pere quomodo ſint tutæ in conſcientia religioſæ habentes multa ſuperflua in libris: imaginibus: manutergijs & veſtibus ſcientes aliquos pati ma- gnas neceſſitates: ſi eis cum licentia venditis non ſuccurrunt inopibus. tum quia ex voto ſolenni ſunt pauperes & modicis debent eſſe contentę: alias eorum paupertas potius erit nominalis quàm realis. Secunda concluſio dare eleemoſynam de toto neceſſario perſonę extra neceſsitatem extre- mã nemo tenetur. Tertia eſt, habens ſuperfluum ad decentiam ſtatus tenetur ſub præcepto dare

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

eleemosynam vbi adest necessitas decentiæ status in alio nisi credat quod occurret alius cui melius erit subuenire.

Cum solum possint facere eleemosynam: qui possunt donare. religiosi: vxor: filius familias serui & huiusmodi qui in alterius potestate sunt non possunt facere eleemosynam nisi in certis casibus. Primo quando de licentia superiorum peregrinantur. Secundo in extrema necessitate etiam contra superiorum prohibitionem. Tertio si habeat administrationem bonorum. Quarto quando illud quod datur non infert domino sensibile nocumentum sed est quid minimum puta frustrum panis. Quinto vxor potest vtiliter gerendo negotium viri, vt si vir est sceleratus & dat vt Deus illum conuertat: & facit sine scandalo: sicut abigail datis panibus inuito viro liberauit eum a morte. primo. reg. 25. Sexto si superior assignauit illis certum quid pro suo victu: & ipsi volunt abstinere vt dent eleemosynas. Septimo si vir est fatuus quia tunc ad eam spectat dispositio domus. Octauo si sit lucrosa & lucrum illud non est necessariũ domui suæ. nec sunt deducẽdę expensę victus eius quia vir tenetur illam alere propter dotem & obsequium. Nono si pærpter dotem habet bona paraphernalia. 33. q. 5. quod Deo. Dicuntur autẽ a para quod est iuxta. & pherna dos: quasi iuxta dotẽ; & sunt bona quę defert vxor prẽter dotẽ. vide infra.

¶ De

bona paraphernalia
para / pherna dos

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

¶De.5.sensibus. Mortale est quando obiectis eorum vtitur quis ad malum vt si defert odorifera ad alliciendum fœminam ad luxuriam & similia. Nõ occupare eos in obsequio dei & quantum potest non habere eos mortificatos nec sicut debet vsum eorum refert ad Deum comuniter sunt venialia.

Interrogationes generales.

OMnis homo est interrogandus de his. Primo an dolet si cum venit ad vsum rationis statim primo ante alia non se obtulit Deo: sicut omnes tenemur vt dicit sanctus Tho. prima secundę. q.89. credo tamen quòd filij christianorum nisi a teneris annis sint dissoluti & sine disciplina nutrĩti implent hoc præceptũ cum primo habent vsum rationis. Secũdo doleat si non cœpit confiteri a.7. anno: quia cõmuniter eo tempore est doli capax homo & ex tunc tenetur confiteri. Tertio doleat: si a.13. vel.14. ętatis ãno nõ cõmunicauit. Quarto si filijs. seruis. famulis. & omnibus suę curę cõmissis fecit ab eo tempore confiteri & communicare. Quinto si quando contraxit matrimonium per verba de prẹsenti erat in mortali: quia est mortale cum per hoc fiat notabilis irreuerentia sacramẽto & multi contrahunt clandestine & non curant se prẹparare nisi ad benedictiones nuptiales quę nõ sunt sacramentũ. Sexto si fœmina quoties peperit

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

confessa est & communicauit. quia ad hoc tenetur. ¶ Pueri interrogandi sunt de periurijs, si confitentur. Si in festis audiunt missam. Si obediunt parentibus. Si furantur. omnia ista imputantur eis postquam sunt doli capaces & si percutiunt grauiter alios pueros de prima tonsura, sunt excõmunicati secus si leuiter rixantur. si faciunt inhonesta cum puellis & similia.

De quibus sint vxorati interrogandi.

VXorati iuterrogandi sunt si se tractant amorose & reuerenter, si honeste & temperate se habent ad actum coniugalem. si negãt debitum. si habent curam domus & familiæ vt viuant more christianorum & sit bene disciplinata. si corrigunt male facta familiæ. si filios & filias maritant debito tempore & huiusmodi: notabilis negligẽtia in his est mortale, & tota perditio ecclesię prouenit ex defectu disciplinę parẽtum, quia adolescens iuxta vt iã suã etiam cum senuerit non recedet ab ea. & secundum philosophum non parũ refert sic vel sic a iuuentute assuescere.

Domini interrogandi sunt si habent aliquid in suo dominio de quo non sint certi quòd habeant iusto titulo si negligit expedire negotiantes. si nõ curat facere iustitiam petentibus: vltra mortale re-

netur

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

netur ad restitutionem de dãno. sic fecit aliquam iniustitiã. si imposuit exactiones indebitas subditis. si in distribuẽdis officijs reipu. est. acceptor personarũ. si ambitiosus procurauit maius dominiũ mouendo bella & lites iniustas. Si facit magnas expẽsas in cõmessationibus & conuiuijs. si immoderate & excessiue vtitur delicatis & precioſis in vestibus peramentis & equis. si non soluit debita. si testamenta maiorum impleuit. si stipendia immodarata dat subditis & moderata non soluit. si posuit malos officiales. si peccata publica & maxime blasphemias & beneficia dissimulat. si vendtt iustitiam. si incarcerauit aliquem indebite. si coegit aliquã nuberealicui de suis. si permisit fieri tornea mẽta vel duella. q̃ in nullo casu etiã cũ licẽtia principis licẽt: nisi pro defensione personæ cũ moderamine, quãdo aliter nõ posset euadere. Si permittit meretrices manere in hospicijs: vel intra ciuitatẽ & non cogit quòd maneant in publico lupanari. Si vassallos indebite aggrauat. si nõ purgat prouintiã malis hominibus. Si regi & superioribus suis maxime ecclesiæ fuit inobediẽs. Si apellationes iustas subditorũ negauit moleste tulit & ideo male tractauit eos. si fecit statuta cõtra libertatẽ ecclesiasticã: puta q̃ nullus in terris suis instituat capellanias vel relinquat bona ecclesiæ vel clericis, excomunicatus est. ca. nouerit. de sen. ex. Si pupillos viduas et alias miserabiles pſõas nõ audit adiustitiã.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Si non facit aliqnando audientias publicas. Si nimis se occupat in ludis: venationibus & in alijs vanis. Si stat occiosus. Si fecit violentiam eccleſii & pijs locis. Si irreuerẽter se habet ad perſonas eccleſiaſticas: vel male tractauit. Si exiſtens patronus alicuius eccleſiæ preſentauit indignos. Si fidem promiſſam in ſui receptione ſeruauit. Prędicta ſuper re notabili ſunt mortalia.

De quibus clerici.

CLerici interrogandi ſunt, ſi ſunt ordinati vel beneficiati ſimoniace. Si recepit ordines inmortali. Si executus eſt quę ſunt ordinis inmortali. Siſuſpẽſus vel irregularis exiſtens exercuit actus ordinis: vel interdictus. Si dimiſſit horas canonicas ſine graui infirmitate: in omnibus prædictis eſt mortale: ſi non portauit habitum & tonſuram. Pro cuius noticia aduertendum quòd de vi. & ho. cler. ca. clerici offi. ſic dicitur. clerici tonſuram & coronã habeant congruentem indumenta clauſa deſuper deferant, nimia lõgitudine vel breuitate non notanda. panis viridibus & rubeis non vtãtur. nec manicis aut ſotularibus cõſutitijs. frenis. ſellis. pectoralibus deauratis, aut aliam ſuperfluitatem gerentibus non vtantur: aut capis manicatis in diuino officio: ſed nec alibi qui ſunt in ſacerdotio & perſonatibus conſtituti: niſi iuſta timo

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ris cauſa exigat habitum tranformari. In clem. etiam quoniam.eo.tit ſic dicitur. quicunque clericus virgata vel partita veſte. 1.diuerſorum colorũ vtitur ſine cauſa rationabili: ſi eſt beneficiatus ſuſpenſus eſta fructuum perceptione per ſex menſes. Si non eſt beneficiatus & eſt in ſacris citra ſacerdotium per idem tempus eſt inhabilis ad beneficiũ obtinendũ. Sacerdos vero vel religioſus per annũ ſuſpenſus eſt a perceptione fructus beneficij habiti & inhabilis ad beneficium obtinendum. diſ.41 §.primo. dicitur etiam quòd ſacerdos nõ ſe ornet fulgidis aut ſordibus veſtibus. faciens contra prædicta non ſemper peccat mortaliter: niſi in his caſibus. Primo ſecundum panor.in.ca.ſi quis.de vi. & ho.indiſtincte ſi nõ deferat tonſuram: ita quòd aures pateant ſecundum glo. inca.clericus de vit. & ho. ſed hoc non videtur niſi exceſſus ſit notabilis vltra conſuetum & ſit in ſacris vel beneficiatus. facit.cap.Ioannes. de cleri.coniug &.ca.vnico de biga.li.6.ſi autem ſit in minoribus tantũ et nõ habet beneficiũ non tenetur eam deferre.arg.d.cap. Ioannes.& glo.diſtin.1.ca.fin. Secũdo peccat mortaliter ſi portat veſtem partitam: vel tabardum ſi eſt beneficiatus ſecũdum ſilueſ.& fere omnes docto.diſ.18.§.primo·&.1.q.7.ſi quis.quia canõ vult clericos habere veſtem talarem.diſ.23. non liceat. niſi ſecrete & in domo portet vel ex cauſa racionabili puta ſi peregrinatur, quo caſu non licet habitũ

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tranformare penitus ne clericus appareat: nisi ra tione timoris, cum strictissime hoc prohibeatur. de sen.ex.cõtingit. Tertio peccat mortaliter vtens rubeis & viridibus vestibus. secundum panor.in. d.ca.clerici. & idem de caligis: sic tenet angel. Sil uest, & omnes fere docto. Est autem tarbardum ve stis superior ita breuis q̃ inferior vestis apparet, sed pro isto & secũdo potest dici q̃ peccant mor taliter sic vtentes quando vestis est notabiliter irre ligiosa & cum scãdalo vel pretiosa nisi sit pretio- sa ad conformandum se his quibus conuiuit ne vi lescat. argu. distin. 80. Epicopi. Excedentes vero in prædictis sine scandalo vel in modico: durum est damnare ad mortale. Quarto peccat mortali- ter clericus in sacris vel beneficiatus si nutrit co - mam aut barbam nisi ex causa iusta, non est autẽ causa iusta pro luctu defuncti, quia potest excõmu nicari. de. vit. & ho. cle. fiquis. ¶ Secundũ Ricard. in quoli. 3. clericus habens sufficiens patrimoniũ ad necessitatẽ naturæ & decentiam status & per- sonę: si recipit beneficium vt bene dispenset non peccat modo sit idoneus: si vero recipit solum vt ditet amicos & mutet eorum statum et vt magis honoretur & delicatius viuat mortaliter peccat. 1. q. 2. clericus. & secundum Ioan. And. seruiendo ecclesiæ si bona eius cõsumit: & ex cupiditate suũ patrimonium seruat mortaliter peccat. & vt dici tur. 16. q. 1. ca. vlti. qui bonis parentum substentari

possunt

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

possunt:si quod est pauperum accipiunt, sacrilegium cõmitunt:alias seruiẽdo ecclesiæ:licet viure de ecclesia & patrimonium suis hęredibus seruare: potest etiam de bonis beneficij dotare consanguineas secundum earũ statum si indigent nõ aliter.¶ Vt dicitur inc. quatuor.& in.ca.cognouimus.12.q.1.clerici tenentur facere.4.partes de reditibus ecclesiæ & oblationibus fidelium.s.Episcopo:pauperibus,ipsi sacerdoti:et fabricę. Et quo ad quartam Episcopi & fabricę standum est consuetudini nisi quando fabrica remaneret derelicta quantum vero ad quartum pauperum nulla valet consuetudo in contrariũ immo secundum omnes docto. non solum quartam, sed omnia superflua tenetur erogare pauperibꝰ sub pœna mortalis, nisi in duobus casibus. Primo si fabrica eget. Secundo si vellit cultum Dei in sua ecclesia ampliare, nulla tamen extrema necessitate occurrente arg. ca.dudum.2.de elec.& ca.cum secum. de prçbẽ. & quicunque diuites vel turpes personæ acceperunt aliquid a personis ecclesiasticis de bonis beneficij tenentur restituere ecclesiæ:nisi acceperint causa elcemosynæ vel propter aliam honestã causam vel necessariam.distin. 86. pasce.secundum Siluest.& docto.sed limita si dent de quota deputata pauperibus, nã partẽ quæ in vsum eorũ cedit si turpiter expẽdãt peccant accipientes tamẽ nõ tenetur restituere secundũ sanctũ.Tho.2.2.q.85.

Secundum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

SVMMA

Secundum Ioan. cal. clericus dimittens officiũ ſine cauſa rationabili tenetur rẽſtituere fructus interim perceptos ab eccleſia. inca. 1. d̃ cele. mi. quia proter officium datur beneficiũ de reſcrip. ca. fi. li. 6. vbicunque autẽm datur aliquid ob cauſam: cauſa non ſecuta illud poteſt repeti. ff. de condi. ob tur. ca. quaſi per totum. panor. dicit in. d. ca. ꝙ quamuis ſit tutior hęc opinio. eſt tamen nimis rigida. ad motiuum dicitur quod non ſolum datur beneficium propter officiũ: ſed etiam vt clericus aſſumptus in partem domini de patrimonio domini viuat, & non mendicet. diſ. 93. diaconi. &. ca. 2. de præben. angel. tenet cũ prima opinione. Poteſt dici quod prima opinio ſemper eſt conſulẽda, non tamen peccat mortaliter clericus ſi nõ reſtituat, quia officium propter quod datur beneficiũ nõ eſt ſolũ horæ canonicæ: ſed eſt miniſtratio ſacramentorũ & conſiliorum & verbi Dei: & decantatio diuinorum & huiuſmodi, & datũ ob cauſam ea non ſecuta poteſt repeti: quando erat cauſa totalis & principalis dandi: ſecus ſi fuit partialis & ſecundaria vt in propoſito. Præterea beneficium nõ datur ſub conditione: ſed ſub modo. vnde modo non ſeruato adhuc fructus ſunt beneficiati. hãc tenet palu. florenti. ſilueſ. Ioã. and. & pene omnes. Similiter exiſtens in mortali notorio cum ſit ſuſpenſus ſecundum angel. reſtituere tenetur fructus perceptos: quia ſuſpẽſus idem eſt ac nõ reſideret:

quia

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quia nullũ & inutile id ſunt.ne tranſla.inter corporalia.ſic ut nõ rite & non fieri paria iudicantur. depreſbi.nõ bapti.veniens.ſilueſ.tenet quod non reſidens nõ tenetur reſtituere niſi condẽnetur:nec eſt ſimile de non reſidente & de exiſtente in mortali:quia hic in aliquo deſeruit eccleſiæ & rite quãtum ad id quod eccleſia ſtatuit vt pſalendo orando.¶Secundũ beatum Tho.clericus ſi ſit idoneus licite appetit beneficium ſimplex : dicitur autem idoneus ſi ſit mediocriter doctus & laboret bene viuere & ſciat quę ſunt clericatus vt recitare & huiuſmodi.Beneficium autem curatum in nullo caſu quocunque fine & quacunque populorum neceſſitate non licet appetere. Si tamen non videret vnde competenter de bono paſtore prouideatur liceret deſiderare quòd Deus ſe faceret dignum vt alijs prodeſſet:quia velle promoueri per Deum nõ eſt pręſuntuoſum cũ nemo ſciat an ſit dignus odio vel amore, ſi credit ſe indignum tunc eſt iniuſtus quærens pręponi alijs.itaque talis vel eſt ſuperbus vel iniuſtus, maxime ſi ſit talis cui vitia placent in propria perſona vel cui non diſplicent nec ea conatur euertere in alijs:quãdo vero aſtringitur pręcepto ſi probabiliter videt ſe dignum vel ſaltem dubitat:mortaliter peccat non obediendo : & idẽ ſi non aſtringitur præcepto ſed conſilio : & probabiliter credat quòd per alium æque bene prouideri non poteſt,quia eſt contra fraternam charitatẽ:

facit

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

facit.8.q. prima. in ſcripturis. vnde Auguſtinus, Epiſcopatus & ſi adminiſtretur vt decet: tamen in decenter appetitur, ocium ſanctū quærit charitas negociū iuſtum ſuſcipit neceſsitas charitatis: quã ſarcinam ſi nullus imponit intuendę veritati vacã dum eſt: ſi autem imponitur ſuſcipienda eſt. ¶ Interroga ſi celebrauit diſtractus mẽte. Si cum vino vel pene corruptis: notabiliter mortale eſt. Si raro celebrat. De iure diuino tenetur ſecundum ſanctū Th. celebrare aliquãdo, & mortaliter videtur peccare qui in feſtis valde præcipuis quãdo chriſtiani cõmuniter ſolẽt cõmunicare non celebrat quia ſacerdotibus præceptū eſt: hoc facite in meam cõmemorationẽ & reus eſt negligentię & valde ingratus qui nõ vtitur poteſtate nobiliſsima ſibi cõceſſa niſi ex cauſa rationabili omittat, hoc tenet palu. Richar. Florenti. Angel. & Siluef. ¶ Si pollutus eadem die celebrauit: vbi aduerte q̃ quando pollutio accidit ex turpi cogitatione præcedente vel crapula: vel ex alia cauſa quam certū eſt vel probabile fuiſſe mortale: ſecundum ſanctum Tho. neceſſario impedit. Si vero cauſa fuit culpa venialis impedit ex congruo niſi adſit dies feſtus: vel homo habeat deuotionem vel debeat ſupplere pro alio & huiuſmodi ad arbitrium boni viri, ſi autẽ accidat ex cauſa vbi nullum probabiliter creditur fuiſſe peccatum: in ſua libertate eſt communicare & niſi ſentiat diſtractionem mentis melius eſt com-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

communicare:immo dicit Palu.q̃ quando venit ex cauſa mortali non eſt mortale eadem die communicare cum contritione & cõfeſsione & idem Siluef.& videtur verum. ¶ Si habet nimiã conuerſationẽ cũ fœminis, periculoſum eſt. ſi cohabitat mulieri de qua poteſt eſſe rationabilis ſuſpitio mortale eſt etiã ſi ſit conſanguinea.de cohab.cler. & mu.ca.1.& ca.interdixt. Si fuit ordinatus ante ę tatẽ debitã,mortale eſt.Ætas debita ad primam tonſuram & ad tres ordines minores eſt.7. annorum.diſti.77.in ſingulis. ad acolitatum poſt.12. annũ.ad ſubdiaconatũ poſt inchoatũ.18.annũ.ad diaconatũ poſt inchoatum. 20. in ſacerdotio. inchoãte.25.clem.generalẽ.de ętat.& quali.ordi.Si dimiſit horas cãonicas vel qñ dicebat occupauit ſe in aliquo nimis diſtractiuo:mortale eſt vbi.

Sciendum quòd omnis clericus beneficiatus etiam tenui beneficio capellaniæ, quã per aliũ ſeruit dum tamẽ ipſe habeat titulũ:& ordinati in ſacris & religioſi tenẽtur dicere ſub pręcepto horas vt dicunt docto.in.ca.p̃.de cele. miſ. & omittẽtes peccãt grauiter, niſi excuſet talis infirmitas quod ſi dicerent multũ obeſſe timeretur:nõ autẽ excuſatur ſi nocumẽtũ ſit leue vti quartana. in hoc tamẽ ſtãdum eſt arbitrio medici:aut boni viri. Vnde in his caſib⁹ circa diuinũ officiũ peccatur mortaliter Primo qñ omittitur ſine cauſa rationabili infirmitatis vel ſimili.Secũdũ qñ dicitur nimis diſtracte.

ca.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ca. dolentes. de cele. miſ. Tertio ſecundum aliquos quando non dicitur ſecundum quòd eſt in ordinario ſed hoc non videtur: quia dicere hoc vel illud non eſt præcepto, cũ diuerſi diuerſa dicant. de cõ ſe. diſtin. 5. in die. vndẽ malę facit qui non ſeruat ordinarium ſuum: ſatisfacit tamẽ præcepto dicto quocunque officio ſecundum veriorem opinionem. quid autem ſit pro officio dicendum: non eſt bene determinatum. ſed eſt attendendum ordinarium & illud quod generali conſuetudine dicitur vt de præcepto vr ſic eſt dicendum. Vnde ad officium beati virginis in feſtis non ſolẽnibus: & ad nouem lectiones defunctorũ ſemel in ſeptimana videntur teneri fratres ordinis noſtri etiam in hebdomada otũm ſanctorũ: quia quamuis in die animarum dicantur. 9. lectiones defunctorum: dicuntur tamẽ per modum officij & non per modũ ſufragij. vnde vltra illas tenẽtur ad alias: quia generali conſuetudine vt de præcepto dicuntur. ad letanias: vero quando fit de feria: & miniſtri altaris & notatus ad miſſam pro defunctis ad tres lectiones defunctorum. ſecundum ſilueſ. no tenẽtur ſub præcepto ſed ſatiſfaciunt ſi per alios dicant: quia non eſt onus perſonale. ex quo patet quòd prælati variantes officiũ: puta ſi quod eſt in ordinario triũ lectionum, faciant cęlebrari ſub duplici & ſolẽni: quanuis male faciant niſi ex valde rationabili cauſa vt ſi eſt patronus eccleſiæ vel habentur reliquię

de eo

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

de eo & huiuſmodi non peccãt mortaliter, cum determinatio officii non ſit in præcepto. Vide infra.

De beneficijs.

SCiendum q̃ habere plura beneficia ſine cura, & quæ non requirunt reſidentiam ſecundum Ioan. And. in. ca. iam dudum. de præben. & ſecundum Innocen. hodie eſt licitum: cum prohibeatur pluralitas beneficiorum ſolum cum cura in ca. de multa. de præben. iura autem antiqua, vt ca. Epiſcopi. diſt. 80. &. ca. presbyteros. 16. q. 1. loquũtur ſecundum ſua tẽpora, vel reſtringuntur ad curata: ſed hoſti. in. cap. litteras de præben. tenet contrarium & q̃ prælati non poſſunt in hoc diſpenſare. diſt. 70. ſanctorũ. & diſt. 77. acutius, dicit tamen q̃ ne damnetur tanta multitudo q̃ diſpenſari poteſt vt quis habeat plures prębendas in beneficium, non in titulum. gofre. vero tenet q̃ nullus poteſt habere plura ſi vnũ ſufficiat. Panor. in. ca. cum iam dudum de præbẽ. idem tenet, ſi propter ſe ſolum habeat: ſecus ſi collata ſunt non ratione ſui, ſed propter vtilitatẽ beneficiorum vt quia eſt homo induſtrius & conſcientiatus, ſanctus Tho. in quoli. 9. dicit q̃ habere plura beneficia continet in ſe plures inordinationes quia non eſt poſsibile vnum in pluribus Eccleſijs ſeruire in quibus

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

eſt beneficiatus, cum beneficia ſint ſtipendia ibi miniſtrantium: ſequitur etiam diuini cultus diminutio, dum vnus loco plurium inſtituitur: fraudatur etiam voluntas teſtatorum qui bona Eccleſijs reliquerunt vt ibi eſſet certus numerus miniſtrorum: fit etiam iniuſtitia dum vnus pluribus beneficijs abundat: & alius dignior nec vnum habet, appoſitis tamen aliquibus circunſtantijs dictæ deformitates tolluntur: puta ſi in pluribus Eccleſijs eius obſequium eſt neceſſarium & poteſt plus ſeruire abſens quàm alius præſens. Vnde dicẽ dnm q̃ ex diſpẽſatione Papæ poteſt quis habere plura beneficia tam curata quàm non curata: ſiue vuũ ſufficiat ad vitam honeſtã beneficiati ſiue non: dũ modo diſpenſatio fiat ex cauſa quæ triplex eſt. ſ. neceſſitas: puta quia plures non inueniuntur idonei, vtilitas Eccleſiæ non ipſius beneficiati: & prærogatiua meritorũ vt quia plus valet abſens quàm alius præſens: quando vero vnum beneficium ſufficit, diſpẽſatus per Papam ſine cauſa legitima, non eſt tutus in conſcientia: quia eſt contra ius naturale in quo non diſpenſat Papa, & alteratur non ſolum iuris poſitiui diſpoſitio: ſed etiam Chriſti patrimonium iniuſte diſpergitur, quod eſt contra ius diuinum, vnde cũ bona Eccleſiæ Papa non poſsit ſine cauſa alienare: multo minus poteſt dare alteri licẽtiam ipſa diſpergendi, nec valet conſuetudo cõtraria. & glo. & iura quæ dicunt q̃ valet intelliguntur

pro

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

pro neceſsitate, vtilitate vel prærogatiua meritorum: hoc tenet Panor. Hoſ. Florenti. & Siluеſ. alias tenet dictum beati Bern. qui non eſt vnus ſed plures in beneficijs non erit vnus ſed plures in ſuppliciјs, & concurrente diſpenſatione ex cauſa iuſta ſi deſit bona intentio ex parte beneficiãdi: puta quia quærit plura beneficia vt ſi ditior, vel vt lautius viuat: ſeu vt facilius perueniat ad Epiſcopatum, grauiter offendit. ¶ Si benedicit menſam antequàm comedat quia tenetur & poſt agere gratias. diſtin. 44. non liceat. Si ſepeliuit mortuos in mortali manifeſte: mortale eſt, idem ſi excommunicatos & interdictos. Si obtinuit beneficium non intendens clericari, ſecundum Angel. de mente Panor. in capit. ad audientiam. de cler. non reſi. peccat mortaliter. Si ſine cauſa non reſidet in beneficio, mortale eſt. Si partem beneficij pauperibus aſsignatã, expendit cum turpibus perſonis, vel ad vſus inhoneſtos, mortale eſt, & tenetur reſtituere ægenis: ſi vero id fiat de quota ad ſui ſuſtentationem deputata non videtur quòd teneatur, ſecundum ſanctũ Thomam. 2. 2. quæſt. 185. ſi male tractat edifitia & res Eccleſiæ. Si vaſa & paramenta ad diuinum cultum tenet immunda, nam vaſa ſacra, corporalia, veſtes miniſtrorũ, palœ altaris & oratoria præcipitur quòd munda & nitida conſeruentur. de cuſto. eucha. ca. 2. nimis enim abſurdum eſt: in ſacris ſordes negligere, quæ dedecerent in prophanis,

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

vnde grauiter offendunt qui illa habent turpiora quàm si essent pro seruitio rusticorum. ¶ Tria magna mala sunt in statu clericorum. Primo qꝫ aperte appetunt curam animarum & vacante curato ingerunt & opponunt se ad illud, cum tamen cõmunis sentẽtia docto. sit qꝫ deliberata ratione appetens beneficium cum cura peccat mortaliter vi de infra. Secundo qꝫ multi habẽt plura beneficia: & tamen communior opinio docto. est qꝫ Papa non potest super hoc dispensare sine necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, & super hoc solẽnes disputationes habitæ sunt parisijs: & in omnibus est cõclusum quòd secura conscientia non potest quis retinere plura beneficia etiam cum dispensatione: nisi sit pro bono Ecclesiæ, & reuelationes factę sunt multis super hoc: vt patet in fasciculo temporum & in speculo exemplorum. Tertio quia quartam partem fructus beneficiorum multi plene nõ dispergunt pauperibus ad quod tenentur: de his Paulo ante visum est, aduerte qꝫ omne peccatum carnale etiam cogitationis clericí & religiosi est sacrilegium. Nota qꝫ cum non sit taxata summa valoris beneficiorum sed aliqua sint maioris redditus aliqua minoris: totum illud debet computari pro beneficio quod peruenit ad manus beneficiati: vnde si extrahatur de redditu beneficij portio vna Episcopo & altera fabricę, solum manet obligatus ad partem pauperum.

Præla-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Prælati interrogandi ſunt ſi corrigunt publicos criminoſos. Si ponunt in officijs & promouent ad ordines indignos. Si fuit nimis, pompoſus in ornatu. Si non viſitat ſingulis annis diœceſim. Si nõ deputat viros ad prædicandum & confeſsiones audiendũ per diœceſim. Si ordinat in ſacris neſcientes recitare. Si contulit officia ſimoniace.

Has interrogationes poſui ſolum quia communiter ſunt mortalia licet aliquãdo ſint venialia propter imperfectionem actus, de venialibus non curaui quia mortale eſt materia neceſſaria pœnitentiæ: veniale autem non, ſed voluntaria, nec quis tenetur illud confiteri niſi in his caſibus. Primo quã do dubitat eſſe mortale. Secundo ſecundum aliquos ratione ſtatuti obligantis ad hoc, ſed hoc nõ poteſt fieri niſi forte de veniali exteriori. Tertio ſe cũdũ Angel. qñ traheret ad mortale: ſed nec tunc tenetur ſed ſufficit q̃ per ſe doleat. Quarto quando non habet mortale & in Paſchate tenetur communicare: ſed in tali caſu ſine confeſsione ſufficeret dicere ego ex gratia Dei immunis ſum à morta li ſine confeſsione. Poſt hæc concludat pœnitens, de his & pluribus alijs oblitis & incognitis qualitercunq; & quotieſcunq; Deum meum offendi, cogitatione, locutione, opere & omiſsione dico meam culpam, precor te vt abſoluas me.

Audita confeſsione quærat ſacerdos an doleat de omnibus & proponat in futurum cauere: & an

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

sit aliqua occasio ex parte sua ad recidiuum de propinquo, postea increpet & dulciter exhortetur pœnitentẽ ad bonũ: & assignet breuẽ orationẽ pro sacramẽtali pœnitentia ad quã solũ obliget, quã possit statim explere: & de cõsilio det aliã longiorem quã postea faciat notificãdo illi q̃ nõ obligat illũ. Et vt libentius acceptet & plura per se faciat declaret ei quãto maiorẽ requirerent sua peccata satisfactionẽ: & q̃ si hic nõ soluit, luet in purgatorio, & iniungat ad pœnitẽtiam bona quęcunq; egerit & mala quæ sustinebit quia virtute clauiũ plus ei valebunt: & caueat ne sit nimis prolixus in orationibus super pœnitentẽ, sed præmissa absolutione ab excõmunicatione si quã habet & intẽdat absolue re ab omni a qua potest etiã si de ea pœnitẽs non meminerit: & facta breui oratione ne fructus absolutionis impediatur, dicat formã absolutionis, quę est absoluote: ita alte & distincte vt eam percipiat pœnitẽs: quia pro absolutione principaliter & nõ pro oratione venit pœnitens ad cõfessorem: & potest dicere hoc modo. Si teneris aliquo vinculo excommunicationis suspẽsionis & interdicti, à quo possum te absoluere: ego te absoluo toties quoties incurristi, & restituo te sacramentis Ecclesiæ communioni & vnitati fideliũ, in nomine patris. &c. Passio domini nostri Iesu Christi: & merita beatissimę virginis Mariæ & omnium sanctorum & sanctarum Dei quidquid boni feceris & intendis

facere:

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

facere: mala quæ ſuſtines & ſuſtinebis ſint tibi in remiſsionem peccatorum tuorum in augmẽtum gratiæ & in præmium vitæ æterne amen. Ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis, in nomine patris.&c. vel aliter. Per aſperſionem ſanguinis domini noſtri & per merita beatæ Mariæ & omniũ ſanctorũ: dominus abſoluat te,& autoritate ipſius ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis. In nomine patris.&c.

De ſimonia.

SImonia eſt voluntas deliberata emendi vel vendendi ſpirituale, ſeu annexum ſpirituali. diff.
Nomine emptionis intelligitur omnis contractus non gratuitus, & nomine pecuniæ qua emptio & venditio fit, omne quod pecunia eſtimari poteſt. Vt igitur quis dicẽdus ſit ſimoniacus oportet q̃ intendat accipere aliquid pro ſpiritualibus quaſi precium quod eſt contra iuſtitiam cum nullo precio emi poſsint. Si autem exhibitis primo ſpiritualibus gratis: poſtea aliquid exigat ad ſui ſubſtentationem, vel quia ſic eſt conſuetudo: vel quia ius hoc ſtatuit, non erit ſimonia, debet etiam ceſſare omnis pactio & conuentio: quia ſi interueniat pactio promiſſa cantanda & pro ſimilibus: etiam ſi nõ petatur aliquid vt precium ſed vt ſubſtentamentũ, præſumitur ſimonia. Et quando

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſimonia eſt in ſola voluntate ita ꝙ nulla pactio ad extra fit: dicitur ſimonia mentalis & euadit pœnas iuris, ſecus ſi ad extra procedat.

Secundum Panor. in ca. 1. de ſimo. qui confert ordines ſi habet ſalarium nihil debet accipere pro conferendis ordinibus: ſi autem non eſt ſalariatus licite poteſt aliquid accipere: collatis gratis primo ordinibus pro ſuo labore cõſiderata laboris & negocij qualitate & non ordinis, vnde ſine dubio ſimonia eſt plus exigere pro ordine digniori. Similiter ſecundum Hoſtien. ſi in Eccleſia ſint diuerſa cimiteria: & taxetur pro quanta pecunia quis ponatur in tali cimiterio vel ſepeliatur in tali parte Eccleſiæ: ſimonia eſt. in. ca. audiuimus. de ſimo. & ca. abolendę. & ca. ſicut. quia quamuis pro loco et terra ſepulchri in qua nullus eſt ſepultus, & quæ non eſt deputata ſepulturę aliquid poſsit peti: poſt quàm tamen eſt deputata autoritate Epiſcopi vendi non poteſt ſecundum omnia iura, verum eſt ꝙ ceſſante prohibitione iuris poſitiui: vel ſi illa eſt per contrariam conſuetudinem obrogata: terra ſepulchri vendi poſſet habito reſpectu ad id quod eſt corporale in ea, non ad ſpirituale: & pro maiori precio ſecundum ꝙ locus eſt honoratior: vnde neſcio quomodo poſsint excuſari à ſimonia, petẽtes certam ſummam pecuniæ, à volentibus ſepeliri in ſuis capellis maioribus vel in certa parte Eccleſiæ: niſi dicatur quòd habent reſpectum ſolum

ad id

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ad id quod eſt corporale, dantes gratis quod eſt ſpirituale: dicentes quòd iura quæ prohibent vẽdi etiam illud quod eſt corporale ſunt abrogata per contrariam conſuetudinem ſcientibus & ſic practicantibus prælatis Eccleſiæ: poteſt etiam dici ſecundum Panor. q̃ ſi dicatur date nobis tot pro ſepultura ſimonia eſt. ca. non ſatis. Si vero dicatur conſuetudo eſt quòd detur aliquid pro loco ſepulturę ſeruate conſuetudinem non erit ſimonia. ca. ad apoſtolicam, itaque non ſtante prohibitione prædicta excuſari poſſent vendentes ſuas capellas: ſi ſolum petunt ſeruari laudabilem conſuetudinem, vel ſi habent reſpectum ſolum ad id quod eſt corporale & ad impedimenta quę eis proueniunt ex ſepultura in tali loco. Similiter ſimonia eſt ſi pro maiori precio portetur ſpecialis crux, vel campanæ maiores pulſentur.

Ad euadendam ſimoniã in diſpenſatione ſpiritualium, cauendum eſt primo, ne ſit corrupta intentio emendi vel vendendi ſpirituale. Secundo ſeruanda eſt forma honeſta in petendo: ita q̃ nihil petatur niſi quia ſic eſt pia cõſuetudo, vel quia ius concedit poſt gratuitam ſpiritualium collationẽ: vnde ſtatuta per verba affirmatiua de faciẽda proceſsione, portanda cruce, miſſa dicenda & huiuſmodi liberant à ſimonia: vt ſi dicatur quicunque dederit tot habeat tot miſſas & fiat proceſsio pro eo, ſi vero fiat per verba negatiua puta non fiat

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

processio nisi pro dante tot simonia est. Omnis simoniaci in ordine vel in beneficio sunt excõmunicati & à solo Papa sunt absoluẽdi: vt patet in extrauag. Martini. 5. in concilio constantiensi quæ incipit. Sacro. Vide infra.

De vsura.

VSura est lucrum principaliter intentum ex mutuo. Dicitur autem lucrum omne crementum vltra capitale: & proprie loquẽdo non est mutuum nisi in rebus quæ vsu suo consumũtur. Habet autẽ res duplicẽ vsum, scilicet principalem & secundariũ sicut principalis vsus pecuniæ est distractio secundarius vero ostentatio diuitiarum vnde si tradatur pecunia ad vsum quo nõ distrahitur, non erit mutuata sed locata. ¶ Notandum q̃ in mutuante partim spe lucri, & partim ex beniuolentia lucrum est principalis intentio: si eo cessante non mutuaret, & secundaria est beniuolẽtia: & econtra principalis intentio est beniuolentia si ea cessante nõ fieret mutuum, principalis autem intentio lucri est quæ facit vsuram non secundaria sicut & in simonia, vnde vbicunq; concurrunt ista tria. Lucrum principaliter intentum, mutuum, & pactum est vsura formalis: vbi vero cessat pactũ sed sunt alia duo est vsura mẽtalis: & in hoc consistit tota materia vsurarum. ¶ In his casibus licet

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

licet accipere vltra ſortem ſine vſura. Primo quando Eccleſia vel laicus recipit à ſuo vaſallo feudum in pignus. ca. i. de feu. Eſt autem feudum beneficiũ conceſſum alicui rei immobilis manente proprietate eius apud dominũ. Secundo quando ſine omni pacto recipitur gratis oblatum. Tertio ratione lucri ceſſantis, dum modo lucrum ceſſans eſſet quaſi in actu & probabiliter ſperaretur, ſi enim eſſet ſolum impoſsibilitate hoc non licet. Vbi dicit ſanctus Thomas. ſecunda ſecundæ. quæſtione. 78. ſecundo. quòd mutuans non poteſt deducere in pactum lucrum ceſſans: quia non debet vendere, quod nondum habet & poteſt multipliciter impediri: patet quòd loquitur de lucro incerto: ſecus ſi lucrum probabiliter ſit certum: ideo ſine ſcrupulo poteſt deduci in pactum, lucrum ceſſans concurrentibus his. Primo quòd mutuans malet lucrari alia via ſed facit ex amicitia. Secundo quòd habeat compotum de laboribus periculis & expenſis, quia lucrum dicitur deductis expenſis. Tertio quòd pactum non fiat ad ſemper: quia preſumeretur, ꝙ malet lucrari illa via: quàm alia. Quarto quòd non ſit alius in tanta inopia quòd teneatur ei mutuare. Quinto quod id quod recipit ſit intereſſe lucri certi. Quarto ratione damni emergentis vt ſi propter mutuum neceſſe habeat vendere res ſuas viliori precio. Quinto ratione dotis ſi vir ſuſtineat onera matri-

monij:

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

monij:poteſt frui poſſeſsione data à ſocero in pignus nec computabit fructus. de vſu. ca. ſalubriter. Sexto licet accipere vltra ſortem ratione pœnę appoſitę. Si tamen creditor malet debitorem pœnam incurrere, quàm ſibi in termino ſoluere: ſecũdum Scotum eſſet vſura. Similiter ſi non ſoluit in termino propter impotentiam, vel ſine culpa ſua: quia vbi non eſt culpa non debet eſſe pœna. l. ſancimus. c. de pœni. Septimo ratione periculi: quia res extra periculum plus valet, quàm res eiuſdem ſpeciei in periculo: ſecundum docto. in ca. nauiganti. de vſur. Octauo ratione adminiſtrationis puta tenebatur collocare pecuniam alterius in aliquo fructuoſo, & nõ fecit ſicut tutor: ille cuius erat pecunia poteſt vltra ſortem tantum petere quantũ lucri veri ſimiliter habuiſſet: ſi vt debuit collocaſſet. ff. de admi. l. tutor. Nono ratione hoſtilitatis, nam quem poſſum ſpoliare rebus & perſequi gladio: licite ab eo exigo vſuras, ſublato tamen ſcandalo. 14. q. 4. ab illo. Decimo ratione oſtentationis, do tibi pecuniam ſignatam ad oſtentationem vel ad impignorandum: ita q̃ volo eandem in numero mihi reſtitui: poſſum aliquid lucri habere quia non eſt mutuum ſed locatio. Vide infra.

De ſcrupulo.

Scrupu-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

SCrupulus eſt motus animi in vnam partem ex leuibus rationibus, qui puſilanimitas dici tur. Cauſatur autem vel ex complexione ad timorem apta, vt eſt frigida & melancholica: vel ex ægritudine ſeu debilitate vt propter nimias vigilias & abſtinẽtias vel ex ſocietate ſcrupuloſorum, vel ex tentatione dęmonum, de hac Bern. Puſilanimitas parat turbationem, turbatio deſperatione. Ad tollendam hanc paſsionem ſunt multę regulę. Prima eſt remotio ſeu mitigatio cauſæ per medicinas et moderatas recreationes. Secunda eſt quòd talis præparat ſe dolẽdo de præteritis & proponendo cauere de futuris: nam facienti quod in ſe eſt, nunquàm deficit Deus. Tertia eſt vt deuote oret & legat libros ſanctos. Quarta ſuper omnia obediat prælato & viris doctis & ad dictum eorũ formet & deponat conſcientiam: & ea depoſita faciat crebro contra ſcrupulos & hoc eſt potiſsimũ remedium. Quando dęmon latenter obicit quòd in dubijs tutior pars eſt eligenda, reſpondeat ſcrupuloſus: hoc non eſſe præceptum ſed conſilium, alias omnes relicto ſeculo deberent monachari, quia hoc eſt tutius, ſufficit ergo eligere tutum. Si iterum dicat quòd amans periculũ peribit in illo: & per conſequens incedens per viam laxiorẽ peccat, reſpon. hoc eſſe verum quando quis non magis pendet ad vnam partem quàm ad aliam & manens ſic dubius operatur ſecus quando probabiliter ma-

ter magis declinat ad alteram partem: quia in moralibus nõ possumus habere demonstrationes, sed sufficit habere probabiles rationes, & sic credit in formata ratione: quamuis ex alia parte habeat scrupulum & timorẽ, quia talis non peccat, etiam si sit falsa opinio quã sequitur: dũ tamen non fit contra sacram scripturam manifeste, vel contra determinationẽ Ecclesiæ. Si. 4. sugerat ꝙ secundũ Grego. bonarum mentiũ est agnoscere vbi culpa non est, respon. ꝙ secundũ docto. intelligitur agnoscere, idest timere non autẽ determinare. Si ad huc obijcit, si esses in articulo mortis, nolles sic mori, dicat ꝙ in tali articulo multa faceret homo quæ nõ sunt necessaria nec expediret facere in tota vita.

Notandum ꝙ scrupulosi frequenter debent vti epicheia quæ est virtus qua quis seruata legis intentione verba legis non seruat: quod in multis casibus licet secundum sanctum Thomam secunda secundæ. quæstione. 120. maxime scrupulosis interpretando discrete præcepta etiam diuina præcipue affirmatiua: quæ interpretatio licet in foro causarum spectet ad legis latorem: tamen in foro conscientiæ pertinet ad quemlibet in facto suo, & in epicheizando præcepta humana & diuina vtetur his regulis. Primo vbi sunt variæ opiniones eligat & sectetur ipse opinionem plus facientem ad securitatem suæ conscientiæ, quia hoc licet. Secundo semper amplectatur interpretationem

mitio-

(c) Comunidad Autonoma de La Rioja

mitiorem circa præcepta: quia præcepta Dei & Eccleſiæ non ſunt ad tollendum ſpiritualem dulcedinem, quanto tollit ſententia ſcrupuloſa. Tertio nec Deus nec Eccleſia ſecundum Docto. intendit obligare ad vix poſsibile: quia vix poſsibile, dicitur impoſsibile: alias onus domini non eſſet leue, & Deus non eſſet benigniſsimus homini, quod eſt falſum. Quarto nec Deus nec Eccleſia intendit aliquem obligare, vt appareat fatuus: ſicut nec vota quorum redditio eſt de iure diuino, ſi ſunt fatua ſunt implenda. Quinto vita bonorum ſummi debet in exemplum & eis eſt credendum: quia præſumitur eos habere rectum iudicium, ſicut habent bonum affectum. Sexto in his quæ ſunt mala quia prohibita ſicut illa quæ ſunt de iure poſitiuo excuſat conſuetudo præſcripta, quia tollit legem & ipſa eſt optima legum interpres: immo ſecundum Silueſt. excuſat, quamuis non ſit præſcripta: dum modo ſit rationalis & tollerata ſcienter à legis latore non reclamante cum poſsit.

Notandum ꝙ nemo debet formare conſcientiam ꝙ ſit excommunicatus, quãdo non eſt certus ꝙ peccat mortaliter in aliquo facto: quia ſine mortali vero vel præſumpto nemo eijcitur ab Eccleſia quod eſt maxima pœna: & petẽs conſilium ab aliquo quem credit doctũ et eſt cõmuniter bonę opinionis: ſi ille malũ conſiliũ det excuſatur ipſe qui

petit

petit in his quæ non ſunt contra manifeſtam Eccleſiæ vel ſripturę determinationem: quia ſic facit quod poteſt & debet, & nemo obligatur ad impoſsibile. Ad formandam conſcientiam ſic ſe debet habere. Ex varijs dictis multorum in alterius præiudicium, non eſt informanda conſcientia: & ſi formetur deponenda eſt ad conſiliũ boni viri, ſi vero deponi non poteſt ſequẽnda eſt: quia faciens contra conſcientiam ædificat ad gehenam. In indifferentibus autem poteſt quilibet ad placitum formare conſcientiam.

De locatione.

VTrum propter ſterilitatem excuſetur locator à ſolutione pẽſionis. de hac. q. multa loquuntur docto. in. ca. propter. de locato & condu. ſecundum tamẽ quòd colligitur ex dicto. ca. & tenent communiter docto. præſertim Floren. Angelus & Silueſ. dicendum q̃ ſi in contractu locationis locans accipit ſuper ſe periculum ſteritatis & cuiuſcunq; fortuiti caſus: cum contractus ex conuentione legem accipiant, & in re propria quilibet ſit moderator & arbiter: & licite à quocunq; quis accipit, quod alius ſibi ſponte dat, conuentioni ſtandum eſt de rigore: de naturali tamen æquitate ſi ex locatione vel aliunde nullum emolumentum accepit vel accepturum ſe ſperat q̃ualens

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ualens a tali domino: vt si sterilitas non potest cõ-
pensari per fertilitatem præcedentium vel sequẽ
tium annorum, non debet dominus hæreditatis
aggrauare locatorem: maxime si sit pensio magnę
quantitatis, quia quęcũque vultis faciãt vobis ho
mines: eadem facite illis dicit dominus, & secũdũ
rectam rationẽ dominus in tali casu vellet sibi fie
ri remissionem, si ipse teneretur, & ex præcepto
charitatis proximus diligendus est sicut nos ipsi.
Aduerte tamen quòd si generaliter renunciauit,
& nullus casus est expressus secundũ Ioan. an. ca.
vnico de cõmoda, non tenetur, vt si dixit quòd vo
lebat teneri de omni casu fortuito. facit. le. sed &
si. §. quæsitum. ff. si quis cau. Sed si numeratis ali-
quibus specialiter: secuta est renũciatio generalis,
per illam generalem renũciationem non veniunt
casus maiores expressis, sed solum cõsimiles etiã
si apposuit iuramenrum, quia iuramentũ nõ obli
gat vltra consensum iurãtis. ca. veniẽs de iure iur.
In tribus igitur casibus tenetur quis de casu fortui
to. Primo quando culpa præcessit vt si cõmodaui
equum vt ires cordubam & iuisti xiricium & inci
disti in latrones, imputabitur tibi. Secundo quan-
do fuit in mora puta non reddit quando debuit &
fortuito pdit imputabitur sibi nisi eo modo esset
peritura res apud dominum. Tertio quando in-
teruenit pactum de fortuito. Est autem casus for-
tuitus euentus repente rei qui præuideri nõ potest

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

nec resisti, vt hostium incursus incẽdium, terremotus & huiusmodi.

De facto occulto.

QVando peccatum est publicum & peccator occultus sicut quando apparet homo occisus & nescitur homicida, lata sententia excõmunicationis contra occisorẽ si infra tot dies non venit satisfaciendo, vtrum homicida occultus teneatur seipsum manifestare alias incurrat Super hoc varie loquuntur docto, veritas tamen est secundum quòd comunius tenetur quòd cum occisor prædictus sit manifestus per se licet sit occultus per accidens ex defectu probationis & testium, sine dubio quàtum ad illud subditus est & de iurisdictione exteriori Ecclesiæ & respondere tenetur alias incurret, respondebit tamen in secreto per se vel per alium offerẽdo satisfactionem ad arbitrium boni viri secundum quòd potest, ita tamen q̃ famę & personæ suę nullũ sequatur ineõ uenies, & si infra assignatum terminum non posset sine euidenti præiudicio suę personæ respondere nisi quãtũ satisfactio requirit videtur quod liceat sibi differre manifestationem sui, vsque ad aptũ tẽpus & interim non incurret excõmunicationẽ dum modo paratus sit satisfacere lęsis, quia intentio Ecclesiæ excõmunicantis est quod satisfaciat de perpetrato scelere sine sui præiudicio.

Quęritur dato quòd fiat pręceptum de non intrando

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

trando inaliquem locum,ſicut ſæpe fit inter religioſos,vtrum qui nullo videntę ſecrete contraue nit tranſgrediatur præceptum: videtur quòd nõ nã occulta nonſubſunt humano iudicio ſed ſoli Deo iuxta illud primo rẽg.16.hõ videt quæ patẽt Deus autem intuetur cor,& prima cori. 4.nolite ante tẽpus iudicare,quo ad vſq; dominus veniat. &c.ſed talis actus eſt omnino occultus.ergo. Dicendum quòd talis tranſgreditur præceptum, & incurrit omnes pœnas præcepto appoſitas, ſicut ſi quis diſcredat articulis fidei in ſolo corde perfectiſsime eſt hęreticus cũ habeat errorẽ & in fide & cũ pertinatia, q̃ tria cõſtituũt perfectã rationẽ hęreſis,& tamẽ nõ eſt excõmunicatus,nec aliarũ pœnarũ iuris poſitiui reus,ſi tamẽ aliquo exteriori opere vel verbo hęreſim exprimat,ſtatĩ eſt excõmũicatus etiã ſi nullus videat vel audiat, ſimiliter in propoſito,ad rationẽ in cõtra dicẽdũ ꝙ dupliciter aliquid eſt occultũ .ſ. perſe & per accidens. Occultum per ſe eſt quod ex ſua ratione ſibi vendicat,non ſubeſſe cognitioni ſenſitiuę a qua incipit humana cognitio, ſecundum quam iudicat Eccleſia,occultum vero per accidẽs eſt quod licet ſenſui ſubiacet teſtes tamen non habent.Occultũ etiã per ſe quale eſt actus ĩterior,dupliciter cõſideratur:vno mõ ſecũdũ ꝙ eſt in ſolo corde.alio mõ ſecudũ ꝙ eſt cã cõmiſsionis vel omiſſiõis exterioris vt cum quis ex odio interiori facit vel omittit

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

aliquid extra ſiue illud ſit locutio ſiue operatio qualiſcũque. Quamuis igitur occulta per ſe primo modo Eccleſiæ cẽſuris non ſint ſubdita, occulta tamẽ per accidens & ex defectu probationis vt ſunt facta exteriora ſecretiſsima, & actus interiores vt ſũt cã & rationes exteriorum cõmiſsionum vel omiſſionum ſubiacent iudicio Eccleſiæ & cenſuris: ex quo patet quòd prohibitio facta inquiſitoribus ne odio vel amore omittant procedere contra hęreticos ſub pœna excõmunicationis nõ fit propter actum interiorem pręciſe. ſed propter exteriorem ex interiori odio vel amore procedentem, patet etiam quòd victus tentatione contra fidem profe rens ore ſuam infidelitatem etiam ſi ſit ſolus, eſt excommunicatus.

De diſpenſatione & iuramẽto.

DIſpenſatio eſt iuris cõmunis relaxatio facta cum cauſę cognitione ab habente eius diſpenſandi. vnde ſecundum Ber. de diſpẽ. & præcep. prælati dantes licentiam veniendi contra legem ſine cauſa rationabili vel ſaltẽ dubia pro ſola voluntate, diſipatores ſunt non diſpenſatores. cauſæ legitimę ad diſpenſandum ſunt. 1. tempus, quia defectus noſtri tẽporis quo merita & corpora defecerũt, diſtrictionis ãtiquę nõ patitur manere cenſurã. diſ. 34. fraternitatis. p. q. 7. neceſſa. 2. vtilitas vt alij facilius conuertantur ad bonum. 23. q. 4.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tas.3.qualitas perſonæ,meriti & ſcien.diſ.ea.c.ta li.&.didici.4.neceſsitas.5.pietas.6.ſcandalū multitudinis.diſtin.50.vt conſtitueretur.7.euẽtus rei: & generaliter ſtandum eſt atbitrio boni viri quã do ſit iuſta cauſa diſpenſandi.&tunc peccat prælatus non diſpenſans.Si impetretur diſpenſario vel alia gratia ex falſa cauſa tacita veritate vel ſuggeſta falſitate nulla eſt.de reſcrip.ad audiẽtiam.2. & de fil.presb.ca.2.li.6. quod nota cõtra religioſos eximẽtes ſe hoc modo,quia vere ſunt fugitiui vel apoſtatę.Quanuis Epiſcopus non poſsit diſpẽſare cõtra canones & concilia:niſi in his quæ ſibi expreſſe conceduntur.vt in.ca dilectus de tempo.ord.ſi tamen accidat aliquis caſus tempore conſtitutionis inexcogitatus magnæ neceſsitatis & vtilitatis ſine dubio præſumendum eſt quòd Papa qui eſt paſtor omnium & nõ debet quęrere quæ ſua ſunt ſed quæ ouium Ieſu chriſti: cum prælatus ſit propter pòpulum & non econuerſo: velit in tali caſu vices ſuas Epiſcopo cõmittere & auctoritatem diſpenſandi,vnde ſi impedimẽtum eſt occultum & ad Papam nõ poteſt haberi recurſus & ſeparatio ſine magno ſcandalo fieri non poteſt,ſicut ſepę accidit in mulieribus cognitis a conſanguineis viris ante contractum matrimonium,Epiſcopus diſpẽſare poterit in gradibus prohibitis in matrimonio ponendo ſpem in rati habitione Papæ & idem in omni caſu emergẽte:in quo Papa ſi adeſſet rite in

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

formatus & recte vtens claue ſecundū rectā ratio nem diſpenſare deberet, quia nullus debet mane re ſine remedio: nec vult Papa animas manere in huiuſmodi laqueis quę romā mittere vel adire nō poſſūt ſic tenet Ioā. de ligna. in. ca. at ſi clerici. de iudi: & panor. in. ca. dilectio, de cōſan. & affin. an gel. Roſel. & Siluеſ. & in deffectu Epiſcopi hoc li cebit proprio cōfeſſori. ¶ In omni iuramēto pro- miſſorio ſecūdū docto. in ca. quemadmodū de iu re iur. ſubintelligūtur multæ cōditiones quæ ſi ex primātur, iuramētū nō debet dici cōditionatum. Primo ſubintelligitur ſi Deo placuerit. 22. q. 2. Beatus. Secūdo. ſi Papæ placeat. ca. veniētes. eo. tit. immo in omni iuramēto intelligitur auctori- tas cuiuſcunq; ſuperioris excepta. ca. ætate. eo. tit. Tertio ſubintelligitur ſi res in eodē ſtatu perma- neat. ea. quēadmodū. eo. tit. vt ſi promiſſi aliquā ducere vxorem ſi illa eſt fornicata vel leproſa eſſe cta, nō teneor ſeruare ī iuramētū, & hæc mutatio rerum excuſans a iuramento dupliciter fit. Primo quādo caſus nouiter emergens eſt talis ꝙ ſi fuiſſet a principio iuramētū fuiſſet temerariū. Secundo quādo eſt talis ꝙ ſi fuiſſet a principio iurans non iuraſſet, quia in tali caſu non intēdebat ſe obliga re actu, nec habitu quia ſi de eo cogitaſſet non ſe obligaſſet. Quarto ſi ſeruetur mihi fides & pro- miſſum. eo. tit. ca. peruenit. Quinto intelligitur ſi res ſit honeſta & poſſibilis. ca. ēq̄madmodū, &c. ca.

quinta

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quinta valis.en.tit. Sexto si subsit facultas.ca.quę relam. &c. breui, vbi habetur quòd difficultas excusat a periurio. Septimo si iuraui stare præceptis alicuius, intelligitur si non præcipiatur aliquid immoderatum.d. ca.quintaualis,quia iuramentum non extenditur ad verisimiliter non cogitata.d.ca.quemadmodum,nec obligat vltra cõsensum.ca.veniens. Octauo quando quis iurat factum alterius intelligitur quòd ad hoc bona fide laborauit,de spõ.ex litteris. Nono si iuraui quòd nõ ero tibi contrarius, intelligitur nisi ius meum vel meorum defendendo.eõ.tit.ca.petitio.Decimo si vir & mulier iurent contrahere,intelligitur nisi alteri accidat aliquid turpe, vel nisi ex mutuo cõsensu inuicem se absoluant.de spõ.ca.2.Vnde cimo si iuro tibi tanquã regi vel Episcopo intelligitur nisi deponaris. Duodecimo si facta pace cũ aliquo iuro non offendere,restringitur ad offensam ratione inimicitię præteritę non ad nouã expost facto insurgẽtẽ:secũdũ panor.ca.cum inter. de renun.Decimo tertio si iuro non expellere inquilinum intelligitur si soluat pensionem & si pater iurat nõ exhęredare filium intelligitur nisi crimen ingratitudinis cõmittat. ff. d. verbo. obli.l. quidam cum filiũ,similiter si conductor præterit id ad quod tenetur ex cõtractu,locator non tenetur ei ex promissione locationis .ff.loca.l.quęro & generaliter in cõtractu in quo aliquid ex vtraque

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

parte promittitur, vnus non tenetur seruare quod promisit, si alter nõ seruat id propter q̃ promisit.

De irritatione voti.

SCiendũ quòd irritatio voteſt anullatio obligationis voti ex beneplacito irritantis, vt cum vir dicit vxori, nolo quòd ſerues hoc votum. Diſpenſatio eſt anullatio obligationis voti ex cauſa rationabili, ſicut cum determinat prælatus non eſſe bonum aliquod votum ſeruare. Commutatio eſt anullatio obligationis voti cum ligamine ad aliquid aliud faciendum, ſicut ſi eiqui vouit peregrinationem, imponatur ieiunium. Redemptio eſt annulatio obligationis voti cum ligamine ad aliquid dandum. Vnde irratio ſecundum palu, & alios doctores in.4.diſti.38.fieri poteſt ſine cauſa ad libitum irritantis ita quòd nec potens irritare peccat irritando: cum vtatur iure ſuo niſi irritet ſine cauſa legitima quod prius conceſſit, quia peccat ſic irritando. Secundo. ſecundum Siluеſ. ſi irritat malicioſe fingens multum præiudicare, quod parum præiudicat quia arbitrium & poteſtas non cõcedentur niſi ad iudiciũ boni viri. ff. pro ſocio. 50. in propoſita. &. 11.q.3. priuilegium. non tamẽ peccat ſubditus obedienda cum a principio votũ fuerit inefficax, nec ſubditus debeat iudicare de intentione præcipiẽtis ſuperioris nec de eius præ-

cepto

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

cepto in his in quibus potest præcipere. Dispen-
satio autem vt teneat non solum requirit autorita
tem in dispensante sed etiam causam ex parte dis-
pensati, quæ est vtilitas vel necessitas ipsis vel rei
publicę, etiã si dispensans sit Papa. quia Petro da-
ta est auctoritas non in destructionem sed in ędifi-
cationẽ, in his tamen quæ non sunt mala nisi quia
iure positiuo prohibita ad libitum abrogare & a
fortiori dispensare potest. Commutatio & redem
ptio differunt: sicut permutatio & emptio, vn-
de, permutatio voti est si habenti votum ad vi-
sit andum sanctum Iacobum vbi habet hostes: im
ponatur quòd visitet limina Apostolorum, redem
ptio vero est si impedito ire imponatur tãtũ dare
pro Deo: quantũ erat expensurus, quæ redemptio
debet esse ęqualis & iusti prętij. de vot. ca. magnę.

Notandum quòd pater: tutor & tutrix irritare
possunt omne votum impuberis personale. 1. res-
piciens personã: vt de religione & abstinentia, &
reale. 1. de rebus dandis, & similitur votum reale
minoris. 25. habentis curatorẽ vel existentis in po
testate patris: si tamen pubes intret religionem ꝙ
facere potest inuitis parentibus & curatoribus, eo
ipso dedicat omnia bona sua, quæ nisi esset maior
25. ãnis aliẽare nõ posset nisi se alienãdo. similiter
si impubes intrauit & nõ fuit retractus, bona eius
retrahi non possunt, item si habens vsum rationis
non habet parentes: tutorem nec curatorem & vo

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

uet bona ſua Deo & nõ ſe: licet in hominẽ aliena-re non poſsit, in Deũ tamen poteſt: ſi tamẽ notabi liter inueniatur deceptus reſtitui debet. Igitur ad libitũ ſine cauſa pater & mater irritare poſſunt vo ta omnia etiã religionis filiorũ impuberum & filia rum: & tutor & tutrix pupilli, & curator minoris, & vir vxoris: dominus ſerui & prælatus ſubditi, ſimiliter vota puberũ per quæ præiudicaretur eorũ regimini ſiue ſint realia ſiue perſonalia nõ aũt alia. Nota q̃ ãgel. aſcribit. ſ. tho. q̃ impubes doli capax poteſt facere votum ſolẽne religiõis niſi irritetur, quod eſt cõtra. ca. 1. de reg. li. 6. vbi profeſſus ante. 14. annũ libere poteſt redire ad ſeculũ. Roſel. vero imponit eidẽ q̃ puer ante pubertatẽ non poteſt ſe voto religionis obligare: mens autẽ. ſ. th. eſt q̃ impubes nõ poteſt facere votũ ſolẽne religionis etiã de conſenſu patris vt dicitur in. d. c. 1. ſi vero ſit doli capax facere poteſt votum ſimplex & obligabit eum, dicitur autẽ vir impubes ante cõpletum. 14. annum, fœmina vero ante cõpletum. 12. Ex dictis infero q̃ filij familias poſſunt poſt pubertatẽ voue re & impiere tenentur etiã inuitis parentibus quã tum ad pertinẽtia ad ſuam perſonã vt de ingreſſu religionis: de cõtractu matrimonij & huiuſmodi quæ nõ præiudicant regimini domus & familiæ, ſed quo ad ſpectãtia ad diſpenſationẽ domeſticã: non poſſunt ſine cõſenſu patris vt de eleemoſyna peregrinatione & huiuſmodi. Quod fallit. 1. in vo-

to ter-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

to terræ ſanctæ ꝙ emittere poteſt filius familias. de vot. ex multa. 2. in peculio Caſtrenſi vel quaſi, quia in his eſt ſui juris. 3. ſi pater cõ ſenſit explicite vel tacite non cõtradicẽdo ſecundũ Inno. Secũdo ſequitur ꝙ licet ſeruus nõ poſsit vouere ea per quę ſubtraheretur ab obſequio domini vt peregrinari & huiuſmodi: poteſt tamen ſe obligare ad oratio-nes dicendas ad caſtitatem ſeruandã & ſimilia in-uito dño. arg. c. relatũ. de ſen. ex. ſimiliter ſicut v-xor nõ poteſt aliquid in præiudiciũ viri vouere: vt de abſtinentia, dormire cũ camiſia, ſurgere ad ma tutinas & ſimilia, ſic nec vir.

Nota quòd ſi pater aut alius irritauerit votum continentiæ vel aliud emiſſum ab impubere: non tenetur amplius impubes ad illud ſi fuit irritatum rite, ideſt, quantum ſe extendit poteſtas irritan-tis mortuo irritatore, vel eius poteſtate expirante: quia obligatio ſemel extincta non reuiuiſcit. ca. de remiſ. pigno. l. cum ex cauſa, etiam ſi feciſſet vo tum explẽdum ſolũ poſt expirationẽ poteſtatis & hoc tenent cõmuniter doctores ſiue fuerit votum religionis ſiue aliud quodcũq;, ſi vero reuocauerit votũ factum à pubere vel ab vxore vel ſeruo tenen tur iſti ſoluta poteſtate irritantis ſua vota implere ſecundũ Inno. in. ca. ſcripturę. de vot. & Petrus de Palu. & Roſel. ſed Panor. in. d. c. dicit ſe dubitare propter. c. quidã. &. c placuit. de conuerſ. coniug.

vbi ma-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

vbi maritus ingressus religionẽ contradicẽte vxore & ei restitutus, ea mortua nõ tenetur iterum intrare, quia emisit votum tempore inhabili. & idẽ videtur in filio familias: ex quo voti expletionem non contulit in aliud tempus habile: hanc opinionem tenent simpliciter Angel. Siluest. & multi alij & videtur esse sancti Tho. nam secundum ipsum: vota eorum qui sunt sub alterius potestate nõ sunt firma sine eorum consensu, & in votis talium sub intelligitur conditio si placuerit superioribus, & sicut tenẽtur tales complere vota sua expirante potestate superioris si ab eo non fuerint legirime irritata, sicut habetur in. c. cõsuluit. de cõuer. coniug. vbi ingressus religionem vxore non petente in vita, ea mortua cogitur in ea perseuerare: ita si legitime sunt irritata dicta potestate expirante nõ tenẽtur ea complere: nisi quatẽus vouerunt aliquid sui iuris. sicut ingressus religionem reuocatus per alium coniugem eo mortuo non tenetur religionem adire: sed solum caste viuere & non exigere quia illud promittere potuit: sic habetur in. c. quidam. de conuer. coniug. quia secundum docto, in materia voti procedit illa regula iuris. si non valet quod ago vt ago: valeat vt potest valere. Aduerte etiam quòd magna differentia est inter puberem & impuberem: nam impubes ita subiicitur parentibus vel tutoribus quòd non habet voluntatem, sed voluntas parentum est voluntas pueri & per.

consequ[illegible]

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

consequens nec de se nec de rebus potest pro tũc disponere etiam si sit doli capax sine eorum consensu, sed pubes habet propriam volũtatem & vouere potest & implere tenetur omnia quæ nõ prę iudicant superiori: & idem de seruo & de vxore. religioso excepto, qui est vt impubes nõ habẽs velle nec nolle, vide de his. numeri. ca.30. Nota q̃ in voto negatiuo puta non bibendi vinum tocies est mortale. quoties agitur contra illud si iteretur actus interior & exterior, nõ autem si solum actus exterior secundum palu. quia peccatum per se est in actu interiori. Vnde qui vno actu volũtatis vult furari & męchari vel furari plura, quo ad Deũ vnũ peccatum cõmittit: licet plura furetur secundum iudicium hominum: in voto autem affirmatiuo puta ieiunãdi non est mortale nisi prima vice qua agitur contra votum nisi ex contemptu vel scandalo si inde sequatur.

Quãuis reddere votũ sit de iure diuino in quo Papa non potest dispensare: potest tamen in aliquo casu declarare illud quod prius erat materia voti: iam non esse materiam aptam ad votum: vt quia fit malum vel inutile vel maioris boni impeditiuũ & per cõsequens non est seruandum, & ita dispensatio in voto magis est iuris declaratoria quam relaxatiua, Papa dispensare potest in voto solenni continentiæ per susceptionem sacri ordinis vt quòd sacerdos contrahat secundum omnes

docto

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

docto, quia votum castitatis est annexum accidentaliter ordini sacro ex statuto Ecclesiæ secundum sanctum Thomam. 2.2. quçsti. 88. 7. in voto autẽ solenni castitatis ex professione ex nulla causa etiam vrgentissima dispẽsare potest, quia periculis humanis per res humanas obuiãdum est & non per res diuino cultui mancipatas vnde leui. vlt. animal quod imolari potest si quis vouerit sanctificatum erit & mutari non poterit nec melius malo nec peius bono. & de stat. mon. c. cũ ad monasterium dicitur. abdicatio propietatis sicut & custodia castitatis adeo est annexa regulę monachali, vt contra nec sũmus pontifex possit indulgere, sic tenet sanctus Tho. 2.2. vbi supra & alber. in. 4. disti. 38. capre. & Siluest. Sed Pulu. cũ omnibus fere docto, quos sequitur Caietanus tenent oppositum, quia in omni voto intelligitur excepta auctoritas Papę nec est aliquod votũ adeo acceptũ Deo q̃ nõ possit in melius cõmutari, et quę adducuntur in contrarium intelliguntur quòd non potest passim & pro libito suo secus in casu vrgentissimę necessitatis: vnde & idem sanct. Tho. in. 4. vtrãque opinionem vt probabilem posuit nec reprobauit. Dicit etiam Ric. & Palu. q̃ Papa nõ potest dispensare cum religioso in voto solẽni quãdiu est religiosus, sed potest de religioso facere nõ religiosum. quòd reprobat capreol. Mihi videtur quod cũ omnes religiones sint facticię & de iure

positiuo

positiuo sicut auctoritate Papæ sunt institutæ, ita eiusdem auctoritate possent destitui solus etiã Papa dispensat in.5.sibi de more reseruatis.s.in voto continentiæ perpetuo:in voto religionis,& in votis peregrinationis terrę sanctę,Romę & sancti Iacobi.deuot.c. ex multa. vbi dicit panor, quòd si votum terrę sanctę & sancti Iacobi esset factũ pro deuotione & non pro subsidio, Episcopus posset dispensare.facit.ca.quod super his.eo.tit. &,d.c. ex multa quæ fundatur se super subsidio,sed secundum Siluest.si Episcopus dispenset non valet dispensatio,quia licet non probetur casus hic Papalis ex hoc quòd tales communiter ad Papam remittũtur,cũ hoc esse possit ad terrorẽ vel ad cautelã vel reuerentiam:quia ad ipsum maiores causę debent referri vt dicitur in.c.maiores.de Bap.tamẽ probatur ex hoc quòd per litteras papales ista Papæ indistincte reseruantur, in voto autem castitatis temporali vt siquis vouit continere ad certũ tempus & in omni alio voto Episcopus potest dispensare. Prælati regulares sicut subditorum vota possunt irretare,ita cõmutare & dispensare. licet proprie nõ habeat in eis locum dispensatio, quia si vota præcedunt professionẽ ipso iure in professione dispẽsantur inqua tanquã in vniuersali cõcludũtur omnia alia vota tãquã partieularia,si vero sequãtur nõ sunt firma nisi cõsentiẽte prælato.

De satisfactione.

Satisfactio

SVMMA

Satisfactio est peccatorum causas excidere: & eorum suggestionibus additum nõ indulgere, vel aliter. Satisfactio est pro illata iniuria volũtaria recompensatio secundum ęqualitatem iusticiæ cum proposito non commitendi nouam iniuriam. Vnde opus satisfactorium si consideretur vt expiatiuum pœnæ, per ipsum nõ potest satisfaciẽs satisfacere pro se simul & pro alio: quia ita potest adęquari reactui vnius peccati, ꝙ non alteri. Reatus enim duorum peccatorum maiorem satisfactionem requirit, quàm reatus vnius, si vero cõsideretur in quantum est meritorium vitæ æternæ: sic magis prodest facienti, quàm alteri pro quo fit. Hæc est opinio sancti Thomæ, sed Richard. in quarta distinctione. 45. dicit quòd offerens satisfactionem operum suorum alteri: nihil perdit immo lucratur: quia plus sibi confert illa communicatio ex charitate etiam quo ad remissionem pœnæ, quàm sibi detrahatur ex tali cõmunicatione. Prima opinio vera est de rigore iusticię sed considerata Dei liberalissima misericordia tenendũ est ꝙ satisfacit etiam pro seipso: quia charitas operit multitudinẽ peccatorum, & hoc tenet Siluest. post Richard. ¶ Vtrum satisfactio facta in mortali sit iteranda. Ad hoc dicit sanctus Thomas quòd satisfactiones relinquentes effectum in satisfaciente sicut ex ieiunio relinquitur debilitas ex eleemosyna diminutio substantiæ: nõ oportet

iterare

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

iterare quia per ſequentem pœnitentiam acceptæ ſunt quo ad illud quod de ipſis manet, alias autem oportet iterare ſicut de oratione & ſimilibus. Sed nota quòd duplex eſt ſatisfactio quædam virtuoſa per quam amouetur offenſa Dei & eius amicitia reſtituitur & de hac loquitur ſanctus Tho. & per illam homo ſatisfacit Deo pro parte pœnę ſoluendæ in purgatorio ſi non eſt iniuncta æquiualẽs vel pro tota ſi fuit impoſita condigna. Alia eſt ſatisfactio ſacramentalis ad quam obligat ſacerdos non vt implendam in charitate ſed qualitercunque: & ſi hanc explet pœnitens in gratia & ſatisfacit Deo & ſacerdoti. Si vero in peccato ſatisfacit ſolũ præcepto ſacerdotis quia ſic explens non iudicabitur inobediens, & talem non tenetur iterare ſiue relinquat poſt ſe affectum ſiue non. Scotus in. 4. diſtin. 15. q. 1. quem ſequitur Angel. dicit, quòd ſatisfaciẽs in mortali: ſatisfacit etiam Deo non volũtarie ſed coacte & quòd non punietur in inferno pro peccato pro quo ſatisfecit in mortali, ſed cũ nulla fiat ſatisfactio Deo per ęquiualentiam ſed ſolum ex diuina acceptatione: ſatisfactio facta in mortali cũ non ſit Deo grata & accepta non liberat à pœna debita.

Nota quòd ſine dolo vero vel præſumpto non incurrit quis pœnam excommunicationis: nec in cauſa ſanguinis ſtatus vel famæ lata culpa æquiparatur dolo, ſed requiritur verus dolus ſecundum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

glo.& Bartho.in.l.in actionibus.ff.de in lit.iur.& ſecundū docto.in ca.vt animarum. de conſti.li.6.

Vicarius vel ſubdelegatus temporalis non poteſt ſubſtituere Vicarium, vt patet de off.vic.c.clericos niſi in his caſibus. Primo ſi habet ſpeciale mandatum ſubſtituendi. Secundo ſi ſit conſuetudo q̄ ſubſtituat quia cōſuetudo dat iuriſdictionē. Tertio ſecundum ſanctum Tho.in quoli. quando per ſe non poteſt totum explere poteſt non totum ſed partem cōmittere: quia intētio committentis eſt q̄ exequatur ſecundum q̄ poteſt.

Vtrum ea quæ ſunt mere de iure poſitiuo abrogari poſsint. Dicendū q̄ ſic tripliciter. Primo per contrariā conſuetudinem.diſ.31.ante trienniū. Secundo propter diſparē temporum ſucceſsionem. diſt.34.fraternitatis. Vbi dicitur defectus noſtri tēporis quibus merita & corpora defecerunt: diſtrictiones illius non patitur manere cenſurā. Tertio propter emergētia mala, ſicut ſerpētem æneū quē Moyſes bona intentione fecit: meritorie Ezechias deſtruxit. diſ.63. in fi. & ſanctus doctor.1.2.q.97. dicit lex humana recte mutari poteſt: quando per eius mutationem communi vtilitati prouidetur, quod de facili fieri non decet.

De abſolutione ab excommunicatione minore.

Vtrum

VTrum quilibet ſacerdos poſsit abſoluere ab excommunicatione minori. Dicẽdum ꝙ non quilibet indifferẽter: ſed qui poteſt abſoluere à peccatis, nec obſtat ꝙ quęlibet excommunicatio ſeparat à participatione ſacramentorũ & per conſequens videtur ꝙ & ab ipſa abſolutione: quia verũ eſt ꝙ ſeparat ab alijs ſacramẽtis à pœnitentia, & à pœnitẽtia in ordine ad peccata à quibus ea ſtante nullus abſolui poteſt: nõ autem à pœnitentia in ordine ad abſolutionẽ, vnde cũ excõmunicato veniẽte ad confeſsionẽ ſine ſcrupulo loqui licet. Fiet tamen abſolutio ab excõmunicatione maiori in loco, vbi non participet in diuinis antequàm abſoluatur. ¶ A maiori autẽ excõmunicatione regulariter abſoluere poteſt qui ligauit niſi in his caſibus. Primo in delegato Papæ qui inobedientem ſuæ ſententiæ excõmunicare poteſt, ſed abſoluere non poteſt poſt annũ de off. deleg. quærenti. Secundo in eo qui poſtquàm ligauit incidit in maiorem excõmunicationẽ ſecus ſi incidat in minorem quia abſoluere poſſet. de cleri. exco. ca. ſi celebrat. Tertio in incendiario quem ordinarius excommunicare poteſt ſed poſt denunciationem ſolus Papa abſoluet de ſenten. excom mu. ca. tua. Quarto quando Papa confirmat ex certa ſcientia ſententiam latam ab inferiori: quia omnia quibus auctoritatem damus: noſtra facimus. ca. ſi apoſtolice de pręben. li. 6. Quinto in eo cui Papa mandat

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

vt aliquem excommunicet ſine cognitione cauſę, quia cum talis ſit mere executor abſoluere nõ poteſt. Sexto poteſt ordinarius priuare officio clericos miniſtrantes ſacramenta hæreticis & eos ſepe lientes ſed ſine ſede apoſtolica non poteſt eos reſtituere. Septimo nullus poteſt relaxare ſententiam ſuſpenſorum per concilium eo q̃ beneficia ſcienter indignis contulerunt niſi Papa vel vnus de. 4. patriarchis. de præbend. ca. graue. Octauo ordinarius degradare poteſt ſed non reſtituere.

Inter religioſos ſolus prælatus vel alius de eius licentia poteſt abſoluere ab excõmunicatione maiori: ſi quam incurrant religioſi ſiue à iure ſit lata ſiue ab homine, alios autem à religioſis quicunq; poteſt abſoluere à peccatis poteſt abſoluere ab excommunicatione maiori lata à iure communi vel ſpeciali: quando conditor canonis ſibi non reſeruauit abſolutionem ſecundum cõmuniorem viã. ca. nuper. de ſen. excom. ſimiliter in articulo mortis quilibet ſacerdos & etiam laicus poteſt abſolue re à quacunque excommunicatione tam à iure quàm ab homine: quia neceſsitas nõ habet legem ſecundum Silueſ. Panor. & Docto. in. ca à nobis. de ſen. excõ. & iniunget quòd impedimento ceſſante præſentet ſe illi à quo de iure erat abſoluendus mandatũ eius ſuper hoc acceptaturus. de ſen. ex. ca. ea. Dicitur autem periculum mortis quodlibet periculum vicinum morti, vt ſi timet hoſtes

vel præ-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

vel prædones vel crudelitatem potentis si sit naui gaturus per loca periculosa: si obsidetur in loco vbi iaciuntur tela, si intrat bellum & similia, quando autem sit periculum probabile iudicio boni viri determinabitur.

Ab excommunicatione autem lata ab homine absoluere potest solus qui tulit vel æqualis sibi in iurisdictione successor vel superior. Et nota quòd quando superior dicit committo tibi vices etiam in his quæ requirunt mandatum speciale, si cõstat de eius intentione illa seruanda est, si autem non constat: si in commissione exprimit aliquid æqualis vel maioris importantiæ, argumentum est q̃ omnia velit concedere. Si autẽ non exprimit, non concedit, quia in commissione generali non intelligitur quis committere, quæ in specie verisimiliter non esset committurus, maxime in his quæ nõ possunt fieri sine iniuria inferioris. de procur. ca. ad agendum. li. 6.

In aliena diœcesi potest quis absoluere subditos suos & facere cum eis quæ non requirunt tumultuosam causæ cognitionem in quibus alienum territorium non læditur, alias non: quia non potest in aliena diœcesi sedere pro tribunali. 9. q. 2. Episcopum. Vnde patet quòd duo religiosi venientes ad extraneum conuentum habentes licentiam à proprio prælato vt ad inuicẽ confiteãtur possunt hoc idem in alieno conuentu: quia tales se absoluunt

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

autoritate ſui prælati qui talia poſſet ibi, etiam inuito prælato illius loci.

Abſolutio facta ex cauſa falſa nulla eſt puta dixit ſe ſatisfeciſſe cum non ſatisfecerit: quia tunc Iudex non intendit abſoluere,& abſolutio ab excõmunicatione ſicut & excõmunicatio vires recipit ab intentione.ca. venerabilis. de ſen.exco.li.6. & ſufficiunt quęcunq; verba ſignantia remotionem excommunicationis cum intentione abſoluendi: nec eſt neceſſe dicere.p̃s.vel verberare nec exprimere cauſas propter quas eſt excõmunicatus quãuis ſit bonũ. Poteſt autẽ abſolui abſens & inuitus & per litteras & ſtat aliquem abſolui ab vna excõmunicatione ipſo manente irretito alijs.

Vtrum dubius de excommunicatione debeat petere abſolutionem:dicendum q̃ ſi habet cõmoditatem abſoluentis & nullũ ſibi inde generatur præiudicium petere debet: quia in dubijs tutior pars eſt eligenda.de ſponſ.iuuenis.Si autem commode non poteſt abſolui aut ſibi ex hoc generatur præiudicium ab aduerſario: vel ſi eſt ſcrupuloſus tunc ſi dubitatio eſt leuis deponat illam ad cõſilium boni viri: ſi autem non poteſt deponere vel ſi dubitatio eſt probabilis petere tenetur abſolutionem. Poteſt autem & debet quis abſolui poſt mortem ab excommunicatione ſi habuit ſigna contritionis tempore mortis. de ſenten.excom.à nobis.

Excom-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Excommunicatum propter enormẽ percuſsionẽ clerici.regulariter ſolus Papa abſoluit vt ſi mutilauit:vel inflixit graue vulnus : vel ſi iniecit manus in Epiſcopum vel in ſuum prælatum : vel ſi percuſsit in publico vel in cõſpectu iudicis & huiuſmodi. De leui vero vt ſi quis iniurioſe tangat clericum per veſtes vel per habenas abſoluere poteſt Epiſcopus,de mediocri autem quæ eſt media inter atrocem & leuem iurioſam percuſsionẽ abſoluere poteſt Epiſcopus certas perſonas.Et in his quando ſit leuis mediocris & atrox iniuria arbitrio boni viri qui eſt confeſſor diſcretus vel alius ſapiens determinabitur: pẽſatis varijs circunſtantijs perſonarum locorum & temporum:quia ſi clerico miniſtrãti quis leuiter manus iniiciat non eſt leuis iniuria quæ alias leuis eſſet & quædam eſt leuis illata puero vel in dorſo manu vel in occulto quæ non eſt leuis illata ſeni vel in facie vel baculo ſeu publice.

In his caſibus poteſt quis abſolui citra ſedem apoſtolicã:pro violenta percuſsione perſonæ Eccleſiaſticæ,contra cano. ſi quis ſuadente.17.q.4. Primo religioſus poteſt abſolui à ſuo prẹlato dum tamen non ſit exceſſus enormis.de ſen.ex.monachi.Secundo in arti.mortis.de ſen.ex.non dubiũ. Tertio mulieres quẹcunq; & qualitercũq; lẹſerint ab Epiſcopo abſolui poſſunt,quia fœminis vagari nõ expedit. Quarto habens capitales inimicitias.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Quinto puer impubes.de ſen.ex.ca.1. Sexto officialis qui arcendo turbam caſu cum aliqua culpa clericum leuiter percutit.deſen.excom.ſi vero. Septimo vir valde potens & delicatus.ca. mulieres.eo.tit.manifeſtabit tamen Papæ negocium & ſecundum conſilium eius punietur. Octauo pauper qui non eſt ſolitus mendicare ſed viuit ex ſuo artificio:vel ſi eſt ſolitus mendicare non tamen ſufficiet ſibi prouidere ex mendicitate iter agendo. eo.tit.ca.quod de his.Nono infirmus & ſenex valitudinarius. Decimo clerici viuentes ſub eodem tecto ſi iniuria non ſit atrox.ca.quoniam.de vit.& hon.Vndecimo qui non eſt ſui iuris, vt filius familias & ſeruus.ca.relatum.eo.tit. Duodecimo quicunque habet impedimentũ aliud legitimum arbitrio boni viri.ca.quod de his.eo.tit. & vniuerſaliter in quocunq; caſu non potenti adire Papam ſufficit conſulere Epiſcopum.

De alienatione rei Eccleſiaſticę.

ALienatio ſtricte eſt actus per quem transfertur dominium:large autem dicitur alienatio locatio ad longum tempus & in materia odioſa debet ſummi alienatio ſtricte ſed in fauorabili capiatur large.ca.nulli liceat.de reb.Ecc. non alie. In his caſibus licitum eſt alienare bona Eccleſiæ.Primo ratione neceſsitatis vt ſi debita vr-

geant

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

geant & aliter ſatiſſieri non poteſt. Secundo ratione vtilitatis vt melior res habeatur. Tertio ratione pietatis pro redimendis captiuis pro ſuſtentandis egenis maritandis fœminis. 12.q.2. aurum. &. ca. ſine exceptione. Quarto cauſa inçommoditatis vt ſi res eſt inutilis. 12.q.2. terrulas. & ad has reducuntur omnes cauſæ aſsignatę à doctoribus. In alienatione ſeruanda ſunt hæc. Primo debet præcedere tractatus an expediat nec ne. Secundo debet interuenire conſenſus capituli. Tertio autoritas ſuperioris qui eſt Epiſcopus in Eccleſijs non exemptis, in exẽptis vero abbas & prior prouicialis. Quarto q̃ fiat pro vtilitate Eccleſiæ & cũ ſuſcriptione clericorum. Dicta ſolennitas requiritur ſolum in alienatione rerum immobilium & in his quæ ſeruando ſeruari poſſunt: cuiuſmodi ſunt quæ quatriennio ſeruata non corrumpuntur vel quæ fructificãt vel quæ pretioſa ſunt, vt oues vaſa pretioſa & pecunia in magna quantitate præſertim ſi ſit deputata ad emenda bona immobilia.

De excommunicatione.

EXcommunicatio eſt excluſio à communione fidelium. Eſt autem triplex fidelium cõmunio, vna in cõuerſatione & actibus corporalibus. Secunda in ſuſceptione ſacramentorũ. Tertia in actibus ſpiritualibus & bonorum ſpiri-

 tualium

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tualium participatione quæ fit vel per intẽtionem dum vnus pro alio orat, vel ratione charitatis, quæ facit omnes esse vnum in Deo. Et secundum hoc triplex est excommunicatio. Prima dicitur excommunicatio maior & anathema: quæ separat à prædicta triplici communione, de qua habes. 3. quæs. 4. engeltrudam. Secunda est excommunicatio minor. de qua. 11. quæstione. 3. cum excommunicatio quæ præcise excludit à participatione passiua sacramentorum & ab his quæ sunt via ad sacramẽta percipienda: quia sic excommunicatus non est eligibilis, nec habilis ad quodcunque beneficium Ecclesiasticum etiam si eligentes hoc ignorent vel ipsemet: non autem excludit a cetu fidelium, nec à participio bonorum spiritualium, nec à conferendis sacramentis: quãuis ipse ministando peccet. de cleri. excom. minis. si celebrat. Tertia excõmunicatio excludit à sacramentis & à communione bonorũ spiritualium, hæc infligitur à Deo pro quolibet mortali. Prima & secunda excõmunicatio aliquando infligitur ab homine, idest à iudice Ecclesiastico, aliquando à iure. Vtrũ autem cõsuetudo sine statuto & sententia reddat aliquem excõmunicatum. Pisa. & Rosel. tenent q̃ non, Host. & Angel. tenent q̃ sic: & hoc est verius, dum modo consuetudo habeat q̃ sic faciens sit excõmunicatus: quia eo casu constitutio intelligitur edita à iure vel ab homine vere vel præsumptiue.

Notan-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Notandum vt quis peccet orando pro excõmunicato. duo requiruntur. Primo q̃ oret in persona Ecclesiæ, idest, tanquàm minister Ecclesiæ, vt sacerdos tanquam sacerdos, & hæc oratio cõmuniter fit publice. Secundo q̃ oret numerãdo ipsum in membris Ecclesiæ: quod fit quando orat pro ipso in speciali simul cum alijs non excõmunicatis, vnde qui nõ orat vt minister Ecclesiæ etiam si oret specialiter, vel si non oret specialiter vt pro mẽbro Eccelesiæ: etiam si oret publice & vt minister Ecclesiæ non peccat. Ex quo sequitur q̃ in missa in memento secundum Docto. nominatim licitum est & specifice orare pro excommunicato: quia licet missa sit oratio publica, illud tamẽ spacium conceditur sacerdoti vt possit orare pro suis tanquam persona priuata cum sit in potestate eius breuiare vel prolongare orationẽ quæ ibi fit. Similiter in missa licet orare pro excõmunicato intentione generali, non in speciali: & quãdo licet sibi in speciali orare pro excõmunicato non refert quibus orationibus vtatur vtrum oret per orationes statutas ab Ecclesia, puta dicendo. Prætẽde domine famulo. &c. & huiusmodi, dum tamen non dicat illas vt pro membris Ecclesiæ.

Sciendum q̃ excommunicare proprie pertinet ad Episcopum, vnde. 16. q. 2. visis. &. 24. quæst. 3. corripiãtur excõmunicatio dicitur mucro Episcopi: curati tamen parrochiales in rebus nõ multum

arduis

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

arduis & in notorijs quæ non egent indagine iudiciali excommunicare poſſunt promiſſa monitione, niſi aliter habeat conſuetudo, quæ ſicut dat iuriſdictionem: ita tollere poteſt, et generaliter idẽ poſſunt habentes ordinariam iuriſdictionem in ſubditos. Et cum excommunicatio ſit grauiſsima pœna vt patet in.d.ca. corripiantur: non debet fieri ab homine niſi pro mortali & cum contumacia. 11. quiſtionæ. 3. nemo, quia Eccleſia non intendit præſcindere, niſi quem Deus præſcidit, vnde poteſt homo formare conſcientiam quòd vbi non peccat mortaliter: non incurrit excommunicationem, ſi tamen infligatur excommunicatio pro aliquo futuro non requiritur contumacia ſufficit inobedientia & debet præcedere ſentẽtiam latam ab homine trina monitio habens dierum competentia interualla: niſi aliud neceſsitas ſuadeat vel vnica pro tribus. de ſen. excom. conſtitutionem. l. 6. alias eſt iniuſta & Iudex eſt ſuſpẽſus per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ. eo. titu. ſacro & fieri debet in ſcriptis expreſſa cauſa ſub eadem pœna. ca. medicinalis. li. 6. eo. tit. quam pœnam ſi nõ ſeruat eſt irregularis à ſolo Papa diſpenſandus. Quando mandatur aliquid ſub pœna excommunicationis comminatio eſt ſecundum Doctor. ſententiæ ferendæ & non lata ſententia: ſi autem addatur quam ipſo facto incurras lata ſententia eſt.

Quand

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Quando excommunicatio non liget.

SCiendum quod excommunitio lata ab homine in his casibus est nulla secundum Docto. in ca.solet.&.ca.præsenti. li.6.eo.tit. Primo quando fertur à non suo iudice. 11.q.3.sententia. Secundo,quando fertur à suo iudice excommunicato suspenso vel interdicto.24. q.1.ca. audiuimus. Tertio,quando qui eam tulit est violator interdicti hominis. de excess. præla. tanta. Quarto quando excommunicat subditum contra priuilegij tenorem. de priuil. ca. cum capella. Quinto quando fertur à delegato contra delegantis intentionem. de præben ca.fin. Sexto, quando quis excommunicatur post legitimã appellationem. ca. solet.&.ca.venerabilibus.li.6.appellatio tamẽ facta post sententiam:illam non suspendit secũdum Docto.in.ca.per tuas.Si autem non fuerit appellationem prosequutus infra terminum statutum à iudice: lapso termino debet denunciari & ex tunc pro excommunicato haberi.ca.licet.li.6.Septimo quando sententia continet intollerabilem errorẽ. d.ca.per tuas. Est autem error intollerabilis: quando prẽcipitur illicitum vel prohibetur quod est de se bonum, vel mandatur impossibile vel fertur cõtra ius scriptum, debet tamen error exprimi in sen-

tentia:

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tentia:si enim non exprimitur nec sit notorius tenet sententia,vnde excommunicatus propter furtum quod non fecit si talis error non sit expressus in sententia:ligatus est quo ad Ecclesiam & contemnendo peccabit mortaliter,sed ferat patienter & absolutionem quærat. Octauo quando quis excommunicat non participantes in crimine sed in locutione & similibus quibus incurritur minor excommunicatio:quia talis sententia nulla est nisi præmissa trina monitione vel vna pro tribus ne cum tali participent.ca. statuimus. &. ca.constitutionem.lib.6.Nono quando sententia fertur contra non facientes aliquid: puta solutionem & aliquis non facit quia non potest nisi cum magna iactura & indecentia talis non ligatur secundum Docto.nisi is cui debetur esset in equali necessitate:quia verba generalia sunt intelligẽda ciuili modo.ff. de serui.l. sicui. & impossibilium nulla est obligatio. Decimo quando sententia lata vt infra certum tempus fiat aliquid puta solutio debiti: prorogatur ab eo in cuius fauorem fit secundum Ioã.And.ca.præterea. de appel.& Panor. quia cũ Iudex fulminet sententiam in fauorem partis, si pars vult terminum differre videtur Iudex idem velle,cũ non intendat aliud quàm partes concordare,si consensus præstatur ante commissam pœnam:secus si post,pro hac facit.ca.primum de loca.& de spon. ca.2. sicut remittente iuramentum

eo cui

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

eo cui fit: non dicitur frangere qui quod iurauit non facit, & hæc eſt verior opinio, quamuis Hoſt. & Innocen. oppoſitum teneant. Vndecimo non ligat quando Iudex non intendit ligare quia excõ municationis ſentẽtia ab excommunicatoris intentione vires ſummit, ſecundum Docto. in. ca. ex parte. de off. ordi. & quando fit ad inſtantiam alterius, videtur q̃ non liget niſi eos quos vult ligari: quia lator non plus intẽdit ligare quàm petens intẽdit. ca. bonę memoriæ. de poſt. præla. vnde quã do pater familias petit excommunicari aliquos: vi dentur filij eius excipi & alij de quibus non vult q̃ excommunicentur. Duodecimo quando excõ municatio fertur ſub cõditione non ligat antequã extet conditio: & ſi appelletur pendente conditio ne, tenet appellatio. In prædictis caſibus quando notorie conſtat: excõmunicatio non eſt timenda quo ad Deum & quo ad Eccleſiã, quando vero nõ conſtat timenda eſt quo ad Eccleſiã: & contenens mortaliter peccat & poſſet excommunicari quia ſententia paſtoris ſiue iuſta ſiue iniuſta timẽda eſt. II. q. 3. capit. primo.

Quando ſententia excõmunicationis fertur generaliter cõtra detinẽtes aliquid iniuſte, qui rẽ alterius detinet per viam compenſationis quia tantundem' debet habere in veritate: non tenetur reuelare nec incidet in ſententiam, ſed ſi ſpecialiter fiat mentio de cõpenſatione reuelare debet per

tertiam

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tertiam perſonam, non tamen reddet rem ſi certus eſt quod tantundem debetur ſibi, ſecundum Siluеſ. excomunicatio. 2. dubio. 8. quanuis angel. titulo. furtum. §. 41. aliter ſentiat.

De effectibus excomunicationis.

EXcommunicatio plures habet effectus. Primo priuat omnibus Eccleſiaſticis ſacramẽtis quia excõmunicatus recipiens ſacramẽta mortaliter peccat. Secundo priuat ſuffragijs generalibus Eccleſiæ quæ fiũt pro tota Eccleſia: quæ valent ad obtinendã gratiam, Tertio impedit protectionem Dei & fauorem ſpecialem, quem habet Deus de membris Eccleſiæ vnde excõmunicatus dicitur tradi Sathanę, & in primitiua Eccleſia excõmunicatus ſtatim vaxabatur a dæmone, ſiquis tamen iniuſte excommunicetur non priuatur his, quia tales non intendit Eccleſia priuare. 11. q. 3. & ſi. Quatto excõmunicato non licet intereſſe diuinis nec orare cum alijs ſine mortali, in Eccleſia. Quinto non licet ei conuerſari cum alijs, etiã excõmunicatis: nec licet ei ſubuenire in alimentis & veſtibus niſi in caſu extremæ neceſsitatis, Sexto ſi exiſtens in ſacris ingerat ſe ſcienter diuinis, efficitur irregularis, Septimo non poteſt eligere nec eligi. Item eſt infamis. 16. q. prima infames, nec poteſt habere beneficium Eccleſiaſticum. Item ſuſpenſus

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

pensus ¦est ab officio & beneficio & generaliter omnis actus legitimus est ei interdictus: vnde nec iudicare potest nec accusare seu testificari.3.q.2. §.euidenter. Item non potest sepeliri in loco sacro:quia cui nõ communicamus viuo, nec mortuo communicare debemus,de sepul. sacris, nec potest oblatio pro eo suscipi:si tamen apparent signa contritionis in eo absoluetur post mortem. 24.quæst.2.sane. Item cadauer eius non facit locum religiosum sicut cadauer fidelis non excommunicati.

Excommunicato minori excommunicatione participans,nõ peccat mortaliter nec incurrit aliquam sententiam:vnde solet dici quòd minor excommunicatio non transit in tertiam personam: sed participans cum excommunicato maiori sem per incurrit excommunicationem maiorem vel minorem vt dicetur.Sunt autem multa in quibus non licet participare quæ his versi. continentur. Os,orare vale communis mensa negatur. Si pro delicto anathema quis efficiatur. Os,idest, locutio,litterę missæ & receptę,nuncij, munera & similia, quæ solent esse inter amicos prohibentur cum excommnnicato quæ si ab eo mittantur dãda sunt pauperibus. Orare,per quod prohibetur participare in diuinis & sacramentis. Item prohibetur salutatio & resalutatio:non tamen peccabit mortaliter salutans vel resalutans, nisi faciat in cõ-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

temptum clauiũ vel frequenter. Item prohibetur communio cum illo in cibo in domo & in quibuſcunq; actibus legitimis.

Communicare licet excommunicato in multis quæ his verſibus continentur, vtile, lex, humile, res ignorata neceſſe, hæc anathema faciunt: ne tibi poſsit obeſſe, vnde excuſatur participans propter vtilitatem temporalem participantis, vt ſi petit debitum & huiuſmodi, alias ex ſuo delicto reportare comodũ. ca. ſi vero. eo. ti. & ſimiliter propter bonum animę excommunicati quamuis aliqua extranea admiſceantur vt magis proficiat. 11. q. 3. cum excommunicato, excuſat etiam lex matrimonij quia vxor non tenetur vitare maritum excõmunicatum niſi ſit excõmunicatus propter matrimoniũ contractũ. Excuſat etiam humile vnde ſerui & filij nõ emancipati & alij domeſtici & religioſi ſubditi & clerici participãtes parentibus & ſuperioribus excõmunicatis nõ incidũt. Similiter excuſantur ignorantes factũ probabiliter, & participantes propter neceſsitatem tam excõmunicati q̃ participantis: nec eſt expectãda extrema neceſsitas, ſed ſufficit egere & non habere aliunde commode ſuſtentamẽtum. ¶ Participans cum excommunicato in crimine propter quod eſt excõmunicatus incurrit eandem ſententiam. ca. ſi concubinę. &. ca. nuper. eo. tit. & ſolum in his peccat mortaliter participãs. Primo ſi participat in criminũ damna-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

damnato. Secundo si in quocunque alio mortali. Tertio in diuinis. Quarto in contemptum Ecclesiasticæ disciplinę: extra hos casus nõ peccat mortaliter: vt qui loquitur excommunicato raro & cũ timore sententiæ. Et. ca. sacris, quod metus causa, quod videtur dicere oppositum: intelligit secundum sanctum Tho. in quoli. quando participatur in aliquo prędictorum.

In consilio constacensi sic decretum est, ad euitanda scandala & multa pericula quæ conscientijs timoratis contingere possent. Tenore præsentium misericorditer indulgemus ꝙ nemo deinceps à communione alicuius in sacramentorum administratione vel receptione aut alijs quibuscunq; diuinis intus vel extra: prætextu cuiuscunq; censurę Ecclesiasticę à iure vel ab homine generaliter promulgatę teneatur abstinere vel aliquẽ vitare aut interdictum Ecclesiasticum seruare, nisi censura sit contra personam: collegium, vel Ecclesiam vel locum certum à iudice denunciata specialiter & expresse constitutionibus apostolicis & alijs quibuscunque in contra facientibus non obstantibus: saluo si quem pro sacrilega manuum iniectione in clericum, sententiam latam à canone adeo notorię constiterit incidisse: quod factum nulla possit tergiuersatione celari, nec aliquo iuris suffragio excusari. Ex tenore huius decreti in rigore patet: ꝙ excommunicatus gene-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

raliter non peccat audiendo diuina: nec & alia prohibita sibi faciendo, quamuis Siluest. aliter videatur sentire.

Percutientes clericos sunt excommunicati vt patet. 17. q. 4. si quis, requiruntur autem tria ad incurrendum in hunc canonem. Primo manus violenta per quam intelligitur omnis effectus iniurio sus illatus in personam, vel adhærentia personæ etiam si non sit violentus vt si clericus sponte se subicit verberibus, nec sufficit attentare actum sed requiritur eius cõsumatio. Secundo requiritur q̃ fiat suadente diabolo idest animo iniuriandi. Tertio quod iniuria sit ita grauis quod credatur peccatum mortale quia sententia canonis non infertur nisi pro mortali. Appellatione autem clerici venit in proposito omnis clericus etiam de prima tonsura, religiosi & religioſę ordinis approbati: conuersi & nouitij, ac etiam tertiariæ mendicantiũ, quamuis Angelus sentiat aliter.

In his casibus percutiens clericum non est excommunicatus. Primo quando percussus à clerico ludẽte statim sine deliberatione repercutit etiã si sit turbatus: & similiter si deliberate non tamen cum dolo nec grauiter lędit. eo. tit ca. 1. Secundo quando ignorat esse clericũ quia nec habitus nec aliud signum clericatus apparebat. ca si vero. Tertio quando lędit clericum in habitu laicali incedentem nihil q̃ clericatus ostendentẽ tertio monitum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

nitum nec correctum.ca.cõtingit. Quarto in clerico arma ferente contẽpto habitu, qui tertio monitus non se emendat.ca.in audientia. Quinto in clerico gerente negocia secularia & tertio monito.ca.sacerdotibus.ne cleri.vel mo. Sexto, in clerico coniugato si vestes & tonsuram non defert. de cleri.coniug.ca.vnico.li.6. Septimo in magistro percutiente causa disciplinę.cap. cum voluntate. &.ca.ex tenore siue sit in sacris siue in minoribus idem de parentibus & propinquis quamuis aliquo modo excedant dum tamen non sit magnus excessus: quia moderata correctio solum est permissa. De existente in sacris Angel.videtur sentire oppositum sed Siluest.tenet q̃ licet ipsum corrige re & hoc videtur verum: quia canon requirit dolũ & iniuriam quod non est in propositio, cum ista correctio sit charitatiua. Octauo in illo qui in continenti vim vi repellit cum moderamine inculpatę tutelę.ca.si vero. Nono in eo qui reperit clericũ luxuriantem cum matre vxore, filia, vel sorore.ca. si vero: qui difficile est iustum temperare dolorẽ. co. de adul.l. grachus. Decimo si fiat à prælato vel de eius mandato causa correptionis.ca.cũ voluntate.&.ca.cum ex tenore. Vndecimo inturbãte diuina officia, quẽ eijcere licet ab Ecclesia. ca. veniens.&.ca.cum voluntate, & similiter quãdo seniores percutiunt iuniores clericos. Duodecimo si clericus sit degradatus. de iudic. cum non

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ab homine. Decimotertio quando clericus transfert ſe ad habitum contrariũ vt ſi factus eſt miles vel bigamus. diſ. 94. quiſquis. c. 1. de biga. li. 6. Decimoquarto in fœmina percutiente clericũ impetentem ſe defendendo moderate.

Excommunicationes ſoli Papæ reſeruatæ.

EXcõmunicationes à quibus ſolus Papa poteſt abſoluere ſunt ſequentes. Prima contra lędentes clericos. ca. ſi quis. 17. quæſt. 4. Secunda contra hæreticos. ca. excommunicamus. de hære. Tertia contra inobedientes ſententię legati vltra annum. ca. quærẽti. de off. deleg. Quarta contra falſantes litteras apoſtolicas. ca. falſariorum. de cri. fal. Quinta contra clericos participãtes in diuinis cum excommunicatis à Papa nominatim. ca. ſignauit. de ſenten. excom. Sexta cõtra incendiarios & effractores Eccleſiarum cum ſpoliatione poſtquàm fuerint denunciati. ca. tuanos. &. ca. conquęſti. eo. tit. Septima contra aſſentientes ſine licentia Papæ electioni ſenatoris vel rectoris vrbis Romç. ca. fundamenta. de elec. li. 6. Octaua contra inſequentes hoſtiliter Cardinales vrbis Romæ. ca. fœlicis. de pœni. li. 6. Nõna contra aggrauantes in perſona vel in bonis excommunicantes vel interdicentes reges ſeu nobiles.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ca.quicunq;.de ſenten.excom. Decima contra inquiſitores omittentes procedere contra aliquem odio vel amore contra iuſtitiam. in clemen. multorum de hæret. Vndecima contra religioſos præſumẽtes miniſtrare euchariſtiam: vnctionem, ſeu ſolennizare matrimonia ſine licentia curati: vel abſoluentes à ſententia iuris vel à culpa & pœna in caſu non conceſſo. ca. religioſi. de priuil. Duodecima contra religioſos & clericos inducentes ad vouendum vel iurandum de eligendo vel non mutando ſepulturã apud eos. in clemen. cupientes. de pœni. Decimatertia contra habentes temporale dominium cogentes celebrare diuina in loco interdicto. clemen. grauis. de ſenten. excom. Decimaquarta in proceſſu curiæ cõtra imponentes nouas exactiones vel augentes antiquas. Decimaquinta contra coſſarios & latrones marinos. ca. excommunicationi. de rap. Decimaſexta contra ferentes ſarracenis arma, ferrum, fuſtes, galeas, naues, vitualia & quæcunque mercimonia: & contra regentes naues eorum. de Iudæ. & Sarra. ca. ita quorundam. &. ca. quod olim. Decimaſeptima eſt in pceſſu curiæ contra impedientes victualia ſeu alia neceſſaria ad curiam Romanã & contra ſpoliantes vel detinentes venientes ad dictam curiam: & cõtra verberantes negociantes in dicta curia occaſione negociorum. Similiter contra prohibentes ne obediatur litteris

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

apoſtolicis & legatorum ſeu nunciorum & iudicum delegatorum eorundẽ. Similiter contra ſciſmaticos & contra vſurpantes iuriſdictionem Eccleſiaſticam: & contra capientes hoſtiliter loca & iura Romanę curiæ, & contra abſoluentes à prædictis niſi in articulo mortis & præſtita ſufficienti cautione de ſtando mandatis Eccleſiæ. Item contra exigentes noua onera realia vel perſonalia Eccleſijs vel Eccleſiaſticis perſonis. vide extrauag. Sixti quæ incipit. Et ſi dominici. de ſenten. exco. & ibi contra diſpenſantes in voto vltramarino. & ad limina Apoſtolorum, & ſancti Iacobi in compoſtella, caſtitatis, ac religionis ſine licentia Papæ.

In extrauag. deteſtandum. de ſepul. excommunicantur omnes concidentes in fruſtra corpora mortuorum aut aquis coquentes vt carnẽ ab oſsibus euellant & alibi ſepelienda ferant. Similiter in extrauagante Martini quinti, & Pauli ſecundi, excommunicantur ſimoniaci in ordine vel beneficio & mediatores. ca. damnabile. & ca. deteſtabile. de ſimo. Item in extrauag. Vrba. ſ. excommunicantur dantes & accipientes aliquid temporale pro ingreſſu religionis. ca. ſane de ſen. exco. ſimiliter in extra. Mart. ſ. viam ambitioſe. excommunicantur religioſi mendicantes euntes ad ordines non mendicantium etiam prætextu licentiæ Papæ genaralis. Item excõmunicantur in extrauag.

Alexan.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Alexan.4.ex alto.facientes tenentes & publicantes libellos famosos in infamiam ordinis prædicatorum vel minorum : & asserentes q̄ dicti fratres non sunt in statu perfectionis vel quòd non licet eis viuere de eleemosynis:nec prædicare vel confessiones audire de licentia prælatorum seu curatorum & facientes violentiam in suis locis. Item excommunicantur intrantes Monasteria monialium prędicatorum vel minorum in casu non concesso.Similiter visitantes sepulchrū domini sine licentia Papæ.Item in extra.Pau.2.excommunicā tur alienantes bona Ecclesię nisi in casibus de iure concęssis:quæ incipit,cum in omnibus.

In iure in duobus casibus reseruatur excommunicatio Episcopo. Primo quando ipse tulit & absolutionem sibi reseruauit. Secundo quando absolutio nulli est reseruata in iure, sicut sunt sequentes.Primo illa qua excommunicantur religiosi audientes leges vel phisicam, nisi infra duos menses reddeant ad clausstrum.ca.nō magno.ne cleri. vel mona.quod in.ca.autē.eo.tit. extenditur ad omnes sacerdotes & ad clericos habentes personatū. Similiter in.ca. sciant de elec. excommunicantur per se vel per alios grauantes personas Ecclesiasticas:qnia nolluerunt eligere illum pro quo rogarunt.Similiter vsurpantes ius patronathus, vel iura seu bona vacantium Ecclesiarum.de elec.ca.generali.li.6.item.ca. indennitatibus . de elec.li.6.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Excommunicantur deputati ad dirigendas moniales in electionibus: non abstinentes ab his per quæ posset oriri discordia inter eas vel iam orta nutriri in electionibus. item in.ca.hac constitutione excommunicantur procurantes q̃ sui conseruatores se intromitãt de alijs quàm de manifestis iniurijs de off.deleg. item.ca.vnico. de his quę vi. li.6.excommunicantur extorquẽtes per vim absolutionem ab Ecclesiasticis censuris. item.ca. mulieres. de iudi. excõmuicantur fingẽtes causam vt iudex personaliter vadat ad mulierẽ pro testimonio eius accipiẽdo. Item in.ca.vni. de reli.domi. li.6.excommunicantur inuenientes nouum ordinem vel habitum nouę religionis assumentes. itẽ. ca.quoniam. de immunit. eccles. li.6. Excommunicantur impedientes recurrentes ad forũ Ecclesiæ super causis ad ipsum pertinentibus. item.ca. cos. de immunit. Ecclesiæ. excommunicantur domini prohibentes subditis ne vendant aut emant ab Ecclesiasticis aut quoquam panes eis.

In.ca.vt periculosa. ne cleri. vel mo. li.6. excommunicantur religiosi temere habitum sue religionis dimittẽtes: vel accedẽtes ad studia etiam theologię sine licentia prælati cũ consilio maioris partis conuentus: & doctores scienter docentes religiosos audientes physicã vel leges dimisso habitu. Item.ca. quicunque. de hære. excommunicantur sepelientes in Ecclesia hæreticos. Item.ca. vt

inqui-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

inquiſitiones.de hære.li.6.excommunicantur domini temporales cognoſcentes de hæreſi,vel ſine licentia inquiſitorum captos pro hæreſi de carcere liberantes: & eos qualitercunq; in ſuo officio impedientes.Item.ca.1.de vſu.li.excommunicantur locantes domus vſurarijs. Item in clemẽ.1.de ſepul.excommunicantur ſepelientes in cimiterijs tempore interdicti in caſu non conceſſo vel publice excommunicatum, vel manifeſtum vſurarium. Item in clemen.prima.de deci.excommunicantur religioſi vſurpantes decimas debitas Eccleſijs. Item in clemen.prima. de ſta. mo. excommunicantur monachi & canonici regulares non habentes adminiſtrationem aliquam euntes ad curias principum vt noceant prẽlatis & monaſterijs ſuis: & tenentes arma in monaſterio ſine licentia ſui prælati.

In clemen.attendentes:de ſta.mo. exõmunicantur impedientes viſitationẽ quaruncũq; monialium.Item in cle.prima.de conſang.& affi.excommunicantur contrahentes matrimonium in gradu prohibito: & contrahentes de facto cũ monialibus & religioſi & moniales et clerici in ſacris contrahentes matrimoniũ.Item in clemẽ. nollentes de hæret.excõmunicantur inquiſitores ratione officij extorquentes pecuniã ab aliquo.Item in clemen.1.de vſur. excommunicantur iudices fauentes

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

uentes quòd vſurę ſoluantur. Item in clemen. cupientes. de pœni. excommunicãtur religioſi retrahentes homines à ſolutione decimarum. Item incle. 1. de ſentẽ. excom. excommunicantur religioſi non ſeruantes interdictum, quod matrix Eccleſia ſeruat. Dicitur autem matrix in propoſito Eccleſia maior vel baptiſmalis loci. Innumerabiles aliç ſunt excommunicationes, ſed prædicte ſępius contingunt.

Triplex eſt excõmunicatio, iuſta iniuſta & nulla. Prima ligat apud Deum et homines. Tertia nec apud Deum nec apud homines: quę tripliciter fit, vel quando præcipitur malum ex genere etiam ſi ſit veniale, vel quando mandatur impoſsibile, vel quando iubetur contra ius ſcriptum. Secunda eſt media & ligat quo ad Eccleſiam militantem: non quo ad Deum de qua dicitur ſententia Paſtoris ſiue iuſta ſiue iniuſta timenda eſt.

Ignorantes prædicta ligantur ſi ignorantia eſt craſſa ſupina vel affectata ſecundum Docto. in. ca. vt animarum. de conſti. lib. 6. ſi vero non ſit talis ignorantia: aut id quod fit vel omittitur eſt contra ius poſitiuum, & ſic non ligat: quia ſecundũ Ioan. And. in. ca. quante. de ſenten. exco. in nullum canonem incidit quis: niſi ſit in dolo, quem non habet taliter ignorans. Si vero ſit contra ius naturæ vel diuinum: & delinquẽs hoc ſcit quamuis ignoret hoc eſſe prohibitum iure poſitiuo ligatur: quia

eſt in

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

est in dolo faciendo rem sibi prohibitam & dat operam rei illicitæ, si tamen id quod facit ignoraret esse prohibitum lege naturæ: vt quia non est bene clarum illud esse de iure naturæ, ignorantia non esset crassa nec ligaretur: quod autem dicitur q̃ ad hoc quòd quis ligeretur sentẽtia Papę: sufficit edictum esse affixum in valuis sancti Petri Romæ: solum tenet quo ad prę sumptionem fori contẽtiosi: & quo ad eos qui sunt in culpa ne publicentur in terris suis, alias quilibet teneretur studere iuri canonico & habere referendarium Romæ. Quando infligitur excommunicatio etiam dantibus consilium intelligitur de consilio efficaci: non de consilio nudo quod nihil adicit quia eo posito vel nõ posito fieret & cum tanto animo. Forma seruanda in excommunicando hæc est. Primo præmittenda est trina monitio vel vna pro tribus alias Iudex est suspensus per mensem ab ingressu Ecclesiæ. ca. sacro. eo. tit. Et debet habere dicta monitio dierum competentia interualla nisi necessitas suadeat aliud. Secundo debet fieri in scriptis continentibus causam excommunicationis: & per verba exprimentia excommunicationem de præsenti, & si ista non seruẽtur, tamen sententia tenet. Religiosi etiam non seruantes dictam formam incidunt in pœnam nisi omittant ex causa: quamuis lapus dicat contrarium, vide. capi. medicinalis. eo. titu. libro. 6.

De ma-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

SVMMA

De matrimonio.

MAtrimonium est legitima coniunctio viri & fœminæ indiuiduam vitæ consuetudinem tenens: cuius forma sunt verba exprimentia consensum, materia autem actus exteriores. Assignantur à docto. 18. impedimenta matrimonij, quorum duo prima impediunt de necessitate præcepti: ita quòd contrahens mortaliter peccat, tenet tamen matrimonium. Tertium impedit ad tempus & aliquando in perpetuum: alia vero impediunt contrahendum & dirimunt contractum. Primum impedimẽtum est interdictum Ecclesiæ. vt ꝙ non contrahatur clandestine. Secundum est feriarum, quia ab aduentu vsq; ad epiphaniam inclusiue & secundum hosti. cum octaua prohibentur nuptię celebrari. capi. capellanus. de fer. & .33. q. 4. non oportet. Item à. 70. vsque ad octa. Paschæ inclusiue: & à primo die rogationũ vsq; ad octa. Pẽthecostes inclusiue. Tertium impedi. est conditio: quia contrahens sub conditione honesta vel indifferenti non tenetur ad matrimoniũ nisi conditio impleatur: secus si cõditio apposita esset turpis vel impossibilis, quia non impediret. de cõditio. appo. ca. fin. Quartum impedi. est error quia consensus qui causat matrimonium impeditur per errorẽ: quia qui errat non cõsentit. ff.

de iu-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

de iurisd.omnium iudi.l. si per errorem. & intelligitur non de errore fortunę vt quia credebat diuitẽ & erat pauper vel pulcrã & erat turpis,sedde errore personę vel conditionis seruilis : quia ista sunt contra substantiã matrimonij,si tamen scienter contrahat cũ seruo tenet matrimoniũ. Impedimentũ quintum est votũ & si sit simplex impedit contrahendũ sed non dirimit contractũ:si vero est votum castitatis solẽne impedit contrahendum & dirimit contractũ.de vot.ca.1.li.6. Impedi.sextum est consanguinitas quæ est vinculũ personarum ab eodem stipite descendentiũ:quæ habet tres lineas,vna ascendentium, alia descendentium, tertia collateralium. Inter ascendentes & descendentes perpetuum est impedimentum, de lege enim naturæ pater non potest contrahere cũ filia:nec econtra,vnde gene.2.propter hoc relinquet homo patrem & matrem: sed ex statuto Ecclesię prohibetur matrimonium vsq; ad quartum gradum inclusiue. de consangui.ca. non debet. Septimum impedi. est cognatio spiritualis : quæ est proximitas personarum proueniens ex sacramenti dátione, vel ad illud tentione. Et ex tribus solum contrahitur,scilicet ex baptismo,ex confirmatione & catechismo.capi. quamuis. de cogna. spi.li.6.potest tamen pater spiritualis contrahere cum sorore carnali sui filij spiritualis & cum eius filia secundum Angel.vide.ca. cum apud.de spõ.

Octauum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Octauũ impedi. eſt cognatio legalis quæ eſt propinquitas perſonarum ex adoptione proueniens & impedit inter adoptantem & adoptatum vel adoptatam:& inter adoptatum & vxorem adoptantis,& inter vxorem adoptati & adoptãtem:ſed non inter patrem adoptantẽ & matrem adoptati: ſed inter filios naturales adoptantis & adoptatum impedit quandiu ſunt in eiuſdem patris poteſtate & non amplius. cap.1.de cog.leg. Nonum impedimen.eſt criminis,duo crimina dirimunt matrimonium contractum.Primo ſi quis viuente vxore propria cõtraxit cum alia:vel vxor cum alio vel fidem de contrahendo dedit & ſecutum eſt adulterium & ſcienter. Secundo quando machinatus eſt in mortem viri, vt poſſet alium habere in virũ vel in vxorẽ:& mors ſecuta eſt. de eo qui du. vxo. quam.poll.cap.fi.&.31.q.1.ſi quis viuente.&.cap. relatum. Decimum imped. eſt diſparitas cultus, nam fidelis non poteſt contrahere cum infideli:et ſi contrahit matrimoniũ nullum eſt. 28.q.1.caue. Vndecimum imped. eſt coactio vel metus, nam metus mortis vel carceris, & huiuſmodi qui poteſt cadere in conſtantem virum dirimit.ca. cum locum.de ſpõ.Duodecimum imped. eſt ordinis, nam ordinatus in ſacris contrahens eſt excommunicatus & nullum eſt matrimonium. de vot.ca.1. li.6.Decimumtertium,eſt ligaminis nam obligatus vni per verba de preſenti non poteſt contrahere

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

here cũ alio, niſi credat probabiliter alterũ mortuum. Decimum quartum, eſt publicæ honeſtatis iuſtitia quæ eſt propinquitas ex ſpõſalibus prõueniens. ca. ex ſpõſalibus. de ſpõ. li. 6. & impedit ſicut affinitas. Decimũ quintum, eſt affinitas quę eſt proximitas prouenies ex copula carnali etiam fornicaria, vnde perſona carnaliter cognita non poteſt contrahere cum cõſanguineo illius a quo cognita eſt vſque ad quartum gradum incluſiue ca. non debet. de conſan. & affi. Decimum ſextũ, eſt impotentia coeundi, quæ ſi eſt tanta quòd nullo modo poteſt coire nec poteſt aliquo medicamine tolli impedit ſimpliciter. Aduerte tamen q̃ ſi potens contrahet ſcienter cum impotente ſecũdum hotiẽ. in. ca. conſolatione. deſrig. & malef. poteſt licentiari vt cum alia contrahat ſi timetur de eius incontinentia, idem abbas ibi, & Anto. debut, et Silueſ. ſed Palu. in. 4. diſ. 34. tenet quòd tales ſolum poſſunt ſeparari quo ad cohabitationem non quo ad vinculum, quia verum fuit matrimoniũ, nec poteſt cum alia contrahere. Idem tenet florenti in. 3. par. Beatus Tho. in. 4. diſtĩ. 34. primo ad primum, ſentire videtur quòd primũ matrimonium fuit nullum, quia quanuis copula carnalis non ſit de eſſentia matrimonij, potentia tamen ad copulam eſt de eius eſſentia, & ſecũdũ hoc licentiari poſſet talis vt cõtraheret cum alia. Sed ibi in ſolu. ad tertium ſentire videtur quòd

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

primum matrimoniũ tenuit,& per cõſequens ſo la morte narurali vel ciuili dirimi poteſt, Ex quo patet quòd in hoc caſu nõ ſunt bene determinati docto, & tutius conſilium eſt vel quòd maneat cum illo vel intret religionem. Decimum ſeptimum,eſt priuationis nã inſipiẽs, ſurdus & ſimiles ſi nullo modo poſſunt exprimere conſenſum ſuum in contrahendo etiam perſigna & nutus cõtrahere non poſſunt. Vide infra.

De reconciliatione Eccleſiæ.

SEcundum docto.in.ca.propoſuiſti.de conſe. Eccleſiæ. Eccleſia eget reconciliatione in his caſibus. Primo propter homicidium voluntarium etiam̃ ſine ſanguinis effuſione vt ſi ibi ſuſpẽdatur fur, non autem ſi ſit caſuale vel ad ſui defenſionem, occiſio martyris etiam pollnit Eccleſiã. Secundo propter ſanguinis effuſionẽ iniurioſam & importat effuſio abundantiã, vnde ſi iniurioſe lædatur ibi quis & modicus ſanguis fluat nõ exe cratur ſecundum Docto.de ſenten.excõmunica. cum illorum. Similiter non violatur ſi vulnus accipiatur extra & ſanguis fluat in Eccleſia, ſi vero vulnus fit in Eccleſia, & ſanguis non fluit ibi ſed extra, violatur. Tertio propter ſeminis voluntariã effuſionem de adul. ſignificaſti. vnde angel. aſſe-

rens

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

rens quòd pollutio in ſomnis violat Eccleſiã, cõmuniter non tenetur. Coitus etiam matrimonialis quando coniuges longo tempore obſidentur in loco ſacro & de lapſu ſibi timẽt nõ violat, alias ſic. & prædicta tria violãt ſi ſint publica vel ex relatione eórũ q' i fecerunt vel ex rei euidentia alias non. ſecundum glo. in ca. primo de conſe. Eccle. li. 6. & in. d. ca. ſignificaſti. in verbo. publice. & ſi Eccleſia eſt cõſecrata, ab Epíſcopo eſt recõciliã da, ſi vero ſolum eſt benedicta, recõciliari poteſt a quocunque preſbytero, eo modo qui eſt in manuali. Celebrans ſcienter in Eccleſia' polluta non eſt irregularis ſed ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ. ca. Epiſcoporum de príui. li. 6. & ſi cum tali ſuſpenſione ibi celebrat efficitur irregularis. de ſen. excõmunica. is. cui. li. 6. Prouincialis & eius vicarius in ordine minimorum & mendicantium habent priuilegium benedicendi ſuas Eccleſias etſi pollui contingerit & ſunt conſecratæ reconciliã dia qua tamẽ aquocunque Epiſcopo exorcizata.

De irregularitate.

YRregularitas in multis caſibus incurritur. Primo homicidio, vnde ominis homicida & mutilator voluntarius ſiue cum peccato ſiue ſine peccato eſt irrigularis. clemẽ. prima. d' homi

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

excepto infante non doli capace, furioso, ac dormiẽte & eo qui hoc facit ad defensionem suę personæ, cum aliter euadere non possit, vide in .5. præcepto. Similiter nõ est irregularis secundum docto. homicida permissione non obuiando cũ possit etiam si de homicidio delectetur, sicut non est irregularis medicus permittens infirmũ mori nollens illi mederi, & diues dimittens pauperem fame perire. 15.q.1.si quis, & sufficit ad incurrendam irregularitatem ex homicidio & mutilatione factum vel præceptum consilium vel cooperatio opere subsecuto, quia homicida mẽtalis nõ est irregularis, quia lex promotionis factũ requirit. 15.q.1.c.vlti. vnde qui aliquid facit vel dicit vt moriturus citius moriatur si ex hoc sequitur mors est irregularis puta voluit infirmum vt citius moriatur & ex hoc moritur, si autẽ sine hac intentione cõsulit etiã si sequatur mors multi tenẽt q̃ nõ est irregularis, & videtur verũ in his quæ de se nõ sunt causa propinqua mortis, vt si infirmo cõquerenti cõsulit vt voluat se ad aliud latus vel iubeat vt ponatur in alio lecto & huiusmodi vt quietius se habeat licet dũ hoc fit moritur. Similiter dicit decapitando vt ponat cáput ad cipum & ille ponit & huiusmodi. Homicida casualis aliquando est irregularis ad cuius noticiam, sciendum quòd qui dat operam rei licitę, & adhibet debitam diligentiã non tenetur de homicidio nec de alio

casu

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

casu fortuito inde sequẽte.c.lator.&.ca. dilectius &.ca. ex litteris,de homi.Si vero non adhibet debitam deligentiam, vel si dat operam rei illicitæ etiam si adhibeat omnem diligentiam quam potest tenetur de omni casu fortuito.ca.presbyterũ ca.suscepimus.&.ca.de cętero.&.ca.ad audiẽtiã de homi.leuissima tamen culpa in homicidio casuali non inducit irregularitatem.ca.quęsitum.de pęn.& remi.siue sit inomittendo,siue in agendo pro hac materia nota has regulas.Prima est nullus iudex vel doctor in dubio debet iudicare aliquem irregularem.arg.de pœnitẽ.dist.1.§. pene. Secunda quilibet in dubio debet se reputare irregularem.ca. ad audientiam . de homi.

Secũdo incurrit quis irregularitatem si existẽs excõmuncatus maiori accipiat ordines. capi.pri. de eo.qui fur. Tertio quando vno die minores ordines accipit & subdiaconatum vel duos sacros. ca.fin.de eo qui fur. Quarto per iterationem sacramẽtorũ in quib⁹ imprimitur character sciẽter factã,quo administrantem & quo ad suscipientẽ. distin.68, ca.primo . sed Scotus tenet quòd cum pœna non debeat imponi nisi vbi de iure inueni tur expressum, solum pro iteratione baptismi incurrat quis hanc pœnam , quia de baptismo solũ fit mentío.ca.2.de Apos.Quinto incurritur irregularitas apostatando a fide.ca.Iulianus.11.quę.3. Sexto propter infamiam iuris vel facti . Septimo

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quando quis ordinatur ab excõmunicato. prima. quęsti. 1. gratia. Octauo si ordinetur ab eo qui renunciauit Episcopatui. ca. 1. de ord. ab Episcopo Nono quando ordinatur ab alieno sine licentia sui Episcopi. de tempore. ord. eos. li. 6. Decimo quando ordinatur extra tẽpora statuta. de tẽp. or. ca. 2. innocen. tamen tenet quòd non sunt ipso iure suspensi sed suspendendi. Vndecimo si promotus per saltum ministrat in ordine superiori sed secundum Arch, in. ca. solicitudo distin. 53. talis nõ est suspẽsus sed suspendẽdus. Duodecimo quãdo quis ministrat in ordine quem non habet, ca. 1. de cler. no ordi. min. Decimo tertio quando excõmunicatus interdictus vel suspensus facit aliquid attributũ certo ordini etiam minori. ca. 2. de cler. excõmuni. Decimo quarto ratione criminis distin. 25. ca. 1. si crimen sit publicum. Decimo quinto propter bigamiã. de biga. per totum. Decimo sexto si existẽs ĩ sacris cõtrahat matrimoniũ. Decimo septimo propter solennẽ pœnitentiã. distĩ. 1. ex pœnitentibus. Decimo octauo si celebrat in loco interdicto. ca. is qui. de sen. ex. li. 6. Decimo nono, si sit corpore vitiatus. distin. 55. pœnitẽtes. Vigesimo ratione illegitimitatis. ca. 1. de fil. presb. Vigesimo primo, si adultus differt baptismum vsque adęgritudinem. distin. 57. si quis. Vigesimo secundo, si religiosus exit clausturum ad audiẽdũ leges vel physicam: si aute duos mẽses non redit. ca. vlt.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ca.vlt. ne cleri.vel mona. Vegesimo tertio, si Epis copus presbyter vel diachonus prætextu iniustæ excommunicationis recurrit ad imperatorem. 21 quæsti. vlti ca. penul. & 23. quæsti vlt. ca. si quis Episcopus. Est autem irregularitas impedimentum canonicum, quo quis ad Ecclesiasticos ordines promoueri, & iam promotus in eis ministrare prohibetur. Vide infra.

INCIPIVNT QVESTIONES vtilissimæ cõfessarijs, maxime *cõducentes & ad quàm plurium difficultatum moralium decisionem & ad intellectum sacroarũ literarum. Quarum quæstionum initium littera quædã maiuscula suo ordine indicabit Prolixum enim esset cuilibet epitome apponere.*

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

SVMMA

VTrum præcepta hominum ſint ſtricte & amare interpreranda. Dicendum quod cũ lex chriſti in hoc potiſsimum differat a lege veteri, quod illa fuit lex timoris & ſeruorũ vnde in eius datione in monte ſina tonitrua facta ſunt & timor magnus incuſſus populo, & mia nus moiſi graues dicuntur Exod. 17. iſta autem eſt lex amoris gratię libertatis & filiorum: vnde apoſtolus. gala. 4. filij liberę ſumus qua libertate chriſtus nos donauit: in cuius ſignum verbum dei incarnatũ conſedẽtibus apoſtolis in monte in magna cordis ſecuritate & lęticia, aperiens os ſuum docebat eos vt dicitur Matth. 5. quad re ipſe dicit iugum meum ſuaue eſt & onus meum leue: omnis humana ſanctio & præceptum cuiuscunque ſuperioris in dubio in mitiorem partẽ eſt interpretãdũ & ſaluo præcepti de virtute ſermonis ſenſu omnia iſta reſtringenda ſunt cũ ſint odioſa & prę iudicent Euangelicæ libertati: vnde prælati grauantes ſubditos ſine magna cauſa multis ſtatutis peccant, nam & primo Deus homini duo ſolum pręcepta dedit ge. 2. & chriſtus iudęos in hoc excedẽtes arguit. Matth. 23. & aug. ad inquiſitiones ianuarij. Ipſam religionem noſtram quam dominus in pauciſſimis ſacramẽtorũ celebrationibus voluit eſſe liberã, quidã ſeruilibus premunt oneribus adeo vt tolerabilior ſit conditio iudęorum

quam

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quã libertas christianorũ. Nã cõputatis præceptis oĩbus affirmatiuis & negatiuis veteris legis omnia non attingunt ad 800. & si computentur præcepta omnia quæ sunt in noua lege ex traditione hominum transcendunt numerum millenarium & sunt sine numero. Quod si dubitas cõputa præcepta vtriusque iuris, excomunicationes & statuta synodalia & non inuenies terminũ quidam præsentata sibi summi pontificatus electione flexis genibus gratias agens dixit. Benedictus Deus qui me a laqueis iuris positiui eripuit qui si vere proximũ diligeret, quæ sibi bona crediderit proximo impertiretur.

VTrũ omnis ars sit licita. Pro respõsione nota quòd cũ omne illicitum sit vel quia est prohibitum, vel quia de se est malum aut ex circunstantia aut ex fine vel intẽtione. Omnis ars est licita in qua cõcurrũt ista. Primo si exercẽti illã nõ sit spãliter ꝓhibita sicut clericis est ꝓhibita negociatio. Secũdo si ꝺ se nõ sit illicita vt ars fęnerãdi & omne ꝙ ordinatur ad peccatũ. Terrio si fiat debitis circunstantijs puta tẽpore debito & non festiuo, debito loco non in Ecclesia: debito modo non cum fraude vel mendacijs. Quarto si fiat recta intentione puta ne torpeat ocio vt ex lucro subueniat suis & alienis indigẽtibus: vt decẽter viuat & huiusmodi, vnde faciẽtes arma & venena quibus homines lędũtur, si vendant ea his

quos

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quos credunt abusuros mortaliter peccant, & rei sunt omnium quæ inde sequuntur & omnium debent pœnam substinere. 2. quæsti. 1. notum. Si vero credebant ista emi ad aliquem licitum vum vel animo indifferenti nihil super hoc cogitarũt vel ignorabant illicitum esse talia facere vel vendere, subdistinguendum est, nam si talia possunt esse vtilia ad humanos vsus vt arma in bello iusto & quædam venena ad medicinas & ad colores aptandos & huiusmodi non peccant, nisi habeãt corruptam intentionem vel nisi ex qualitate temporis & personæ dictaret conscientia vel dictare deberet quòd non quæruntur nisi ad malum. 23. quæsti. 5. de occidendis, vnde vendens lanceas & alia arma offensiua iniuste bellantibus peccat si hoc sit manifestum quia cooperatur peccato eorum, in dubio autem videtur excusabilis si vẽdat ei qui impetitur ab alio non autem si impetenti. Similiter vẽdens galeas & alia defensiua in bello manifeste iniusto impetenti peccat quia ista sunt occasio exercendi offensiua, non autem si vendat ei qui impetitur. Si vero ad nullum vsum sunt vtiles nisi ad peccandum peccant facientes vendentes & tenentes. 21. quæsti. prima. cap. primo, sicut libellum famosum nemo debet ostendere, sed statim destruere. 5. quæsti. prima per totum. ff. de cõtrahẽ. emp. l. quod sępe. vbi dicitur quòd flagitiõsę rei quę per additionem alterius non potest esse

vtilis

vtilis vſui humano nec emptio nec mandatum nec ſocietas valere poteſt, et tales dicit fupplemẽ. eſſe quaſdam camiſiarum futuras, pro quarum factura plus in duplo datur quã valeat tota camiſia ſed hoc non videtur. quia veniunt in vſum ornamenti quod aliquando licet.

FAcientes & vendentes taxillos & cartas ſecũdum guiller. & plures alios peccant nec ſunt abſoluendi, quia nulli de artificio licet viuere cuius vſus vt in pluribus eſt ad malũ, prædicta autem ſunt huiuſmodi. ergo. Alij dicunt oppoſitum quia his frequentius luditur ad ſubleuationem laboris & tædij, ſed ſanctus Thomas. In ſecunda ſecundæ. quæſti. 169. dicit quòd nullus poteſt vẽdere ea quibus homines bene vti nõ poſſunt, nec quibus vt plurimum male vtuntur, nec quibus vtuntur bene & male ſi probaliter creditur quod ad malum vſum comparantur, vnde quia ſcachis, taxillis, alis, cartis & huiuſmodi hõmines non vtuntur vt in pluribus ad malum ſaltem mortale & ſi forte ad veniale, non ſunt cẽſendi eſſe in malo ſtatu talia facientes & vedẽtes niſi vẽdant ei quẽ probabiliter dubitant ad mortale vſurum, Cõſulendũ eſt igitur à talibus abſtinere, ſed abſolutio nõ eſt denegãda quãuis angel videatur aliter ſẽtire, & idẽ dicẽdũ ď fucis & alijs curioſis ornamẽtis, quia ſecũdũ docto. mulieres

ſe poſſunt

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

se possunt ornare vt conseruent decentiã sui sta-tus, & aliquid addere vt placeant viris suis. Si autem vendant his quos credunt vsuros ad lasciuiã mortale est.

VTrum curatus parrochialis possit dici prælatus. Dicendum quod stricte loquẽdo solũ dicitur prælatus habens iurisdictionẽ in foro pœnitẽtiali & in foro contentioso secundum docto in.ca.2.de iudi.& in Clemen. dudum. de sepul. large. vero loquendo prælatus dicitur quicunque habet curam aliorum, dicendum igitur quòd curatus large dicitur prælatus & aliquo modo etiam stricte quia in certis casibus habet iurisdictionem in foro contentioso, vnde secundum sanctũ Tho. in.4.dis.18. potest excõmunicare pro furto & rapina & similibus. Et secundum panor. in.ca.ne pro dilatione de pœni.& re. possunt eligere confessorem sicut Episcopi, facit ca. tua. de cleri. ęgro.

VTrum clericus coniugatus possit admitti ad diuina tempore interdicti. pro respon. notãdum quòd si cõtraxit cum vnica virgine & defert tonsuram & vestes clericares gaudet & priuilegio canonis, si quis suadente. 17. Q. 4. & priuilegio fori ita quòd nec criminaliter nec ciuiliter potest trahi ad iudiciũ seculare. Alijs autẽ priuilegijs nõ gaudet. ca. vnico. de cleri. coniug. li. 6. Admitti autẽ ad diuina proprie nõ est priuilegiũ

clericorum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

clericorum, sed quodam consequens ad clericatū, vnde de rigore videtur quòd possint admitti: maxime quia in fauorabilibus appellatione clerici veniunt clerici coniugati vt notant doctor. in. c. Ioannnes. de cleri. coniug. & in. c. 1. de præbē. alij sentiunt oppositum. In his consuetudini standum est.

Vtrum confessor cognoscens ex auditis in cō fessionē sequi in seipso emissionē seminis vel distilationem peccet mortaliter audiendo Dicendum quòd pollutio & stimuli carnis cum contingant in nobis ex necessitate materiæ, stultum est propter hęc omittere cogitationes locutiones & auditiones venereorū vtiles ad confitendum vel p̄dicādū & huiusmodi, sicute stult artifex omitteret constructionem gladij quia scit rubiginem contracturum. Cauendum est tamen a superfluis quęstionibus super his & celeriter in hac materia transeundum, sępe etiam hęc contingunt, timoratis viris ex vehementia cogitationis & timoris vnde quanuis sentiat hęc accidere non est de ipsis cogitandum nec curandum. Si tamen ex talibus cōmotionibus probabiliter timeret mentis suæ consensum ad luxuriam, omittere debet & prosequi et inchoare tales confessiones alias mortaliter peccat periculo mortalis voluntarie se exponens. Aduerte quòd non omnes fluxus humoris ex genitalibus est seminatio vel pollutio, est enim

enim præter vrinam & ſemen tertius humor ex inflamatione carnis eueniẽs, de quo niſi cum rebellione carnis accidat non eſt magis curandum quã de ſudore nec propter illum perditur virginitas. Dicendum ergo quòd ſi ex audientia confeſsionis accidat pollutio inuoluntarie, propter illam nõ perditur virginitas nec polluitur Eccleſia ſicut nec ſi in ſomnis hęc contingerent.

VTrum Eccleſiaſtici vtentes precioſis veſtibus & in vanitate famulorum & ornamentis mularum excedentes dominos tẽporales peccẽt. Dicendum quòd ſic, tũ quia oppoſita legibus ſãcita ſunt & præcepta eis, tũ quia furtũ faciunt de bonis pauperũ ipſis neglectis & quandoq; fame pereuntibus ſuas ſuperbias fouẽtes, ſed ſi moyſen & prophetas non audiunt, & legem ſanctorum pro nihilo habent, priuatæ ſcripturæ quem apud eos locum inuenient? Fertur q̃ beatus Frãciſcus rogatus a Papa & Cardinalibus vt ipſis verbum vitę proponeret, cum ſępe ſe excuſaſſet, tandẽ victus iuſſu pontificis aſcendens ambonem dixit cum magno ſpiritu. Vos patres ſcitis qui ſitis & quales eſſe tenemini, & quales ſitis non neſcitis, & ſic finiuit ſermonem. Dicam ſimiliter in propoſito. Domini Eccleſiaſtici ſciunt ad quid tenẽtur & quo modo viuãt ipſi nõ ignorant. Verum eſt quod cum ſtatus clericorum dignus ſit omni reuerentia & honore quippe qui

Apoſtolorum

Apoſtolorum ſanctorũ patrũ merita repręſentat. Qui vita & moribus proprijs non poteſt hoc prę ſe ferre nec à ſubditis valet ſuis demeritis, reuerẽtiam debitam habere, non mirum ſi veſtibus & apparatu cõmitatus hoc exigat. Deberet tamen moderate hoc fieri, quia ad certum damnationis teſtimonium eſt quòd princeps apoſtolorum Petrus hoſpitatus eſt apud quẽdam coriarium, vt dicitur in acti. Apoſtolorum cum vnus canonicus modo vix poſſit hoſpitari in domo ampla equitum. Deutero.17. iuſsit Deus. Cum fuerit rex conſtitutus non multiplicabit ſibi equos, ſuper quo chryſo, ſi nõ licet regi multiplicare equos, multo minus pontifici, ſi non laico a fortiori nec clerico ſi non de redditibus proprij patrimonij, multominus de redditibus crucifixi. Bern. Erubeſcant ſerui Dei in mulis & equis gloriantes cum non legatur Chriſtum equitaſſe ſed ſemel tantum vt itã loquar aſinaſſe.

VTrum ſit bonum appetere eſſe in purgatorio. Dicendum quòd exiſtentes in purgatorio duo habent. ſ. q̃ ſunt in maximis pœnis quia ſecundũ theologos pœna purgatoria excedit pœnã quã hũit chr̃s dn̄s in paſſione q̃ exceſſit pœnas laurẽtij & omniũ martyrũ, nã idẽ ignis ſecundũ ſubſtãtiã affligit reprobos in inferno & fideles in purgatorio. Et quantum ad hoc non eſt appetibile eſſe in purgatorio, vnde Auguſtinus.

Neſcit

Neſcit quid petit qui purgatoriũ petit. & di. 25. c. qui in aliud, dicitur. Ignis ille & ſi non ſit eternus miro tamen modo grauis eſt. Secundo qui ſunt in purgatorio habent ſecuritatem quòd aliquando viſuri ſunt Deũ facie ad faciem, nam aſſerere quòd exiſtentes in purgatorio poſſunt decidere a gratia vel qualitercumque peccare, eſt temerariũ cum iam ſint extra terminum viæ ſimpliciter quo ad hoc, nec obſtat ꝙ eccleſia optans pro eis petit a porta inferi erue dñe animas eorũ, et iterũ ne ab ſorbeat eas tartarus, ne cadãt in obſcura tenebrarum, quia hęc nõ petit ne paccent, ſed ne diutius detineantur in purgatorio quod eſt pars inferni. Et quantum ad hoc appetibile eſt eſſe in purgatorio. A fide dignis audiui, orta quæſtione an exiſtentes in purgatotio poſſint peccare venialiter ſaltem, papam determinaſſe quòd non, & oppoſitum tanquã erroneum damnaſſe.

VTrum bonus latro fuerit primus incola paradiſi. Dicendum quòd cum adã & cæteri antiqui patres propter ſolum impedimentum humanę naturę detenti eſſent in limbo, ſoluto iã per pœnitentiam propriam omnireatu perſonali, & ſublato naturç obſtaculo per mortem domini, ſtatim illuxit eis ſol iuſtitiæ, & omnes quot quot erant in limbo clare, & faciliter viderunt dei eſſentiam, & beati facti ſunt. Sanctus autem latro obijt parũ poſt dominum, quia patet quia

iudęi

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Iudei ne remaneret Sabbato corpora in cruce fre gerunt crura latronibus vt citius morerentur. Ad Iesum autem cũ veniſſent & vidiſſent eum mortuum non fregerunt eius crura.

QVæritur in diuidendis bonis ſuis quomodo ſe debeat habere teſtator. Dicendum quòd ſi habet deſcendẽtes legitimos qui omnes dicũtur filij: ipſos debet inſtituere hęredes quibus non ſtantibus, ſi habet aſcendentes qui dicuntur parentes: ſimiliter ipſos debet inſtituere, quibus deficientibus poteſt quemcunq; extraneũ inſtituere, niſi ſit turpis perſona. De filijs autem legitimis poteſt meliorare vnum in tertia parte vel in quinta bonorum ſuorum vel in vtraque ſimul. Similiter poteſt meliorare duos ex eis vel omnes vinculando illa bona. Solam autem quintam partem ſi vellit poteſt legare extraneo, ſemper tamen quod relinquitur pro anima: deducendum eſt ex quinta, ſic fit quotidiano vſu & iure Hiſpano, vt colligitur. ex. lib. 9. tit. de las mandas. foro legum. lib. 3. Nota q̃ ſolũ dicuntur bona alicuius de quibus poteſt diſponere quæ remanent ſolutis debitis & deducto omni ęre alieno. ff. de verb. & rerũ. ſigni. l. ſubſignatum.

VTrum viuentibus parentibus filij ob introitum religionis vel alia cauſa poſsint diſponere de legitima quam à parẽtibus ſunt habituri. Multi legiſtæ ad hoc reſpondent negatiue:

A

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tiue: quia quod non est renunciari non potest nec legari. Sed dici potest q̃ cum omne iuramentum licitum cum plena deliberatione factum sit seruã-dum: si quis iuret q̃ nec ipse nec alius loco sui vllo tempore intromittet se de legitima, & q̃ de hoc non petet relaxationẽ: & præsertim si aliquã partem legitime excipiat quam certę personę vel loco dimittat: q̃ dispositio sic facta tenet in cõscientia & etiam in foro exteriori: quia cõsuetudo quæ habet vim legis præscripta & rationabilis est super hoc. Et quia omnis cõtractus, renunciatio, & dispositio de bonis proprijs habet vim ex voluntate & intentione renunciantis & disponẽtis: nec plus obligatur quis in conscientia quàm se intendit obligare: & scripturę & aliæ solennitates contractuum solum propter homines & in foro contentioso fiunt, si quis sine scriptura & nullo adhibito teste: disponat apud se de bonis suis vel de legitima quam post mortem parentum est habitus, talis dispositio tenet in conscientia. Ad motiuum primæ opinionis dicendum quòd id quod nullo modo est, non potest renunciari: quod vero est in actu vel in potentia propinqua bene potest renunciari, & sic est de legitima. Vnde filius regis viuente patre potest dici rex, vt tenet glo. 24. q. 1. ca. cœpit. & secundum Docto. sine vsura potest quis petere vltra capitale lucrũ cessans: quod non habet actu, sed solum probabiliter & in potentia

propin-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

propinqua: & fœtũ ancillę pręgnantis, qui adhuc non eſt poteſt vendere.

VTrũ Papa poſsit eſſe ſchiſmaticus, & quando inobediens ſententiæ Papæ dicetur ſchiſmaticus. Ad primum dicitur ꝙ ſic: vt ſi Papa nollet communicare cum Eccleſia vt pars eius & vt caput in ſpiritualibus, ſed habere ſe tãtũ vt dominus tẽporalis & ſimiliter ſi nollet exercere quæ ſunt Papæ, ligatur enim Papa quo ad Deũ legibus ſui officij. Sed contra quia non poteſt ab vnitate capitis recedere, cum ipſe ſit caput. Dicendum ꝙ non eſt tanta adunatio perſonę Papę cum Eccleſia ꝙ ſine ipſo non poſsit Eccleſia ſaluari in ſua vnitate: vnde ſede vacãte Eccleſia eſt vna, ſine perſona Papæ: ideo nõ cõmunicãdo Eccleſiæ pertinaciter in ſpiritualibus eſſet ſine dubio ſchiſmaticus. Ad ſecundum dicitur ꝙ tripliciter contingit non obedire Papæ: primo ex parte rei præceptæ vt ſi iniuſtũ pręcipit. Alio modo ex parte iudicantis vt ſi perſonam Papæ habet rationabiliter ſuſpectam, & propterea pręſentiam eius & aſpectũ recuſat: paratus ad nõ ſuſpectos iudices ab eodem ſuſcipiendos, & neutro modo eſt ſchiſmaticus: naturale eſt enim vitare nociua & cauere à periculis: immo ſi Papa inuaderet aliquem iniuſte, licite ſe defendere poſſet & occidendo Papam pro ſui defenſione cum moderamine inculpatę tutelę: nõ incurreret excommunicationem.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Inobedientia etiam quantuncunq; pertinax non constituit ſchiſma, niſi ſit rebellio ad officiũ Papę vel Eccleſię: ita ꝙ renuat illi ſubeſſe & illum recognoſcere ſuperiorem. Tertio modo contingit ex parte officij: ita ꝙ non vult illum recognoſcere ſuperiorem, & hoc facit ſchiſma.

VTrum quando ſtatuitur aliquid per verbũ debet ſit præceptum. Dicendum ꝙ quando lex vel ſtatutũ diſponit aliquid per hoc verbum debet, importat præceptum ſecundum glo. in cle. attendentes, de ſta. regu. & ſecundum Siluef. fallit hoc ratione materię, quando non eſt multi ponderis quia tunc importat conſilium, vt de ſpon. impu. ca. 1. Vitandæ tamen ſunt improprietates nec ſunt ad conſequentiam trahendę. de verb. ſig. propterea: & ſicut eſt duplex debitum, ſcilicet morale, ad quod inducit virtus & dicitur debitum honeſtatis & congruitatis. Aliud debitum legale ad quod inducit iuſtitia: ita li debet aliquãdo importat vnum debitum, aliquãdo aliud, proprie tamen debitum legale importat, idem de iubeo & præcipio. Ordino autem ſtatuo innouo, decerno & ſimilia, ſiue in ſingulari ſiue in plurali non ſunt præceptiua, vide clemen. exiui. de ver. ſig.

VTrum corrumpens virginem teneatur ad aliquid. Dicendum ꝙ in lege veteri Exo. 22. dicitur quòd ſi eam ſeduxit tenetur illã dota-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

dotare & ducere vxorem ſi pater vellit, alias tenetur dotare tantum. Sed quia hoc erat præceptum iudiciale non obligat in noua lege: niſi quia Eccleſia illud aſſumit tanquàm æquum, vnde in noua ad idem tenetur vt patet in.ca.1. de adul. & glo. dicens quòd aut ducet illam aut verberabit communiter non tenetur, quia vt patet.ca.2. de adul. Si non vult ducere dotabit & vapulabit.& ſecundum docto in.d.ca.ſola conſtitutio dotis non liberat eum ſi pater vellit illam dare. Et ſi vir neget eam fuiſſe virginem non incumbit probatio patri aut virgini ſecundum docto. quia præſumitur virgo ex quo habetur pro virgine & ratione delicti, probatio transfertur in illum. Si vero illam nõ ſe duxit ſed ipſa ſponte acquieuit: ad idem tenetur ſecundum Panor. quia virgo ſemper præſumitur decepta: quia ſi non eſſent hominum inſidię tantum facinus non perpetraretur. ca. de rap. virg.l. vnica. ad hæc tenetur ſtrupator etiam in foro conſcientiæ: ſed ſecundum Siluеſ.cum ad pœnas legales nullus teneatur niſi condemnatus ſolum obligant in foro contentioſo, in foro autem conſcientiæ tenetur ſecundum Florenti. ſi eam inuictam vel ſeductam promiſsionibus & mendacijs violauit: ducere ſi promiſsit et à fortiori ſi iurauit, niſi eſſet nimis diſtans eorũ conditio: puta ſi mulier eſt plebea vir nobilis & potens, quia ſic non preſumitur fraudem ignoraſſe. Et ſimiliter ſi ma-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

gnum ſcandalū timeatur: & tunc ſatisfaciat ſecundum ſuam facultatem & mulieris indigentiam. Si vero non promiſit ducere ſatisfaciet ad arbitriū boni viri: q̄ ſi volentē ſtuprauit, in nullo tenetur. De iure autē ciuili debet relegari & dimidia pars bonorum eius publicari: & ſi eſt vilis perſona debet verberari, & ſi per vim facit, capite plectetur. inſti. de publi. iudi. §. 2.

QVando alicui conceditur q̄ poſsit eligere confeſſorem an intelligatur de quocūq; ſacerdote. Dic q̄ duplex eſt confeſſor, ſcilicet actu, & habitu ſeu virtute. Quilibet ſacerdos ex charatere ſacerdotali eſt confeſſor virtute & habitu. Sacerdos autem expoſitus & examinatus eſt confeſſor actu, & in dicta licentia de hoc intelligitur: quia confeſſor ſine limitatione ſtat pro iſto tanquàm pro famoſiori ſignificato: quia experientia audiendi confeſsiones plurimum confert conſcientiæ pœnitentis. Si tamen eligat virum doctū in confeſſorem non expoſitum nec faciat doloſe, tenebit abſolutio nec peccabit.

VTrum oſculans non ſuam peccet mortaliter. Dicendū q̄ oſcula & tactus & amplexus dupliciter conſiderantur. Vno modo ſecundū ſe & ſic non ſignificant aliquid inordinatū & poſſunt licite fieri in ſignū beneuolētię iuxta patriæ conſuetudinē, vel in ſignū pacis. Alio modo vt ſunt delectabilia ſecundū tactum: ſic & im-

portant

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

portant actus ordinatos à natura ad concubitum vt in hominibus: columbis & alijs animalibus patet, & propterea in bonitate & malitia sequuntur concubitū & eius delectationem: vnde sicut concubitus si sit ex libidine est peccatum, & si ex libidine mortali: puta cū non sua, est mortale: ita oscula & tactus si fiāt ex libidine sunt peccata, & si ex libidine mortali: puta cum non sua sunt mortalia, & sicut cōcubitus quādo principaliter fit propter delectationē, dicitur fieri ex libidine: ita huiusmodi actus cum fiunt propter delectationē principaliter, dicuntur fieri ex libidine. Dicendū igitur ꝙ qui alium osculatur ex amore honesto secundū patriæ cōsuetudinē non peccat mortaliter: qui autē osculatur ex beneuolentia si nō sit de hoc cōsuetudo & sequitur scandalū ex parte illius quē osculatur vel aliorū vel exponit se periculo pollutionis et luxuriādi mortale est, si autem osculatur ex libidine cuius signū est: quia tūc occurrūt sibi turpes cogitationes, vel sentit rebellionē seu titillationē in carne: hoc cōtingit tripliciter vel ordinat oscula ad concubitum cum non sua & sic est mortale: vel ad delectationem morosam de coitu quanuis proponat non procedere ad coitum & similiter est mortale: vel ordinat præcise ad delectationem quæ est in osculis & tactibus, ita ꝙ nec vult procedere ad coitū nec delectatur in cogitatione coitus, sed in sola delectatione quæ in osculis

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

& tactibus ſentitur: tunc etiam eſt mortale ſecun dum ſanctum Tho in ſecunda ſecundæ. quæ. 154. quamuis Martinus de temperantia videatur tene re q̃ non ſit mortale oſculari propter ſolam dele ctationem quæ ſentitur in oſculis: ſed in hoc com muniter non tenetur niſi fiat ex amore honeſto & ſecundum morem patriæ vel ſine ſcandalo & ſine periculo caſus.

De tatentione habenda in horis canonicis.

VTrum dicens horas canonicas tenea tur eſſe attentus. Dicendum q̃ tri plex eſt attentio, quædam actualis quando actu attendit ea quæ dicit: & ad hanc nõ tenetur per totum ſpa cium quo dicit officium, ſed ſolum in principio tenetur habere intentionẽ ſatisfaciendi: quia prę ceptum datur homini ideo oportet quòd opus à deliberatione quę attentionem requirit procedat & non ex ſola imaginatione. Alia eſt attentio vir tualis quæ eſt vis primę attentionis manens quã diu per contrariũ actum nõ interrumpitur etiam euagato ſpiritu: circa alia dum tamen ſit præter in tentionem & hæc ſufficit ad ſatisfaciendum offi cio. Tertia eſt habitualis media inter vtramque & hæc non ſufficit, vnde dicens horas ad quas tene tur mor-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tur mortaliter peccat in his casibus. Primo si per longum spacium se occupat in exterioribus quæ non compatiuntur secum attẽtionem ad officiũ: secus si illa occupatio sit voluẽdo chartas & parando libros ad officium. Secundo quando sine causa iusta dimittit officium. Tertio secundum Angel. si religiosus vel beneficiatus ad libitum mutat officium: non autem si sit ordinatus ad suum patrimonium, sed secundum Siluest. post Landul. & Florenti. dicere horas est in præcepto non autem dicere has vel illas determinate: vnde si iusto impedimento mutat officium nullum peccatum est. Quarto non dicens horas proprijs horis sed notabiliter retardans: mortaliter peccat secũdum Vmbert. sed hoc solum verum est in prælatis Ecclesiarum cathedralium & collegialium quia eis hoc præcipitur in clemen. 1. de cel. mi. de horis in communi dicendis. Quinto secũdum Angel. beneficiati in dictis Ecclesijs & subditi regularium si non dicant horis debitis quãdo eis imponitur: quod verum est quando per alios non dicerentur & nõ aliter quia hoc præceptum ligat omnes sed non singulos: sicut illud crescite & multiplicamini, ad quod sufficit si generatio humana sufficienter per aliquos compleatur. In communi igitur officium est dicendum sub præcepto horis debitis non punctualiter sed grosso modo: alias prælati peccant mortaliter & subditi quãdo per ipsos

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſtat:niſi ex cauſa præueniatur vel tardetur, vt quia proceſsio vel prædicatio eſt fiẽda. In priuato autẽ ſufficit ſi infra diem naturalẽ dicantur quę quo ad hoc terminatur in media nocte quantuncunq; re tardetur. Sexto peccat mortaliter ſecundũ multos qui ex obliuione dimiſit officiũ, ſi quando recordatur non ſupplet quod omiſsit:quod verum eſt ſi poteſt infra tẽpus illius diei in quo dicenda erat illa hora,quia adhuc poteſt implere præceptũ. Si vero ſit extra illud tempus debet ſupplere ſi commode poteſt:ſed ſecundũ ſanctum Tho.in quoli. non tenetur ad id officiũ ſed poteſt per alias orationes ſupplere. Septimo ſecundum aliquos peccat mortaliter qui matutinas dicit ante noctem ſine cauſa, vt quietius vacet ſomno & voluptati. diſtin.91.clericus,ſed non eſt mortale. Octauo ſecundum aliquos qui ſcienter ſine cauſa prætermiſſa vna hora dicit ſequentem. Sed cum ordo in horis non ſit in præcepro non eſt mortale ſecundum docto.facit tamen male. Nono eſt mortale dicere miſſam ante matutinas ſecundum doc̃to.quia facit contra generalem Eccleſiæ morem: ex cauſa tamen iuſta puta ſi monaſterio imminet graue ſcandalum, vel aliquid tale ſecundum Silueſt. liceret celebrare non dictis matutinis : non autem neceſſe eſt dicere primam ſecundum aliquos. Nouicij religionum ſecundum Palu. tenentur ad horas, & ſimiliter fratres conuerſi ad modum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

dum sibi taxatum secundũ Pet. Archiep. & Aug. de Ancho. quia sustentantur ex eleemosynis & gaudent priuilegio clericali: sed secundum Siluest. cum nullo iure hoc probetur dicendum quòd male faciunt sine magna causa tã nouicij quàm conuersi omittentes officium: non tamen peccãt mortaliter sed poterunt benefactoribus per alias orationes recompensare, & per seruitium exhibitum clericis recompensantibus, vnde tenentur cõuersi ad suum officium solum vt ad gratias & sufragia mortuorum. Sed nunquid Papa facere potest quòd beneficiati, professi, & ordinati in sacris nõ teneamur ad horas. Panor. in. ca. 1. de cele. miss. tenet quòd licet possit dispensare in modo dicendi puta hoc vel illud officiũ: non tamen potest tollere quin teneantur ad. 7. horas: quẽ sequuntur Angel. & Rosel. quia hoc est de iure diuino iuxta illud. p̃s. septies in die laudem dixi tibi, sed si hæc ratio concluderet Papa nullum posset dispensare à vigilijs matutinis: quia etiam in p̃s. dicitur media nocte surgebam. &c. Dicendum ergo quòd non dicuntur esse de iure diuino omnia quæ leguntur facta in scriptura: alias teneremur cũ golia & bestijs pugnare vt fecit Dauid, sed solum ea quæ ibi fieri præcipiuntur præcepto morali & non iudiciali vel ceremoniali: vnde quamuis Papa non possit facere quin Clericus teneatur ad recompensandum benefactoribus si est Beneficiatus, vel sal-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

vel ſaltem ad regraciandum Deo ſi non eſt beneficiatus per aliquid indeterminatum & voluntarium, quia hoc eſt de iure naturali: poteſt tamẽ facere quòd ad horas non teneatur, ſic tenet Siluеſ. Land. & Ioan. delig. in prima clemẽ. eo. tit. de his vide ſupra. Dicens autem horas ad tria poteſt attendere vel ad verba ipſa, vel ad ſignificata eorum, vel ad neceſsitatem ſeu cauſam qua motus eſt ad orandum vel ad finem orationis qui eſt contemplari gloriam cœli, paſsionem domini & ſimilia. Prima attentio eſt bona. Secunda melior. Tertia optima, vnde contemplans paſsionem domini inter officium melius ſatisfacit præcepto etiã ſi non attendat ad verba nec ad eorũ ſenſum: quàm ſi nimis attenderet ad ſenſum omiſſo hoc.

VTrum religioſus profeſſus dimittẽs ſine cauſa habitum ſemper incurrat excommunicationem. Dicendo quòd ſic vt patet in. ca. periculoſa: ne cle. vel mo. libro. 6. ſed dicit Angel. quòd ad incurrendam iſtam pœnam duo requiruntur. Primo vt dimittatur habitus extra monaſterium non in monaſterio. Secundo vt dimittatur temere, ideſt ſine cauſa. Sed Roſel. tenet quòd dimittens in monaſterio ſi conſpectui ſecularium ſe præſentet ſine cauſa iuſta incidit. Dicendum q̃ licet nunquàm habitus à religioſo ſine cauſa rationabili dimittatur quim peccet: quia adeo eſt annexus oſsibus monachorum quòd in lecto & vbiq;

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

vbiq; ipſum portare debent vt dicitur.20. q.1. vi-
dua:non tamen quoties peccando dimittit habi-
tum incidit in ſententiam ſiue dimittat in mona-
ſterio ſiue extra:niſi quando dimittat ad notabile
tempus non reaſſumpturus ſtatim,vel ſi ſtatim ta
men dimittit propter cauſam damnatam puta vt
fornicetur,& intellige quando dimittit habitum
relatiue ad alios:puta ne cognoſcatur ſecus ſi rela
tiue ad ſe,puta propter voluptatem: ſi autem non
dimittat ex cauſa damnata,nec cum aſſumptione
alterius ad vtendum eo,vel ſi alium ſummit nõ ta
men ad vtendum ſed ex leuitate iocoſa puta ſi vt
currat vel lapidẽ iaciat:vel induit ſe veſtes hiſtrio
num ſtatim dimiſſurus ob feſtum amici:male fa-
cit ſed non incidit ſecundum Palu.& Zenze. quia
nõ dicitur quis aſſumpſiſſe quod ſtatim eſt dimiſ
ſurus & quæ cauſa feſti ioco fiunt: obligationem
non inducunt.ff.de ac. & ob.l.obligationum: &
talia raro occurrunt & iura aptantur his quæ ſæpe
fiunt.ff.de leg.le.ex his.

VTum religioſus ſubditus poſsit vouere. Su-
per hoc duæ ſunt opiniones. Prima eſt Ri-
char.in.4.diſtin 38.quòd non poteſt vouere
& ſi vouet non tenet votum: non quia prælatus
omni tẽpore poteſt ei aliquid prẽcipere:quia mul
ta poteſt vouere obedientiã non impedientia, vt
non loqui ocioſa nec cogitare de vanis, ſed quia
conſiderata humana fragilitate & religionis onc-
re:nulla

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

re:nulla obligatio potest superaddi sine præiudicio obseruationis eorum ad quæ tenetur: & sine periculo reddendi se onerosum Prælato & fratribus suis:& quia votum religionis est tantę arctitudinis vt omnia alia in ipsum commutari possint:Ecclesia hoc & humanam fragilitatem considerans autoritate Dei voluit nullum aliud superaddi ad vitandum periculum transgressionis. 20.quæstione.4.monachum. Secunda est Innocen. & Petri de Palu. quòd si voluit aliquid non impediens ab obedientia Prælati vt dicere aliquos psalmus.implere tenetur.Primam sequitur Ange.& Rosel.& ascribunt eam sancto Tho. sed sanctus Do. dicit quòd religiosus vouendo non peccat: quia intelligitur si Prælato placeat alias peccaret: & quòd votum eius non est firmum sine eius consensu, quia obedire tenetur omni tempore & nullum est ei tempus vacans: vnde patet quòd potius declinat ad secundam opinionem. Differunt autem hę opiniones: quia secundum primam votum religiosi nullum est, sed secundum aliam implere tenetur quousque à superiori irritetur, vnde in.d. ca. monachum:dicitur ꝙ monacho sine consensu abbatis vouere non licet,si autem vouerit frangendum erit:qua si ipso iure non sit irritum nec fractum sed irritabile:potest autem prælatus omnia vota irritare.

Vtrum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

VTrum in eodem genere peccati religiosus peccet grauius quàm secularis. Dicendum ꝙ in peccatis ex deliberatione cæteris paribus grauius peccat religiosus, quia est ingratior Deo. Sed in peccatis ex surreptione vel infirmitate minus peccat: & vt elicitur ex secundæ. quæstione. 186. tripliciter grauius peccat religiosus. Primo si agat contra votum. Secundo si peccet ex contemptu. Tertio ratione scandali, quia ad vitam eius plures respiciunt, tamen cessantibus his leuius peccat: quia si peccatum est leue absorbetur multis bonis, si mortale facilius ab eo exit: primo propter bonum habitum & intentionem erectam ad Deum: quę & si ad horam intercipiatur: tamen de facili reparatur ad pristinum. Secundo quia scit corrigere peccatū. Tertio quia iuuatur à socijs.

VTrum sit simonia dare spirituale pro spirituali sicut cū aliqui cōueniunt, ora pro me & orabo pro te. Dicendū ꝙ secundum Richar. si vnus dicat, baptizabo te hoc pacto, ꝙ baptizes me simonia est: & similiter si dicat dicā missam de cruce pro te, si dicas missam de beata virgine pro me: quia in talibus nulla pactio nec emptio debet interuenire. eo. ti. tua. Primo quia res a non dño emeretur sicut à ministro sacramentorū qui non est dominus. Secūdo quia contra rationē gratiæ est ꝙ vendatur. Dicit autē Angel. ꝙ quando

dicitur,

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

dicitur, ora pro me vel celebra & celebrabo pro te, ſi li pro dicat appreciationem, ſimonia eſt: ſi vero dicat adminiculationem ſeu inductionem nõ eſt ſimonia. Alij dicunt quòd in talibus ſi fiat pactum ſolum pro labore & non reſpectu ſpiritualis nõ eſt ſimonia. Ita ꝙ ſit ſenſus ſuſtinebo laborem in dicendo miſſam de cruce pro te: ſi ſuſtineas laborem pro me in celebrando de beata virgine. Alij dicunt ꝙ cum ſimonia ſit peccatum ratione iniuſtitię & inęqualitas, quia ſpiritualia precioſiora ſunt valde temporalibus: non erit ſimonia dare ſpirituale pro ſpirituali, cum vt ſic ęquiualeant.

De ieiunio.

Veritur qui dies ſunt de pręcepto, & qui de conſilio ieiunandi. Dicendũ quòd dupliciter obligamur ad ieiunium, ſcilicet, ex lege naturæ & ex iure poſitiuo. Ex iure naturæ tenemur ieiunare quoties ſentimus ita rebellem carnẽ ſpiritui & ad laſciuiam pronã: quòd niſi per ſubtractionem cibi caſtigetur, immortale ruemus: & in hoc ieiunio nec ſunt determinati dies nec cibi, ſed vtetur homo ſecundum quòd ratio dictauerit. Ex lege autem poſitiua ſub præcepto eſt ieiunandum. Primo in tota quadrageſima, exceptis Dominicis. de conſe. diſt. 5. quadrageſima. Secun

do in

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

do in quattuor temporibus. diſtin .76. ſtatuimus. de quibus in hoc verſu . vult crux .lucia . cinis. & chariſmata dia. vt ieiunetur, quarta ſequẽs feria. 1. ieiunium. quattuor temporum celebratur prima quarta feria poſt feſtum ſanctæ crucis ſeptembris & poſt feſtum ſanctæ Luciæ. cineres & peteco - ſtem. Tertio in vigilia pẽtecoſtes. diſtin. 76. de ie iunio . Dicit ſanctus Tho. ſecunda ſecũdæ. quæ. 147. quòd ieiunium exaltationis quale eſt vigilia pente. & quod euenit infra eius octauas nõ eſt de præcepto Eccleſiæ, & idem tenet gratianus . diſ. 76. §. neceſſario. ſed florenti. & omnes alij tenent eſſe de præcepto. Primo eſt verũ de iure ſcripto, ſed ſecũdum eſt verum & ſeruandum propter ge neralem fidelium conſuetudinem. Quarto in vi- gilia natalis domini de obſeru. ieiu. ca. 1. Quinto in vigilia aſſumptionis beatæ virginis vt in .d. cap. 1. non autem in vigilia natalis eius ſecundum Docto. licet archie. dubitet. Sexto in vigilia beati Ioan. Bap. Laurẽtij & omniũ ſanctorum ex generali Eccleſiæ cõſuetudine ſecundũ Docto. licet nullo iure inueniatur expreſſum. Septimo in vigi lijs. 12. Apoſtolorum propter vigil. Philippi & Ia co. Ioã. Euan. eo. tit. cap. conſiliũ. ex cõſilio autẽ indicitur ieiuniũ in aduẽtu , vt in. d. ca. cõſiliũ & in rogationibus. de cõſe. diſtĩ. 3. rogationes. & in 4. & .6. feria. diſtin. 3. ca. ieiunia. & in omnibus ſa bbatis. ca. ſabbato. diſtin. ea. Quando feſtum ha

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

bens vigiliam venit feria. 2. non eſt ieiunandum in dominica ſed ſabbato præcedenti. eo. tit. ca. 1. & idem quando feſtum corporis Chriſti venit in vigilia Ioan. Baptiſtæ ſtatuto Leonis. 10. & idem de quocunque alio ſolenni feſto.

VTrum teneamur ad ieiunia conſuetudinaria, & vtrum conſuetudo poſſit tollere ieiunium. Ad primũ dicitur ſecũdum palu. in. 4. diſ. 15. q̃ ſic ſicut ad ſcripta, vnde. diſ. 11. dicitur in his rebus in quibus nihil certũ ſcriptura ſtatuit, mos populi Dei & inſtituta maiorũ pro lege ſeruãda ſunt, & ſicut præuaricatores diuinarũ legũ ſic trãſgreſſores eccleſiaſticarũ cõſuetudinũ arcẽdi ſunt, vnde ſi in aliqua diœceſi cõſueuit certo die ieiunari oẽs indigenæ ad illud tenẽtur ſicut epiſcopus ieiuniũ ĩdicerctur, alienigenę vero ſi veniũt aĩo habitãdi ex tũc ligãtur ieiunio cõſuetudinario ſicut & ſcripto & ꝺobligãtur à ieiunio prioris loci ſi aũt ſolũ tranſeant nõ ligãtur cõſuetudinibus nec ſtatutis terræ, licet in comedẽdo cauere debeãt ſcãdalũ, arg. diſ. 12. illa. ſecũdũ. florẽ. tamẽ mos laicorũ nõ ligat clericos nec clericorũ religioſos, quia diſtincti ſunt modi abſtinentię inter hos tres ſtatus, & plures abſtinẽtias habẽt cleri. quã laici et religioſi qua clerici, vnde nõ oportet q̃ ad corũ ieiunia ligẽtur, quorũ cõſuetudinibus a ſuis ieiunijs nõ abſoluũtur. ſecũdũ regulã iuris, quẽ nõ honoro nõ onero. Ad. 2. dicit hoſtiẽ. in. ca. 2. de obſer. ieiu. in

ieiunijs

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ieiunijs per Eccleſiã ¦indictis nihil poteſt facere conſuetudo,quia panor,limitat quãtũ ad ieiuniũ extoto tollendũ ſine cauſa rationabili,ſecus quantum ad interpretationẽ quomodo ſit explendũ, quo ad cibos,horã,collationẽ et huiuſmodi,quia conſuetudo eſt optima legũ interpres imo vt ibi dicit.glo. conſuetudo eſt ieiuniorũ relaxatiua, ꝙ verũ eſt.Primo ſi papa tolleret ſine reclamatione quia ſcientia & tollerãtia papæ ſufficit ad tollẽdũ obligationẽ ieiunij,ſecus vbi per prædicatores reclamaret,ſicut vbiq; facit de ieiunio quadrageſimę ꝙ à minori ꝑte fideliũ ſernatur & tamẽ cõſuetudo nõ excuſat.Sed.ſi cõſuetudo talis ſit apud timoratos & nõ eos q̃ nõ ieiunãt ſciẽtes ſe obligatos quia nõ eſt cõſuetudo ſed corruptela, vñ ſine ſcrupulo fieri poteſt collatio in ieiũijs eccleſiæ cũ qualicũq; cibo quadrageſimali in parua quãtitate per modũ medicinæ ſiue bibat ſiue nõ quia apud timoratos ſic hẽt cõſuetudo ſciẽte & tollerãte Papa,ſimiliter quacũq; hora diei egeat potu ſi timet ꝙ potus ſolus nocebit licet ſumet aliquid cibi,immo ſecundũ Silueſt, nõfrangit ieiunium qui ſumit in collatione quantitatem cibi conſuetã, ad dormiẽdũ ad ſuſtentandã naturã, vocẽ conſeruãdã & huiuſmodi, etiã ſi ratione famis ex ſenſualitate ſumat,quia ſufficit nõ exire terminos cõſuetudinis,& ſecũdũ plures docto,ſãctius eſſet ſtatui vt in dieb⁹ ieiũiorũ bis comederetur ſed parũ,quia

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſecundū Hiero. quid prodeſt biduo vel triduo va cuum portare ventrem, ſi poſt ſimul oſtruatur, ni hil. n. ſic inflãmat corpora & genitalia titillat ſi- cut indigeſtus cibus victusq; conuulſus, vnde in- fideles irridẽtes ieiunia fideliū hiſpane dicebãt. El ayuno del chriſtiano tres dias malos para ſu pã Quia die præcedente ingurgitat ſtomachū cibo quia cras eſt ieiunaturus. in die ieiunij ſimiliter, quia tunc ieiunat, die ſequ enti ſimiliter quia heri ieiunauit

De indulgentijs.

QVæritur vtrum indulgentiæ tantum va- leant quantum ſonant. Dicendum quod ſic concurrentibus quæ ſequuntur. Pri- mo requiritur auctoritas in dãte vnde ſolus Papa poteſt facere induligentias plenarias in toto orbe & legati in terminis ſuę legationis. Archiepiſco- pus in ſua prouintia, & Epoſcopus in ſua diœceſi. 40. dierū ſolum, & in de dicatione baſilicæ vnū annum. de pẽ. & re. cum ex eo. & c. nro. Secūdo requiritur cauſa racionabilis pro qua detur quæ cedat ad honorem dei vel ſanctorum, vnde Papa non poſſet ſpoliare purgatorium quia nunquã da bitur cauſa vt talis indulgentia detur ſecundum ſanctum Thomam, quod verum credo per ſe lo quẽdo ſecus per accidens, quia tenendo ſicut cre do ex dei infinita liberalitate & ex multitudine

ſuffragiorum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſuffragiorũ Eccleſię prȩcipue in miſſis pro defun ctis ꝙ pauci ſunt in purgatorio, ſi cõcedat Papa ſi cut poteſt ꝙ aliquis faciẽdo aliquid pium eripiat animam vnam a pœnis, tot poſſent lucrari hanc indulgentiam quòd purgatorium euacuaretur. Similiter tenendo ſicut tenet durandus in. 4. diſ. 20. quæſti. 4. quòd non requiritur de neceſsitate cauſa vt valeat indulgentia niſi ſolum vt non pec cet cõcedens, Papa poſſet ſpolare purgator. licet peccaret. Tertio requiritur in recipiente charitas vnde non valent exiſtentibus in mortali ſaltẽ pro tunc, quia manent cauſa ideſt offenſa, effectus. i. reatus pœnæ tolli non poteſt. Vbi aduerte quòd licet forte eſſet bonum abſtinere a tanta conceſ-ſione indulgentiarum & quia paruipenditur the ſaurus Eccleſiæ, & habent quandam ſpẽm auaritiæ modo quo cõceduntur, nihilominus tamẽ parum & quaſi nihil eſt quòd conceditur, cũ nõ valẽt niſi amicis dei quibus maiora dona ſine pro portione concedit Deus pro quolibet opere facilimo & elicienti delectabiliſſimo. Quarto requiritur quòd faciat id pro quo indulgentia conceditur. ange. addit alia duo. Primo ꝙ accipiens credat Eccleſiam habere hanc auctoritatem. Secundo ꝙ ſit ſubditus dãtis, vnde exiſtens in aliena diœceſi nõ lucratur indulgẽtias conceſſas ab Epiſcopo talis loci niſi habeat licentiã à proprio Epiſcopo lucrandi quaſcunque indulgentias, ſed

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

primum horum reducitur ad esse in charitate, & secũdum ad habere auctoritatẽ. Cõfessio actualis nõ requiritur quantũ est ex natura talis concessionis nisi hoc intendat indulgentiæ largitor. Vtrũ autẽ hoc intendat, cũ dicit vere cõfessis & cõtritis videtur quod intendit dare omnibus existentibus in charitate facientibus id pro quo datur, si semel in anno sunt confessi, ita q̃ de confessis intelligitur secundum statutum Ecclesiæ, qui autẽ nõ est in charitate tẽpore quo accipit indulgentiam secundũ Archi & Siluest. recedente fictione effectum indulgẽtiæ consequitur, quia vt dicit glo. in clemen. vnica de rel. & ven. san. istæ concessiones non sunt amare interpretandæ, sed extendendæ vt valeant omni modo quo possibile est.

QVæritur thesaurus Ecclesiæ vnde cõficitur. Dicendum q̃ secundum durand. & may. quos sequitur ange. ex solo merito Christi quia merita sanctorũ sunt vltra dignũ remunerata & exhausta, sed cõmuniter tenetur q̃ ex. 4. conficitur. Principaliter ex merito Christi. Secũdo ex merito beatissimæ virginis. Tertio ex merito apostolorũ & martyrũ. Quarto ex operibus cõfessorũ qui in operib⁹ pœnitẽtiæ superero gauerũt ad mẽsurã debitorũ suorũ & multas tribulationes patiẽter sustinuerũt, p̃ quas multitudo pœnarum possit expiari si eis deberetur. Erat autẽ sanctorum intentio per hæc opera satisfacere. Primo.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

mo. Pro se. Secundo pro aliquibus determinatis personis. Tertio pro tota Ecclesia, sicut apostolus dicit se implere q̃ desunt passioni Christi in corpore suo pro Ecclesia. 2. corĩ. primo. Quæ autem sunt cõmunia multitudini, distribuuntur singulis de multitudine per eum qui præest multitudini, vnde sicut quis cõsequretur remissionẽ pœnę si alius p eo satisfaceret: ita si satisfactio alterius ei attribuatur per eum qui potest. Et nota q̃ remissio pœnæ fit per indulgentias & per sacramẽta aliter & aliter, nã in indulgentijs fit per modũ solutionis, in sacramẽtis ex mera liberalitate Dei & pacto. Ad rationem alterius opinionis dico q̃ opus bonũ pœnale sanctorum dupliciter cõsideratur. Vno modo vt est meritoriũ et sic nõ trãsgreditur personã merẽtis, nisi solũ meritũ Christi qui sibi & alijs meruit & sic nullus plus meruit, quã acceperit vel accepturus sit in seipso. Alio modo consideratur in quantũ est satisfactorium & sic multi sancti plus satisfecerunt quã debuerunt.

QVæritur in missa in memento quomodo se debeat habere sacerdos. Dicẽdum q̃ breuiter ne muscæ venientes perdant suauitatem vnguẽti. Vnde potest dicere, tibi domine eõmẽdo parẽtes meos, fratres, cõsanguineos et affines, omnes filios meos per confessionem, omnes amicos meos & benefactores & meis orationibus commendatos, & pro quibus hodie celebrare propo

de memento missæ

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſui, ſpecificando aliquos, prouide domine his ſecundum miſericordiam tuam ſicut vis & potes & velle debere me noſti.

QVæritur vtrũ ſit aliquis error in ſacra ſcriptura. Dicendum quòd ſecundum beatũ Hierony. ſuper. pſalmũ attendite, multi ſunt errores in ſacra ſcriptura vitio ſcritorũ nã Matth. 13. vbi dicitur, vt impleretur quod ſcriptũ eſt per Eſaiam. aperiam in parabolis os meum. dici debet per aſaph. quia in eſa. illud nõ legitur. Vbi in Mar. dicitur hora tertia crucifixus eſt debet dici hora ſexta vbi dicitur Matt. 27. ſicut ſcriptũ eſt, in Hieremia. dici debet in Zacharia. Abulenſis etiã dicit, ꝙ eccleſia errat in Kalẽdario, ſed hoc proprie non eſt error. Nota ꝙ Materiæ vbiq; prędicabiles ſunt hæ. Primo contra blaſphemiã Dei & ſanctorum. Secũdo cõtra irreuerentiã ad ſacramenta, ad Eccleſiam & ad diuina. Tertio cõtra concubinatum & luxurias publicas ac ludos. Quarto contra beneficia quæ vulgo dicuntur hechizerias. Quinto cõtra exceſſum in veſtibus & adinuẽtionibus infernalibus, ſcindẽdo calceos & huiuſmodi. Quilibet quantũcunque iuſtus quotidie debet ſe accuſare, quia nõ ſeruit deo quãtũ ẽbet, nec quãtũ poteſt, nec quãtũ deus meretur.

QVæritur vtrũ ſine baptiſmo puer poſſit ſaluari. Dicendum quòd ſecundũ legẽ cõmunẽ puer in ſyluis moriens ſine baptiſmo

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ptiſmo ex defectu aquæ, dãnabitur ſecundũ beatum Tho.in quo li.quia niſi quis natus fuerit ex aqua & ſpiritu.&c.Pie tamẽ creditur quòd ſi mater prægnans faciat aliquod ſpeciale obſequium Deo pro ſaluatione pueri,ſi cõtingat aborſus vel infans ex defectu aquæ ſine baptiſmo moriatur, quòd non dãnabitur,ſed ex Dei miſericordia valebit illi ad remiſsionem originalis,ſicut ante legem valebat oblatio facta a parentibus pro filijs, cum ex gratia euangelij non ſit arta&ta via ſalutis, immo aliqui tenẽt quòd ſi quis chriſtianus faciat aliquid pro ſaluatione puerorum infidelium, ꝙ ſaluantur quia talis tenet locum Eccleſiæ & parẽtum,non tamen hoc eſt certum.

QVæritur qua hora dominus noſter fuit annunciatus natus,mortuus,ſurrexit,aſcẽdit, miſsit ſpiritum .ſ. veniet ad iudicium. Dicendum quòd annunciatio domini facta dicitur in principio noctis,vnde in eius memoriam hac hora pulſatur ad aue Maria.Alij probabilius dicunt quòd media nocte eſt annunciatus & natus,vnde Sapien.18.Dum quietum ſilentium teneret omnia & nox in ſuo curſu medium iter haberet omnipotentes ſermo tuus a regalibus ſedibus venit. Spirauit autem hora. 9. ideſt hora.3. poſt meredie. Surrexit diluculo,hoc eſt hora 3. poſt mcdiam noctem diei dominicæ. Aſcendit in cælum hora ſexta ideſt hora.12,diei quia antiquitus

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quitus illa hora à viris tẽperatis fiebat cœna,& ãte ascensum suum dominus comedit cũ discipulis,vt dicitur actu.primo.Veniet autẽ ad iudiciũ secundum aliquos hora qua ascendit ideſt meridie,sed secũdum ãlios veniet media nocte,vnde Matth,25.media nocte clamor factus,ecce sponsus venit,& prima Thesa.5.dies Domini sicut fur in nocte veniet. Nescitur tamen hora determinata punctualiter,vnde Mar.13.dicitur de illa die et hora nemo scit.Misit vero spiritum sanctum hora tertia ideſt nona hora ante meridiem,

VTrũ sit cõtra charitatẽ repellere à religione descendẽtes ex iudæis.Pro respõ, notãdum q̃ sicut non tenetur quis dare eleemosynam sub præcepto nisi existenti in articulo necessitatis extremæ,& quãdo nõ apparet alius qui velit,pui dere,ita similiter facere eleemosynã spũalẽ qualis est receptio ad religionẽ, nõ cadit sub præcepto charitatis nisi in casu quo alias quis nõ posset animã saluare,q̃ nũqua cõtiget quia & in habitu seculari potest quis pfectionis cõsilia ĩplere & saluari & plures sunt religiones aliæ quas potest adire vbi recipietur. Si tamẽ nulla esset suspicio de illis q̃ hæreticabũtur, & præsumitur q̃ sunt bonę cõuersationis & habiles,sicut quãdo a remotis descẽdunt a iudęis,irrationabile est tales repellere, tũc quia salus nra ex iudæis est ex quibus Christus est secundũ carnẽ apostoli & plurimi patres fidei,& ingratitudo

ingratitudo eſt ſui generis filios repellere, & occaſio daretur iudæis q̃ nõ veniãt ad fidẽ dũ conuerſorũ filios a religiõe ĩtelligũt repulſos, tũ quia religionis ſtatus talis eſt vt potius in fide ſoliden tur, quã alios inficere poſſint, & beatus Petrus martyr ex hæreticis hęriticorũ maleus fuit & beatus Dominicus hæreticum adiudicatũ igni petijt, qui poſtea ſanctus frater fuit.

VTrum ſacerdos ſumpta ablutione licite ſumere poſſit reliquias euchariſtiæ in Calice vel extra remanẽtes. dicendũ q̃ ſecũdũ Scotum in.4.diſ.8.& Palu. quantuncũq; ſit modica reliquia apparens nullo modo eſt accipienda, cũ non ſit ieiunus ſed ſeruetur in craſtinũ vel alteri ieiuno & diſpoſito tradatur. Sed quia ſecũdũ Doctо.in.ca.liquido.de conſe.diſ.2.tota ratio quare ſumens hoc ſacramẽtũ debet eſſe ieiunus eſt propter reuerentiã ſacramẽti, vt primus cibus in ſtomacho pro illo die ſit ſacramentũ, cũ maior reuerẽtia fiat ſacramẽro ſi ſtatim reliquię apparentes ſumãtur licet ſumpſerit lauatoriũ et nõ ſit ieiunus quaſi in craſtinũ ſeruẽtur vel ſi quæratur qui ſit ieiunus, cũ iſta fieri vix poſſint ſine irreuerẽtia & periculo reliquiarũ, videtur q̃ liceat illas ſtatĩ ſumere, maxime ſi nõ ſint ĩ magna quãtitate, quia q̃ parũ diſtat àre, nihil diſtare vĩ & q̃ fit in cõtinenti vĩ in eſſe.c.de pac.l.petẽs. ſic tenet Caietanus Silueſt.& alij plures quia ſicut prãdere dicitur vnus actus

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

actus constans ex pluribus requisitis ad prãdium vt sumere panem carnes & vinum, ita sumptio eucharistiæ sub vtraque specie & actus ablutionis, parua mora interueniẽte pro vnico actu computantur, & ita censetur ieiunus summere, secut in parasceue, pars hostię missa in vinum non cõsecratum, quamuis vinum prius descendat in stomachum dicitur sumi à ieiuno, quia totum illud computatur pro vno actu. Aduerte q̃ humor manens in calice post sumptum sanguinem cum sit accidens vini & accidẽs non migret de subiecto in subiectum, est subiectiue in vino consecrato, quod adhuc ibi manet vt in pluribus, ideo quousque desiccetur totaliter illa humiditas reuerenter tractãda est quia ibi vere est sanguis Christi. Ideo lauatorium primum debet fieri cum vino & sumi à celebrãte reuerẽter. de celebra. missa. ex pte.

VTrum non confesso sola contritione liceat accedere ad sacramentum eucharistię. Dicẽdum quòd secundum beatum Tho. ad eucharistiam & ad sacramentum ordinis sacri non licet accedere sine actuali cõfessione præuia, quia summa purificatio quæ est per confessionẽ requiritur ad sumum sacramentũ eucharistiæ, sed quia dę necessitate nõ est opus nisi vt homo in gratia & cũ debita dispositione accedat ad hoc sacramẽtum, quod fit per solam cõtritionem, si quis esset certus q̃ est contritus, non videtur aliud requiri ex lege

ex lege diuina, & sic tenet Caietanus super.3. par quæsti.80. Sed quia nemo scit an sit contritus sic nec quòd est in gratia: nec est qui delicta intelligat & ex cullpis nostris omnes cæci sumus, temerarium videtur quòd habens copiam idonei confessoris post mortale accedat non confessus ad eu charistiam. Et idem si per multos dies non est cõfessus nisi sit valde recollectus, vnde Ecclesia statuit quòd semel in anno omnes cõfiteamur vt in paschate communicemus, qui vero confessus est & post paululum accedit ad communionẽ & ibi recordatur de aliquo mortali, non peccat mortaliter cõmunicando proponens post cõmunionẽ confiteri, prẹsertim si iam est positus in loco cõmunionis, vel si non potest tunc commode confiteri vel sine nota & aliquali scandalo.

VTrũ consecrata ara in capsa lignea, ita quòd vnctio consecrationis fit in solo lapide & lignũ apponitur vt sit capacius altari vel propter reuerẽtiam ne passim ara tangatur sed lignũ execretur altare amoto ligno a lapide, ita q̃ egeat reconsecratione. Dicendum quod aliqui tenent quod tunc nec lignum nec lapis consecratur, sed compositum ex vtroque & ita cum per amotionem altare patiatur enormẽ lẹsionem, reconsecratione eget. sed Ioã. and. in. ca. ligneis de cõse. Ecclesiæ. & Siluest. tenent quòd non execratur, quia quantuncunque sit paruissimus lapis sufficit

ad altare

ad altaro vt posit consecrari & in eo celebrari, dū tamen in hora consecrationis maior pars calicis vel hostiæ posit teneri super lapidem, & consecratio non fit in ligno, sed in lapide solo, & amoto ligno adhuc manet forma eius.

VTrum infamatus de vno, inquisitus teneatur respondere de alijs quæ fecit de quibus non est infamatus. Dicendū quod secundum Palu. quem sequuntur Vincētius vandelo super constitutiones prædicatorum: & Siluester. titulo inquisitio. tenetur tam de se quàm de alijs si sunt in tali statu alij, quod potest iuste contra eos agi pro vno crimine quando nō sperat correctionem eorū: maxime quando peccatum eorū est in periculum cōmunitatis: vt quia scit eos fures & impœnitentes: eum autē qui iam pœnituit accusare non debet, nisi iuste de eo nominatim interrogaretur: quia non propter occultationem peccati sed peccatoris homo de occultis iudicare prohibetur: ideo quando per vnum crimen est diffamatus, debet de alijs etiam dicere veritatem. Sed Caietanus secunda secundæ. q. 69. tenet contrarium & facit. ca. inquisitionis de accusa. vbi dicitur inquisitio solū fiat super his de quibus clamores aliqui præcesserūt: nec ratio eorum concludit quia peccatum occultū non est publicandum nō alia ratione nisi quia est occultū: & per cōsequens exemptū est ab inquisitione humana & iudicio:

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

& infamatus de vno non est ita infamatus sicut in famatus de pluribus, nec omnia crimina similiter infamant. Dicitur autem infamia frequen vox non apud discolos, sed apud viros probos vnde aliquis rationabiliter redditur suspectus de aliquo crimine.

VTrum Papa possit dispensare in iure diuino. Dicendum q̃ sic in his casibus. Primo quo ad particulares applicationes iuris diuini & naturalis, quia talia non habent vigorem nisi ex lege positiua, vt punire maleficium hac vel illa pœna. Secundo in his quæ dicuntur de lege diuina, quia continentur in doctrina Apostolorum vt quòd bigamus non ordinetur. Tertio interpretando (quod large dicitur dispensatio) vtrũ in aliquo particulari habeat locum ratio legis naturæ & diuinæ: puta an ista subtractio rei alienæ sit furtum. Vnde interpretatur omnia dubia circa fidem mores & scripturam quia quando ad cõditorem legis non est facilis recursus, inferior potest interpretari legem superiores: alias Christus non fuisset prouidus pater familias, nec Papa posset dici eius generalis commissarius: cuius oppositum est verum vt patet. 2. quæstio. 6. qui se scit: sic intellige decretistarum dicta, quòd Papa potest ius diuinum interpretari, declarare, distingue re & limitare: vide in prima secundæ. quæst. 110. & in. 3. distin. 37.

Vtrum

VTrũ religiosus cui ex professione.37.est prohibitus esus carnium factus Episcopus peccet mortaliter comedendo carnes feria.6. quando in ea euenit natalis domini. Dicendum quòd Caietanus secunda secundæ. quæsti.185. tenet quòd peccat mortaliter,quia beneficium canonis concedentis esum carnium in natali domini excipit eos qui regulari obseruantia sunt astricti ad abstinentiam à carnibus. de obser .ieiu.ca. fina.sed Siluest.titu.de ieiu.§.10.tenet oppositum. Primum est verum de rigore litteræ,sed secundũ est in practica apud aliquos.

VTrum bono opere facto cum negligentia q̃ est culpa venialis vel ex inani gloria veniali &.huiusmodi mereamur vitam ęternam. Sãctus Doctor in secunda secundæ. quæst.132. ar.3. sentit quòd nõ,dicens nullus peccando meretur vitam æternam.Ideo opus virtutis factum ex inani gloria perdit vim merendi vitam æternam, si propter inanem gloriam fiat, etiam si illa non sit peccatum mortale. Sed quando aliquis amittit mercedem æternam simpliciter propter inanem gloriam tũc est inanis gloria peccatum mortale quando autem amittit non simpliciter sed quantum ad vnũ actum est veniale: itaque per omne mortale homo amittit vim merendi vitam æternam simpliciter:per venialia autem amittit non simpliciter sed quo ad illum actum solum,sed in.

3.par.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

3.par.q.79.8.dicit quòd ſumens euchariſtiam cũ veniali actuali perdit quandam refectionem ſpiritualis dulcedinis, ſed non augmentum gratię & charitatis. Sed omnis actus quo augetur gratia eſt meritorius vitæ æterne: ergo opus bonum elicitũ negligentia veniali eſt meritorius: & ſic videtur dicendum quòd talis actus eſt meritorius ſimpliciter, & demeritorius ſecundum quid. Et ſimiliter bonus & malus moraliter ſimul ſecundum quid. Alij tenent quòd eligẽs dare eleemoſynam propter Deum cum inani gloria veniali habet electionem ſimpliciter malam, quia bonum eſt ex tota integra cauſa. Propterea ſecuriſsimum eſt: Deum bene operamur ſæpe reddire ad cor & rectificare intentionem.

VTrum confitens peccatum quod non fecit timore torturæ peccet mortaliter. Aliqui dicunt quòd non, quia oblatis duobus malis minus malum eſt eligibilius. Poſito autem ad quæſtionem imminet amiſsio vitæ per tormenta & famę: ergo licite eliget ſaluare vitam perdita fama. Sed quia non ſunt facienda mala vt veniant bona, & potius debet quis quecunque mala pati, quàm malo conſentire: verius alij tenent qꝫ nõ licet mentiri imponẽdo ſibi falſum teſtimoniũ pro ſaluanda vita: maxime quia tale mẽdacium eſſet mortale & quia pnicioſum & quia in iudicio de his in quibus iudici tenetur manifeſtare veritatẽ.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

SVMMA

VTrum Christus in hostia consecrata videat nos occulis corporis. Dicendum q̃ dato q̃ corpus Christi sit in sacramento ad modũ substantiæ, & non modo quantitatiuo quo visio fit: tamen in sacramẽto & ex sacramẽto videt nos occulis mẽtis & corporis: non quia est in sacramẽto nec prout est in sacramẽto, sed quia ibi realiter est viuens & vidẽs: vnde quæ alias videt Christus non definit videre per hoc q̃ consecratio fit. Facta consecratione poterit sacerdos dicere sequentia, verbum caro factũ est, vere tu es Deus absconditus sanctus Israel saluator, aue verũ corpus natũ de Maria virgine, vere passum immolatũ in cruce pro homine, esto mihi prægustatum mortis in examine. Et quando actu eleuat hostiã dicat. Laudate dominũ omnes gentes, laudate eũ omnes populi: finita consecratione calicis dicat. Adoro te latens deitas quæ sub his figuris vere latitas: plagas vt Thomas non intueor, tamen te esse verum Deum cõfiteor. Et quando eleuat dicat. Te Deũ laudamus, te dominum confitemur, te ergo quæsumus tuis famulis subueni, quos precioso sangui ne redemisti: deposito calice dicat illud quod dixit Iacob. Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.

VTrum pro furto simplici liceat iudici occidere hominem. Dicit Scotus in. 4. distin. 15. q. 3. arti. 2. q̃ cum lex diuina absolute prohibeat

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

beat hominem occidi & nulli inferiori liceat dispensare in lege superioris : nulla lex humana statuens hominem occidi est iusta, si hoc statuat in illis casibus quos Deus non excipit:excepit autem Deus homicidam blasphemũ adulterum & alios in exodo,peccatum autem furti non excepit:ideo nisi reuocauerit reuocatione speciali quod nõ habetur ex scriptura, nec de bula super hoc descendente de cœlo audiuimus : nulli iudici licet occidere hominẽ pro solo furto:dico autem solo quia si est fur & inuasor præsumitur etiam homicida: vnde Exo .22. fur nocturnus impune occiditur, qui autem de die intrantem ad furandum occidit homicidij reus est:quia præsumitur quòd furans de nocte occideret sibi resistentem si posset, non autem qui de die intrat ad furandum. Esto etiam dicit quòd Iudęis licuisset pro solo furto occidere: magis videtur per misericordiam Euangelicam iste rigor reuocatus , quàm rigor contra adulterum quia furtum minus peccatum est quam adulterium: iuxta illud prouerbiorũ.sexto. non grandis culpa est cum quis furatus fuerit, sed pœna de adulterio reuocata est in illo. Ioannis octauo, nemo te condemnauit mulier, nec ego te condẽnabo.Sed dicendum ꝙ cum omnis pars naturaliter sit propter totum : vnde membrum putridum propter salutem totius corporis abciditur , & quęlibet persona singularis sit pars

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

communitatis: quicunque eſt nociuus communi tati & corruptiuus laudabiliter occiditur per illũ qui gerit curam totius multitudinis: vnde quem cunq; mortaliter peccantem ex cuius peccato ſequitur turbatio in communitate licite Iudex occidit: & talis eſt omnis fur & de quolibet fure tã diurno, quàm nocturno præſumi poteſt q̃ animo ſaltem ſit homicida: nec eſt hoc contra benignitatem euangelicam, ſecundum quam vita corporis perdenda eſt vt ſaluetur anima: & communiter qui à iudice occiduntur in domino moriũtur contriti & confeſsi: quibus ſi indulgeretur forſam alias in ſuis ſceleribus incorrecti morerẽtur: & apoſtolus conſulit tradere aliquos Sathanæ vt ſpiritus ſaluus fiat, vt Petrus Ananiam cum vxore perdidit propter occultationem pecuniæ. Vnde ſine ſcrupulo fur incorrigibilis & adulter occidi poteſt, nec eſt ſuper hoc facta reuocatio à Chriſto: cum iſta ſcelera ſint maxime turbatiua boni communis. vide. ff. de pœ. l. capitalium. §. famoſos.

VTrum beata virgo peperit dominũ per mẽbrum genitale ſicut cætere fœmine. Dicendum quòd abulenſis quem multi ſequuntur tenet quòd non: ſed per totam latitudinem vteri virginalis proceſsit Chriſtus tanquam ſponſus de thalamo Matthei. 2. ſed communis ſchola theologantium aſſerit quòd exiuit per membrum genitale

nitale manente incorrupto clauſtro virgineo. Quia in his quæ pertinent ad ſpeciem humanam debuit dominus ſecundum Apoſtolum per omnia fratribus aſsimilari maxime in his quæ nõ derogant perfectioni ſcientiæ & gratiæ: & ſpecialiter beatus Ambroſius hoc ſentit dicens q̃ Chriſtus naſcendo non apparuit vuluam matris & idẽ Bernard.

VTrum ſit blasfemia abnegare Deum Iudeorum. Dicendum quòd cum fides modernorum & antiquorum patrum vna numero ſit, quia omnes ſecundum Apoſtolum habemus eundem ſpiritum fidei: & vna eſt Eccleſia militantium ſub noua & veteri lege differentium in ſolo modo loquendi, nam quem illi credebant venturum nos credimus iam veniſſe. Abnegare Deum Iudeorum qui fuerunt ante Chriſtum eſt completa blasfemia: ſed intelligẽdo de Deo quẽ moderni Iudei fingunt cum ille non ſit trinus & vnus: & Deus non trinus & vnus realiter non ſit, ſed ſolum ſecundum falſam illorum imaginationem: quia in ſimplicibus aut totum dicitur aut totum negatur, cum non habeant partes: ſequitur q̃ abnegare Deum quẽ Iudei moderni collunt non ſit blaſphemia: quia illi negãt Deum eſſe trinum, & per conſequens Deus eorum pro nullo ſupponit, quia Deus non trinus, non eſt Deus. Abſolute autem dicere, nego Deum Iudeorum: male ſonat

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ex quibus patet q̃ Deus quem modo adorant nõ dedit eis legem nec eduxit eos de Egypto.

VTrum ſit laudabile iuducere aliquem ad religionem. Dicendum q̃ ſic ex genere ſuo, ſed in particulari duo conſideranda ſunt: vnum ex parte perſonæ inducendę, alterum ex parte religionis ad quam inducitur. Ex parte perſonæ oportet quòd non coactus ſed ſpõtaneus ob Chriſti imitationem & fugam ſeculi intret & non ob aliud: interiori affectu relinquens gloriam & honorem carnem & ſanguinem & omnia temporalia propter Chriſtum: totam ſpem ſuam ponens in eo, nam agitur de diſpoſitione totius vitæ ſuæ: quod niſi ſponte & ex animo fiat retrocedet, vel religioſus in malam vitam declinabit. Ex parte religionis oportet vt in ea ita exemplariter viuatur: vt inductus habeat occaſionem proficiendi. Nam ſi maiores tepide viuunt & inter minores eſt multa relaxatio, non parum periculum imminet inducto ſcandali: dum credens ſe ad perfectionis ſemittam induci, inuenit intus tantam remiſsionẽ & imperfectionem: vnde exponenda eſt ei qui inducitur, difficultas quæ erit ei ex ìmperfectione conſortium. Similiter ſi religio ad quam inducitur non eſt reformata, vituperabile eſt inducere ad illam & ingredi: quia conſilia euangelica ad quæ ſe aſtrinxerunt non ſolum non ſeruant à vita regulari exorbitantes: verum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

rum etiam præcepta Dei & Ecclesiæ sæpius apud eos franguntur.

VTrum impotens recuperare rem sibi debitam via iuris peccet accipiendo eam. dicendum ℣ regulariter non licet accipere rem suam apud furem vel aliud detentam quia ageret contra ordinem iuris, cum nemo sibi in propria causa debeat ius dicere. In casu autem in quo propter potentiam detinentis vel iudicis iniustitiam aut propter defectum probationum aut propter maius damnum amicitię pacis rerum & huiusmodi, non potest iudicis via sibi debitum recuperare, & absque scandalo periculo & præiudicio cuiuscunq; potest accipere à debitore, vnde sibi satisfaciat occulte. Prouidebit tamen caute, vt debitor sciat se non teneri amplius ad restitutionem. Et si sententia excomunicationis super hoc feratur non incurret: declarabit tamen factum iudici si commode potest in secreto. Vide supra.

Si liceat pluries in die celebrare.

VTrũ liceat pluries in die celebrare. Dicendum quòd in natali domini ter licet celebrare, semel tantum ante auroram: vnde quãuis in aurora liceat omnes tres missas simul vel di

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

uiſim dicere,ante auroram tamen ſolam vnam licere.In reſurrectione domini antiquitus bis celebrabatur.Conuenientiſsimum tamen eſſet quòd in die animarum liceret bis celebrare : ſemel pro omnibus defunctis in vniuerſali iterum pro defunctis in ſpeciali:præcipue quia ſecundum Palu. in die animarum non licet celebrare niſi pro omnibus generaliter.In his etiam caſibus ſi ſacerdos ſit ieiunius licet ſaltẽ bis celebrare. Primo ſi poſt miſſam occurrit defunctus, vbi eſt conſuetudo ꝙ cum miſſa ſepeliatur. Secundo pro neceſsitate infirmorum viaticũ petentium.Tertio pro neceſsitate peregrinorum, die feſto quando omnes debent audire miſſam. Quarto propter nuptias. Quinto ſi habet duas Eccleſias cõmendatas.Sexto quando eodem die occurrunt duæ miſſæ vt in quadrageſima. Septimo ſi ſuperueniat Epiſcopus vel alia magna perſona in die feriali quam nõ decet ſine miſſa tranſire, & à fortiori in die feſto de præcepto propter quemcunque. Octauo quoties occurrit neceſsitas vrgens arbitrio boni viri: quia in.ca.conſuluiſti.de cele.miſ. dicitur quòd cauſa neceſsitatis licet pluries in die celebrare. Nono propter paupertatem Eccleſiarum & ſacerdotum charitatem.In his ſine ſcrupulo licet bis celebrare nec eſt abrogatum per non vſum ſecundũ docto.in.d.ca.&.ca.te referente.&.de conſe.diſtin. prima.ſufficit.In Eccleſijs etiam conuentualibus

debent

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

debent quottidie collegialiter dici duæ miſſæ, vna de officio, alia de defunctis. de cele. miſ. cum creatura, & ſecundum Panor. peccant non ſeruantes, ſed ſecundum alios nõ eſt peccatum quia abrogatum eſt.

VTrum faciens bonum opus nihil cogitando de Deo, nec actu illud referens in Deũ, faciat contra præceptum Apoſtoli, omnia in Dei gloriam facite. Pro reſponſione ſciendum quòd ſicut cum ſuppremo agente ſtant inferiora agentia: & multa prima agentia in genere hoc vel illo vt patet in regnis: ita cum vltimo fine ſimpliciter totius vniuerſi ſtant multi vltimi fines in genere hoc vel illo, nec eſſe vltimum finem in genere derogat vltimo fini ſimpliciter: immo vltimus finis in genere ordinatur ad vltimum finem ſimpliciter. Finis autem vltimus in genere dupliciter conſideratur, vno modo vt eſt vltimus in illo genere: & ex hoc habet quòd omnia illius generis ſint propter ipſum, & quòd ipſe non ſit propter aliud in illo genere. Alio modo ſecundum q̃ ordinatur ad finem vltimum ſimpliciter. Nam res ſic ſunt inſtitutę à Deo, quòd omnes ex natura ſua ordinãtur in vltimum finem ſimpliciter. Vnde qui bonum operatur etiam ſi nihil cogitet de Deo ſi ſe habeat ad res vt ſunt inſtitutę & ordinem hunc quem habet ex ſe non peruertat actualiter vel virtualiter aliud intendendo: propter Deum opera-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tur & implicite refert illum in Deum: ſicut qui appetit ſcire philoſophiã nihil cogitãdo de Deo: appetit aliquid propter ſe, ſed quia tendit in illam rem vt eſt: appetitus ille non excludit ordinẽ eiuſdem ad aliud: quamuis nec includat explicite, nec ad hoc tenetur ſemper quãdo hoc appetit. Vnde infideles ſuccurrẽtes egenis ex naturali pietate nõ peccant mortaliter: nec omnis actio eorũ eſt peccatum niſi quando ſimilia ordinant ad finem ſuæ infidelitatis. Vnde in gentilibus quamuis nõ fuerint vere virtutes, quæ ſunt diſpoſitio perfecti ad optimum ſimpliciter: & hæc eſt mens beati Auguſtini: potuerunt tamen eſſe habitus virtuoſi qui ſunt diſpoſitiones ad optimum in genere, ideſt: ad fœlicitatem naturalem. Ad rationem in oppoſitum dicitur q̃ verbũ apoſtoli conſilium eſt non præceptum ſecundum multos: & ſi ſit prẽceptum eſt afirmatiuum quod obligat ſemper ſed non ad ſemper ſed pro determinato tempore: puta cum quis vult ſumere euchariſtiam vel eſt in periculo mortis & ſimilibus, vide ſanctum Th. in. 3. diſtin. 36. arti. 6. opinio autem Dioniſij, quæ etiam videtur eſſe domini Hiſpalen. in. 2. ſententiarum. diſt. 41. quæſtio. 1. not. 1. quòd homo ex præcepto charitatis tenetur ſe, & omnes actus ſuos referre in Deum ſaltem virtualiter, non eſt vera: quia ſequeretur quòd dans eleemoſynam tẽpore quo tenetur, ſi det non diſcuſſa conſciẽtia, peccabit. & quotieſcunq;

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tieſcunque dederit: non habita prius probabilitate morali quòd eſt in gratia ſequitur etiam quòd quando occurrit tempus implendi aliquod præceptum vt honorare parentes & huiuſmodi: tenetur homo tantum diſcutere conſcientiam an ſit in peccato: ſicut quando vult cõmunicare. Item ſequeretur quòd exiſtenti in mortali non eſſet conſulendum dare eleemoſynam nec facere aliud opus de genere bonorum, ſi iſta operando peccat mortaliter: quod eſt contra omnẽ ſanctorum doctrinã: ſequitur etiam q̃ exiſtens in peccato tantũ demeretur quando elicit opus bonum, ſicut quando praue operatur quod eſt abſurdum.

VTrum opera bona mortificata per peccatum mortale viuificentur per ſequentẽ pœnitentiam. Pro reſpõſione notandũ q̃ opera noſtra aliquãdo dicuntur viua: aliquando mortua, aliquãdo mortificata, nõnunquàm mortifera. Viuũ dicitur opus quod procedit à gratia quæ eſt principiũ vitæ ſpiritualis, & quod poteſt perducere ad gloriam quæ eſt vera vita. Mortuum dicitur bonum opus quod fit extra charitatem, quod potuit eſſe viuum ſi charitas adeſſet. Mortificatum dicitur opus factum in charitate: ſed propter impedimentum peccati mortalis ſuperueniẽtis non poteſt efficaciter perducere ad vitã æternam. Viuificatur autẽ amoto impedimento illud mortificante. Mortiferum opus dicitur opus

peccati

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

peccati mortalis:quia ſtipendia peccati mors, his habitis. Dicendum quòd ſecundum beatum Th. vt aliqui ei falſo imponunt:opera mortificata per peccatum mortale non reuiuiſcunt per ſequẽtem pœnitentiam quo ad præmium eſſentiale, ſed ſolum quo ad præmium accidentale. Sed contra quia in.3.par.q.90.arti.5. ait quòd per opera illa manent in acceptatione diuina poſtquàm ſunt mortificata & quantum eſt de ſe habẽt efficatiam perducendi ad vitam ęternã:ſed quòd iſti ad hoc non proſint eſt ex impedimento peccati quo ſublato per pœnitentiam, recuperant efficatiã perducendi eum ad vitam ęternam ſicut prius. Sed prius perducebant ad vitam ęternam & valebant quo ad præmium ſubſtantiale & accidentale, ergo & poſt. Vnde abſolute ibi concludit ſine limitatione: quòd opera mortificata reuiuiſcunt per pœnitentiam. Item in ſolutione ad ſecundum ait, ſublato obice peccati per pœnitentiam: Deus tribuit quod opera merebantur, ſed vtrunq; præmium merebantur, ergo. Facit quod dicitur, Ioe. reddam vobis annos quos commedit locuſta, ſuper quo glo. Non patiar perire vbertatem, quam cum perturbatione animi amiſiſtis: & parabola filij prodigi, cui reuertenti ad patrem poſt diſsipata bona luxurioſe occurrit pater gaudens & iuſsit dari ſtolam primam & reſtitui omnia quæ prius habebat. Lu.14. Reuiuiſcunt igitur opera mortificata

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ficata quo ad præmium eſſentiale & accidentale ſed non in eodem gradu: ſed ſecundum q̃ pœnitens cum maiori vel minori conatu vel æquali reſurgere ſatagit & magis vel minus deteſtãdo peccatum. Sicut ſi cadens in mortale habebat. 10. bona opera & charitatem & gratiã vt decem: ſi per pœnitentiam reſurgens parum conetur amando Deum & deteſtando peccatum: ita vt non reſurgat in gratia niſi vt vnum, tali decem bona opera quæ prius habebat & charitas & gratia reſtituuntur, quia ad illa habet ius: non tamen in eodẽ gradu quo prius ſed in vno in quo reſurgit ſolum. De nouem autem alijs gradibus & de hoc quòd ferꝫuẽtur vt decem aliquando Deo ſeruiuit: habebit in cœlo gaudium accidentale ſi tunc moriatur: & hoc intendit ſanctus Tho. vbi ſupra, ad tertium: ſicut ſi propter crimen proditionis quis perdat decem opida & priuatam gratiam quam habebat cum rege: ſi poſt reconcilietur regi pœnitens de ſua proditione, reſtituit ei decem opida quæ amiſerat: ad gratiam autem & amicitiam ſuam, & (vt Hiſpane loquar) à ſu priuança: non admittit niſi ſecundum quòd credit ipſum pœnitere de præterita offenſa. Vnde quamuis priora opera omnia reuiuiſcant per pœnitentiam: non tamen ſemper homo reſurgit in maiori charitate nec ad maiorẽ gloriam quamuis reſurgat cum pluribus bonis operibus: niſi dicatur cum Scoto quòd gloria principali-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ci palius reſpondet bonis Epiſcopus quã gratiæ, quod tamen falſum eſt, quia vt dicitur ro.6.gratia Dei vita æterna, & iuſtificati gratis per gratiã ipſius, vnde dicitur.ge.z.reſpexit deus ad abel, & munera eius, vbi patet quòd prius Deus acceptat perſonam, qu ãopera imo opera de genere bonorum ſecluſa gratia dicuntur panus mẽſtruatæ. Sed contra quia in Pſalmus dicitur, &. Roſel.2. reddet vnicuique iuxta opera ſua. Et ſecũdum cõſilium ſacræ ſcripturæ vtile eſt continue quantum poſſibile eſt opera meritoria exercere, vnde dicitur, quãtum poteſt manus tua iuſtanter operare. Dicendũ quòd vtile eſt exercere bona opera etiã in ſtatu peccati mortalis, quia per hęc diſponitur ad gratiam, & ſimiliter in ſtatu charitatis quia omne opus bonum factum in charitate præſertim ſi feruenter fiat, auget gratiam & cõſeruat vel diſponit ad augmẽtum, quia vt dicit Grego. amor Dei nũqua eſt ocioſus, operatur enim magna ſi eſt, vnde in lege iuſſit Deus vt ignis aſſidue coram ipſo arderet quem ſacerdos tenebatur nutrire ſubijciẽs ligna per ſingulos dies. Meritis igitur & gratiæ reſpõdet gloria ſed principalius gratiæ, operibus vero meritorijs vt ſunt elicita a gratia. vide capreo.in.4.diſtin.14. & Scotũ.diſti.22.

VTrum liceat occidere tyrannum cuilibet de populo. Dicendum quòd duplex eſt tyrannus quidam in modo regendi tantum: vt

ſæpe

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

sæpe contingit quòd veri domini tyrannice regunt ad suam vtilitatem omnia conuertentes, discordias inter subditos nutrientes vt ipsi lucrentur & exaltentur,& talẽ non licet occidere cuilibet de populo,posset tamen respu.a qua habet auctoritatem si monitus nollet corrigi ipsum deponere:si à supiori non potest haberi remedium etiam si iurasset in perpetuum ei obedire. Alius est tyrãnus ex ipso iure dominij,quia,silicet, sibi vsurpauit dominium vi armorum vel alias inique.& talem cuilibet de populo licet occidere pro libertate populi, quando non est recursus ad superiorẽ, a quo possit haberi iustitia super hoc nec tunc occiditur à persona priuata auctoritate priuata sed publica, quia talis est hostis populi habens continuum iniustum bellum cum populo, ex quo inuasor & oppressor est iuris & libertatis publicæ, & ex quo inuasit populum & se dominum nominauit bellum est inchoatum nec est aliquã tregua interruptum sed succumbens iacet populus. Cũ autem bellum hoc iustum sit ex parte populi, & ex parte tyranni iniustum,sequitur quòd quilibet de populo insurgens pro populo contra tyrannũ bellũ agat iustũ, & per consequens licite occidet illũ auctoritate iusti belli q̃ est auctoritas publica, nec obstasit,tyrannus à principio sine bello se fecerit dñm, qui avsurpatio dominij inuito populo est debellare populũ, & semper est bellũ implicitum

citum & publica ſemper interuenit autoritas: & vices totius gerit vtiliter eius negocium gerens, qui ad ipſius liberationem procedit. Hoc modo ait occidit eglon regem Moab pro liberãdo populo ab eius ſeruitute. Iudic. 3. vide ſanctum Tho. 2.2.q.64.arti.3. & in.2. ſententiarum. diſtin. 44. articulo penultimo.

VTrum vir in prima vice qua accedit ad meretricem committat peccatum ſtrupi cum ſit virgo. Dicendum quòd cum vir ex coitu nullum perdat naturale ſignaculum, quo inhabilior reddatur coniugio: nec perdat aliquid paternę cuſtodiæ naturaliter cõmendatum ſeruãdũ vſq; ad cõiugium ſicut eſt in fœmina: talis coitus ſimplex fornicatio eſt & non ſtrupum.

POſitis duobus de quorũ altero habetur probabilitas moralis quòd eſt in gratia & de altero quòd eſt in mortali: vtrum grauius peccet occidens exiſtentem in gratia quàm occidens exiſtentem in mortali. Aliqui tenent quòd occidens exiſtẽtem in mortali grauius peccat: quia eſt cauſa eius damnationis & hæc circunſtantia præponderat bonitati alterius: & hi ſimiliter dicunt quòd eiſdem exiſtentibus in extrema neceſsitate: qui non poſſet ſubuenire niſi alteri eorum, tenetur magis ſubuenire malo quàm bono: quia ſubueniendo malo forte pœnitebit & ſic ſaluabitur, & bono ſolum eſſet cauſa mortis corporalis. Alij

tenent

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tenent oppoſitum in vtroq; caſu: quia cum pecca tum dupliciter dicatur grauius altero, ſcilicet, ex parte obiecti & ex parte nocumenti: ſicut homici dium ex parte nocumenti eſt grauius periurio & tamen ex parte obiecti eſt econtra: grauitas quæ eſt ex obiecto eſt per ſe grauitas & præponderat grauitati ex nocumento quæ eſt per accidens. Vn de ſimpliciter grauius peccat occidens iuſtum quàm peccatorem: & deſerto iuſto ſubueniens peccatori, quamuis quantum ad aliquid & ſecundum quid grauius offendat occidens peccatorem: quia minus dignus eſt iuſtus iniuſte occidi & per hoc magis lęditur iuſtitia, hæc eſt mẽs ſancti Thomæ.

VTrum comminante mortem tyranno non frangenti ieiunium, peccet mortaliter tali metu frangens. Dicendum quòd prohibita lege diuina differunt à prohibitis lege humana: quia agens contra illa metu mortis vel quacũque neceſsitate non excuſatur quin peccet, agens autem contra iſta metu cadente in virum conſtantem excuſatur: vnde frangens ieiunium tali metu & communicans excommunicato maxime in ciuilibus non peccat: quia non poteſt Eccleſia obligare hominum ad ea quæ ſunt ſupererogationis, & quæ communem hominum facultatem excedunt, nec præcepta iuris poſitiui obligant aliquem cum ſcandalo. cap. 2. de no. ope. nun. & ca. nihil.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

nihil.de præscrip.Et ca.sacris. de his quæ vi. met. causa.vbi dicitur quòd nullus metus excusat participantem cum excommunicato quin peccet mortaliter : intelligitur quando participat in crimine damnato.Nota q̃ occidens hominem pro tẽpore quo tenetur illum diligere facit duo peccata, vnum omissionis,quia tunc non diligit, aliud commissionis quia occidit.

VTrum occidens hostem credens occidere fęram peccet mortaliter.Pro responsione suppono q̃ omne peccatum est contra aliquod dictamen prudentiale quod actu inest, vel saltem deberet inesse.Suppono secundo quòd ignorantia inuincibilis excusat.His suppositis dico q̃ talis peccabit mortaliter si non adhibuit debitam diligentiam:vel si post factum complacuit sibi vel in ipso fieri saltẽ virtute & concomitanter, alias non peccat,quod sic probo:si occidens non agit cõtra aliquod dictamen prudentiale, sed regulatur illa actio hoc dictamine volo occidere færam, ergo. Item si amicus eius occidisset credens interficere fęram non peccasset, ergo nec istę, cum vterq; æque inuincibiliter ignoret. Aduerte quòd ignorantia non dicitur inuincibilis : quia taliter ignorans non possit illam vincere & habere oppositam scientiam : nec quia ignorans facit omne quod posset facere vt vincat : sed quia adhibita omni diligentia quam tenetur præcise ad illum actum,

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

actum,non poteſt vincere. Vnde non poteſt dari talis ignorantia in his quæ ſunt pure de iure naturæ vel diuino : quia faciendo quod in nobis eſt vincimus talem ignorantiam per Doctorem intrinſecum iuxta.pſalmus. Signatum eſt ſuper nos vultus tui lumen,ſed cadit in his quæ ſunt de iure humano poſitiuo & quæ ſunt facti. Eſt autem ignorantia facti quando habita ſcientia iuris ignoratur obiectum eſſe iure prohibitum : ſicut Iacob accedens ad liam credens eſſe Rachelem. Item nota quòd ignorantia quæ eſt peccatum duo dicit, vnum ex parte intellectus, ſcilicet, aſſenſum erroneum & carentiam veri iudicij : aliud ex parte voluntatis, ſcilicet volitionem qua quis vult ignorare vel voluntate imperante ignorantiam:vel non habente talem imperiũ ſed omiſsionem volitionem qua deberet imperare potentis inferioribus vt addiſcerent . Eſt autem duplex ignorantia, ſcilicet, puræ negationis non ponens aſſenſum nec diſſenſum, ſed ſolum negans ſcientiam . Alia eſt prauæ diſpoſitionis & eſt aſſenſus erroneus, ſeu aſſenſus falſi & diſſenſus veri, quo intellectus iudicat aliter eſſe in re,quàm ſit.

VTrum actus bonus moraliter poſsit eſſe malus. Dicendum ꝙ duplex eſt actus bonus ſeu virtuoſus : quidãeſt extrinſece bonus, qui cõtingẽtẽr poteſt eſſe virtuoſus & vitioſus ex

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſus ex ordine ad aliud, quamuis ex obiecto ſit bonum: vt dare eleemoſynam, alius eſt intrinſece bonus: qui ſic eſt bonus ꝙ volũtas nõ poteſt illũe licere quin agat virtuoſe & quinille actus ſit bene circunſtantionatus, vt dilectio Dei interior. Sed certe nullus eſt actus ita intrinſece virtuoſus, qui ſi ſecundum ſe conſideretur, non poſſet fieri vitioſus ſiue ſit interior ſeu exterior: nam dilectio Dei interior vitioſa eſt ſi fiat finaliter propter mercedẽ: quia ſicut nunquàm homo peccat, quin pro tempore quo peccat ſit in eius poteſtate non peccare: ita nunquàm homo meritorie operatur, quin pro eodem tempore ſi ſecundum ſe ſummatur non poſsit demereri.

VTrum ad bonitatem moralem actus ſufficiat conformitas ad dictamen rectum vniuerſale. Dicendum ꝙ ſic ſecundum Ochã. Vnde Iacob cognoſcendo Ieam egit bene moraliter: non propter dictamen particulare ſed propter hoc vniuerſale. Omnis vxor mea eſt à me cognoſcenda. Martinus de temperantia dicit quòd vltra vniuerſale habuit hoc iudicium particulare, hæc eſt à me cognoſcenda: quod fuit falſum & actio illi conformis mala moraliter, ſed non imputabiliter quia inuincibiliter ignorabat: & ita ignorantia inuincibilis excuſat actũ non à malitia morali ſed ab imputabilitate. Sed ſecũdum ſanctum Tho. ad bonitatẽ actus requiritur bonitas ex obiecto:

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

iecto: bonitas ex fine & bonitas ex circunſtantijs: ita quòd illud quod fit, ſit ſecũdum ſe bonum fiat propter bonum finem: quando oportet, vbi oportet ſecundum quòd oportet, & cum alijs debitis circunſtantijs. Inſuper requiritur conformitas ad dictamen rectum in vniuerſali & particulari ſecũdum q̃ eſt in apprehẽſione adhibita debita & honeſta diligentia. Vnde bonitas actus moralis non eſt aliud quàm conformitas actus libere eliciti ad dictamen rectum in vniuerſali & particulari: & per oppoſitum malitia actus moralis eſt difformitas actus ad rationem in vniuerſali vel particulari.

QVæitur penes quid attendatur maior bonitas actus moralis. Quidam dicunt q̃ pœnes eſſe magis intenſum. Alij q̃ penes aceptari ad maius præmium æternũ vel temporale. Sed verius dicitur quòd attenditur penes eſſe magis conforme dictamini prudentiali ſecundum meliores circũſtantias: vt quia eſt ad melius obiectum & ad meliorem finem & huiuſmodi. Aduerte q̃ inter bonum meritorium & malum demeritorium datur actus medius: puta actus bonus factus in mortali, ſed inter bonum morale & malum morale non datur actus medius deliberatus & ſingularis ſecundum ſanctum Tho. quamuis, ſcilicet Bonauen. & Ocham aſſerant oppoſi-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tum vt cum fit ſuper debitam materiam & non propter debitum finem.

VTrum intellectu iudicante aliquid eſſe bonum voluntas poſsit ferri ad oppoſitum. Dicendum ꝙ quamuis intellectu exiſtente in apice contemplationis ſecundum eſſe ſpeculatiuum, voluntas poſsit ad oppoſitū: tamen ſi in eſſe pratico intellectus iudicat obiectum eſſe bonum ſecundū omnem rationem bonitatis in vniuerſali & particulari ſine hęſitatione & dubio & nullā inuenit rationem mali in obiecto non poteſt voluntas nō ferri in illud quo ad ſpecificationē actus & non quo ad exercitum actus pro ſtatuto viæ, & quo ad vtrumq; in patria.

VTrū omnes virtutes morales neceſſario ſint cōnexæ: ita ꝙ qui vnā habet neceſſario omnes habeat dicendam ꝙ duplices ſunt virtutes, quædam perficiunt hominem ſecundum cōmunem ſtatum quantum ad ea quæ communiter in omni vita hominum agenda occurrunt: vnde oportet quòd homo ſimul exercitetur circa materias omnium virtutū, & tales virtutes ſunt neceſſario connexę Aliæ virtutes perficiunt hominem ſecundum aliquem eminentem ſtatum ſicut magnificentia & virginitas: & quia harū materia nō occurrit vnicuiq; communiter poteſt quis habere alias virtutes non habendo has in actu ſed in potentia propinqua. Dico igitur quòd qui habet

vnam

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

vnam virtutem, habet omnes in actu vel in potẽ-tia propinqua: quia de ratione virtutis moralis est q̃ rectificet potentias ad bene & faciliter operandum in omni euentu: quod sine earum cõnexione fieri non potest.

VTrum matrimonium legitime cõtractum per verba de p̃senti inter fideles nõ consummatum possit dirimi per Papã absque ingressu religionis. Aliqui canonistę. in. ca. ex publico. de conuer. cõiug. quos sequitur Caietanus, tenẽt q̃ sic ex magna causa. Sed theologi cõmuniter tenent oppositum & hoc videtur verum: quia Papa non potest mutare formas sacramentorum nec materias, & à fortiori nec essentiam sacramẽtorum secundũ omnes docto. sed in prædicto casu concurrunt materia & forma sacramenti matrimonij & omnia requisita ad ipsius essentiã, ergo Papa nõ potest illa tollere, minor patet. Nã materia sacramẽti matrimonij secũdũ. s. Th. in. 4. dist. 26. q. 2. est cõsensus: & forma sunt verba quib⁹ exprimitur, vel secũdũ alios verbũ à primo prolatũ est materia, & verba à secundo data in responsum sunt forma quæ omnia ibi cõcurrunt, ergo. Vnde dicit. b. Th. vbi supra. & 3. par. q. 28. q̃ duplex est perfectio matrimonij: vna essentialis quam facit solus consensus inter personas legitimas ad contrahendum & copula coniugalis quæ est obligatio ad mutua obsequia & ad prolem nutriẽdam si

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Deus dederit vel niſi aliter diſpoſuerit. Alia eſt perfectio accidentalis matrimonij quam facit carnalis copula. Item ſecundum eundem & theologos: matrimonium ex ſui natura & diffinitione dicit indiuiſibilitatem & inſeparabilitatem: & formaliter & eſſentialiter eſt animorum coniunctio & non corporum, & eſt quædam realis relatio coniugum ad inuicem: ergo per ſolam mortem realẽ vel ciuilem per ingreſſum religionis poteſt dirimi: quia per hæc tollitur vnum extremum relationis, & per cõſequens cõiugium deſinit eſſe, quod importat talem relationem. Conſumatur autem matrimonium vel per ſolam immiſsionem ſeminis in vas, vel per ſolam corruptionẽ: quia vtroq; modo fiunt vir & vxor vna caro. Pro dictis facit nam vbi ſupra. arti. 3. ſic arguit. Quod pertinet ad ſignificationem ſacramenti eſt de neceſsitate ſacramenti, ſed carnalis copula eſt huiuſmodi: quia ſignificat coniunctionẽ Chriſti & Eccleſię, ergo. Reſpon. q̃ ſignatio rei contentę eſt de neceſsitate ſacramenti & ad hanc non pertinet carnis commixtio, ſed ad rem non contentam. In ſacramẽto matrimonij res cõtenta & ſignata eſt gratia quam efficit ſacramentum: res ſignata ſed non contenta eſt coniunctio Chriſti & Eccleſiæ, actus exterius apparentes ſunt ſacramentum tantum, obligatio innata ex talibus actibus eſt res & ſacramentũ. Petrus etiam de Palu. vbi ſupra. q. 1. dicit q̃ coniun-

ctio

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ctio quæ est essentia matrimonij non est carnis cō mixtio: cum illa sequatur, nec fuit in virgine inter quam & Ioseph fuit verum matrimonium, nec in multis alijs vt in eduardo rege, nec consensus prȩcedens: cum ille sit causa efficiens, sed est coniunctio ligaminis media quam Deus efficit. Istud vinculum olim non erat nisi relatio rationis: sed in noua lege matrimonium est sacramentum per aliquid reale absolutum impressum. Vtrum autem illud sit subiectiue in corpore an in anima, opiniones sunt : sed verius est quòd est in anima, cum sit dispositio ad gratiam, vide Palu. in. 4.

QVȩritur quot modis fiat professio tacita. Dicendum ꝙ multis: primo quando nouitius sponte et scienter ingerit se actibus qui solum competunt professis de iure vel consuetudine & triduo perseuerauit in tali proposito, vel loco perseuerantiæ tridui hoc fecit cum habito professorum distincto in colore & forma, secundum Panor. in. ca. porrectum. & ca. vidua, de regu. Secundo inducitur tacita professio ex delatione habitus professorum si ille sit distinctus in colore vel forma exteriori. Et sicut expressa professio non inducitur quocunque voto, vel causa nisi fiat in manibus potentis recipere & incorporare religioni, vel alterius de eius licentia: ita professio tacita non valet sine eius scientia & assensu

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

nisi ab eodem habitus professorũ nouitio sit tra-
ditus cum intentione vt per hoc profiteatur. Vn-
de patet q̃ si in ordine prædicatorum vbi habitus
nouitiorũ non est distinctus in exterioribus: defe-
rat nouitius habitum per annũ & illi quorum est
recipere ad professionẽ ex incuria non aduertant
quousq; sit elapsus annus & nollent ipsum admit
tere ad professionem: q̃ nõ est professus, sic tenet
Siluest. et fere omnes docto. Tertio inducitur ex de
latione habitus nouitiorũ per annum indistincti
distinctione patenti, licet esset distinctus distin-
ctione occulta: puta per benedictionem. clemen.
eos. de reguli. Quarto inducitur secundum Inno
cen. Hostien. & Ioan. Andre. quando quis accipit
habitum nouitiorum cum proposito mutandi vi
tam absolute. ca. consulti. &. ca. non solum. ca. sta
tuimus. de regul. Sed hoc non videtur versũ quia.
d. ca. non solum. diuidit eum qui proposuit abso-
lute mutare vitam: contra eum qui expresse vel ta
cite est professus. &. ca. beneficium de regu. et. ca.
non solum, & alia quæ videntur contraria: intelli
guntur q̃ talis non potest reddire ad seculum sine
mortali, non autem q̃ sit professus: quia professio
etiam tacita non fit sine duobus altero profitente
& altero acceptante: & propositum illud perseue
randi est votum interpretatũ vt cum quis se offert
ad professionem, nec tamẽ fit professio quia alius
non acceptat. Falluntur in hac materia canonistæ

putan-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

putantes promiſsionem non eſſe de ratione voti, ſed ſufficere ſolum propoſitum, quod eſt falſum, vt patet ex diffinitione voti. Quod autem propoſitum mutandi vitam abſolute non ſit profeſsio probatur. Primo per.ca. tranſmiſſa. de renun. & per.ca. ad apoſtolicam. de regu. vbi patet. q̃ profeſsio non ſit ſine conſenſu monaſterij: quod dando habitum nouitiorum non intendit iſtum ad profeſsionẽ recipere, ſed mores eius experiri. Itẽ cum profeſsio ſit quaſi quidam cõtractus, & hinc & inde oriatur obligatio reciproca, non poteſt cõſiſtere ex parte vnius tantum. Dicit Palu. quòd talis eſt obligatus religioni in genere ex præcepto Eccleſiæ: quod non poteſt ſtare quia tale præceptum nullibi reperitur, cum iura ſemper ſe referant ad voluntatem & intentionem intrãtis. Qui ergo intrat religionem proponens perſeuerare & mutare vitam non vouẽdo nec ſe offerendo profeſsioni: infra annum poteſt reddire ad ſeculum & contrahere matrimonium ſine peccato quo ad Deum & Eccleſiam, ſi ex cauſa iuſta reddeat puta infirmitate vel debilitate, quia ſolum intrat talis ad experiendum: ſi autem in ipſo ingreſſu religionis obtulit ſe profeſsioni vel fecit votum: obligatus manet religioni in genere, ſed non eſt profeſſus: & peccat reddeundo ad ſeculum, & ſimiliter qui intrat ſolum animo experiendi, ſi reddeat ad ſeculum ex cauſa iniuſta peccat:

puta

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

puta tedio ſanctæ vitæ & huiuſmodi propter ingratitudinem.

VTrũ priuilegiatus vel clericus non audiens diuina tempore interdicti peccet mortaliter. Aliqui dicunt ꝙ non: quia quod eſt in fauorem alicuius conceſſum, non debet in eius odium retorqueri. Sed cõmuniter tenetur oppoſitum quia auditio diuinorum talibus non eſt interdicta: nec iudices ferentes ſententiam interdicti, intendunt tales interdicere.

VTrum Papa poſsit errare in canonizatione ſanctorum, pro reſponſione. Sciendum ꝙ ſententiæ latæ à Papa cum Cardinalibus ſunt in duplici differẽtia, quædam ſunt circa quędam facta particularium hominum, vt promotiones ad beneficia & ſimilia. Et in his ſecundum dicto. eccleſia poteſt errare: quia vtitur medio in certo puta atteſtationibus hominum & de ſen. excõ. à nobis, dicitur quòd iudicium Eccleſiæ fallit & fallitur. Quædam pertinent ad ſtatum vniuerſalis Eccleſiæ vel quantum ad fidem vt determinationes in his quæ ſunt fidei, vel quo ad mores vt ſtatura decreta & decretales: & in his ſi conſiderentur prædicti abſolute vt ꝑſonæ priuatę errare poſſunt: ſecus ex ſuppoſitione diuinæ prouidentiæ gubernantis Eccleſiam ne fallatur ſecũdum illud Ioan. 14. ſpiritus ſanctus adueniens docebit vos omnem veritatem, ſcilicet, de neceſſarijs ad ſalutem.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tem.Facit.25.quę.1.violatores.Secundum.s.Tho. quol.9.canonizatio sanctorum mediat inter prædicta:quia Papa vtitur medio fallibili,idest,hominum testimonio:& honor quẽ sanctis exhibemus est quædam fidei professio qua sanctorũ gloriam credimus,vnde inquit pie credẽdum est ꝙ in his iudicium Ecclesię errare non possit. Ioan.de nea. quol.11.& plures alij tenent simpliciter ꝙ asserere Papam posse errare in canonizatione sanctorũ est hæreticum,& hæc est mens beati Tho.in.2.2. quia in spectantibus ad fidem & bonos mores asserere Papam posse errare est hæreticum, sed canonizatio sanctorum est huiusmodi:quia per eam ponuntur vt exemplar fidei & sanctæ vitæ & vt in uocandi ab omnibus in necessitatibus,ergo. Vnde nõ est dabilis materia quæ magis de per se spectet ad fidem & mores,quàm ista decanonizatione sanctorum:& per consequens Papa in hoc nõ potest errare & oppositum simpliciter est hæreticum cũ sit directe contra articulum fidei, scilicet. Credo sanctam Ecclesiam. Quod autem dicitur, multi sanctorum venerantur in terris quorũ corpora ardent in inferno, intelligitur de nõ canonizatis:& quamuis testimonium hominũ quo vtitur Papa in canonizatione sit medium fallibile secundum se:non autem vt eo vtitur Papa in cõcernentibus fidem,quia finis & ea quę sunt ad finem eandem habent necessitatẽ et proportionaliter se habent.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

habent. Canonizare non est aliud quàm regulariter instituere q̃ aliquis solenniter honoretur pro sancto autoritate Ecclesiæ: sine qua non licet facere officium de aliquo & preces solẽnes: quamuis in priuato liceat porrigere preces ad defunctũ bonæ vitæ quem credimus regnare cum Christo: de reliqui. & vene. san. ca. 1. In martyre solum fit inquisitio de imraculis & de causa passionis. arg. de conse. dist. 4. cathecuminum. & ca. baptismi vicẽ: sed ad canonizandũ confessorem maior fit inquisitio puta de excelentia vitæ eius: si fuit in laboribus multis & iustis & cum patientia, si castus & strenuus moribus. distin. 66. miramur: maxime si simplex & humilis, de præsumpt. c. & studijs. de miraculis eius in vita & post mortem, si sustinuit persecutiones. 7. quæstione. 1. omnes. &. ca. ibi adunati.

.61.
ex.

VTrum sit verum esse aliquas personas habẽtes virtutem sanandi & similiter an sint fœminæ diabolicæ quæ vulgo bruxas dicuntur. Ad primum dicendum q̃ inter alias gratias gratis datas, vna dicitur gratia sanitatum alia gratia prophetiæ. Cum igitur experiẽtia teste certum sit aliquos homines qui dicuntur saludadores Hispane: sanare infectos rabie & prædicere multa occulta circa sic infirmos. Dicẽdum est vel q̃ sanitatem illam efficiunt quadam virtute seu qualitate sanatiua naturaliter eorum tactui impressa:

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

preſſa: eo modo quo dicimus gemas quaſdam & herbas ſanare aliquas infirmitates: vel q̃ ſuper naturaliter illud fit per gratiam gratis datam quod veriſimilius eſt. Nec inconuenit q̃ tales viri communiter ſunt intemperanti & malę vitæ, quia cũ gratia gratis data principaliter detur ad vtilitatem aliorum & non ad propriam: compatitur ſecum malitiam perſonæ & reperitur in exiſtentibus in mortali. Vnde in die iudicij multi dicent Chriſto. Domine nõne in nomine tuo dęmonia eiecimus & multas virtutes fecimus: quibus dominus dicet, non noui vos, Matth. 26. Ad ſecundum dicitur quòd ſine dubio permittente domino multæ perſonæ illuduntur à dęmone & videtur eis q̃ de nocte ambulant & plura mirãda faciunt: quod non ſic eſt, ſed ipſis virtute dæmonum priuatis ſenſatione, & quodam modo mente alienatis: dæmones formata eorum effigie hac illac perambulant vſque ad certam noctis horam: & tales ſunt iſtæ perſonæ peſsimæ quæ Hiſpane xorginas dicuntur.

VTrum miſſa dicta pro pluribus tantum valeat ſingulis ac ſi pro ſingulis ſolum diceretur. Pro reſponſione primo adducam aliqua notabilia ex beato Thom. ad huius dilucidationem facientia. Secundo reſpondebitur quæſito.

Dicit

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Dicit beatus Tho.in.3.parte.q.79.5.quòd eu chariſtia in quantum ſacramentum habet vnire Chriſto & membris eius & remitte re culpam & pœnam non totam, ſed ſecundum modum deuotionis & feruoris celebrantis vel facientis celebrari:ſed in quantum eſt ſacrificiũ habet vim ſatisfactiuam, & ex ſe habet ſufficiẽtiam ad ſatisfaciendum pro omni pœna.Item in.4.diſtin.45.q.2. inquit quòd licet hoc ſacrificium ſit infinitæ virtutis,tamen in miſſa operatur finite et limitate:vnde non oportet quòd per vnam miſſam tota pœna exiſtentium in purgatorio expietur:immo aliquando plures miſſę iniunguntur in ſatisfactione vnius peccati & ita infinita virtus eu chariſ.limitatur ad effectum finitum, ex diſpoſitione offerentis: quia in ſatisfactione plus attenditur affectus offerentis quàm quantitas oblationis:vnde vidua plus omnibus obtulit.Lu.12.Offe rentis in quantum mediate vel immediate:quia ſi ſacerdos ſit malus vel nõ habeat affectum ad eum pro quo celebrat, vel quia odit vel quia ignorat eum:tamen ſacrificium illi prodeſt finite ſecundum affectum mandantis pro illo celebrari. Sed contra pone quòd aliquis peccator faciat dici miſſam per ſacerdotem malum: pro aliquo exiſtente in purgatorio qui de hoc nihil ordinauit:ſequitur ex dictis quòd miſſa valebit ſibi ad remiſsionem totius pœnæ quantuncunque grauia & enormia

peccata

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

peccata habeat purgãda, quia missa de se habet infinitam efficaciã & in hoc casu non videtur limitata per aliquem & sic operabitur infinite . Sed dic ꝙ semper limitatur saltẽ secundũ finitam deuotionem Ecclesiæ quæ ordinat sacerdotes vt celebrent pro viuis & defunctis cui deuotioni Ecclesiæ si addatur deuotio inmediate offerentis videtur effectus augeri , igitur licet omnes missę sint ęquales quo ad sacramentum non tamen quo ad effectum sacramenti, quia aliquando ille cõmensuratur dispositioni offerentis qui non est semper ęq̃lis, aliquãdo Ecclesiæ, aliquãdo rogantiũ offerri, aliquãdo eorũ pro quib⁹ nullo rogãte offertur.

QVantum ad secundum notandũ ꝙ circa hoc sunt duæ opiniones extremæ & vna media. Quidã indistincte tenẽt ꝙ missa dicta pro pluribus æque valet singulis ac si pro eis solis diceretur. Tum quia sacrificium oblatum est infinitæ virtutis, tum quia beatus Hieronymus vt habetur de cõse. distin. 5. ca. non mediocriter ait. Cum pro cunctis animabus psalmus vel missa dicitur nihil minus dicitur quam si pro vno quolibet diceretur ipsorum accipitur . Sed Beatus Tho. reprobat hanc opinionẽ in. 4. distin. 45. quæstĩ. 2. quia suffragium vt satisfactiuũ est simile solutioni cuius effectus minuitur si fiat pro pluribus, quia finitũ diuisum efficitur minus, & si esset verum quòd effectus in quem potest sacerdos per

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

hoc ſacrificium ſit infinitus vt dicũt iſti : poſſet ſa cerdos vnica miſſa ſẽper liberare omnes animas à purgatorio quia pœna debita ſingulis eſt finita & conſequenter pœna debita omnibus erit finita cũ ex finitis numero & quantitate non reſultet ni ſi finitum, quod ad infinita virtute ſuperatur. Tex tus vero non mediocriter, intelligitur quantũ eſt ex parte ſacrificij non cõſiderata diſpoſitione va- ria recipiẽtis cui applicatur. Vel intelligitur ex par te celebrantis vt tantum ſit illi meritorium celebra re pro omnibus ſicut pro ſingulis aut maius ſi ex maiori charitate faciat, vt patet intuenti textum cum gloſa.

ALia opinione indiſtincte tenet quòd miſ- ſa dicta pro multis magis prodeſſet vni ſi pro eo ſolo diceretur nam miſſa & omne ſuffragium dupliciter conſideratur. ſ. in quantum habet valorem ex charitate, & ſic tantum prodeſt ſingulis quantum ſi pro vno ſolo fieret quia chari tas ſuffragantis non minuitur immo creſcit ſi effe ctus eius diſtribuatur in multos. Et ſimiliter gau- dium procedẽs ex charitate, quo etiam modo po teſt intelligi dictum. ca. non mediocriter. Si vero cõſideretur ſuffragium in quantum eſt ſatisfactio quædã traſlata ad alios per intentionem facientis magis valet illi ꝓ quo ſpecialiter fit, & ſic effectus ſuffragij ex diuina iuſtitia diuitur inter eos pro qui bꝰ fit. Sic tenet Palu. Florẽ. Panor. & Ioan. and. in. ca.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ca.fraternitatem de sepul. itaque secundum hos virtus infinita missæ limitatur ad operandum secundū affectum offerentis qui est triplex.s.Christus, Ecclesia & particularis persona, vnde.3. effectus satisfactionis sequūtur, quorum vnum Christus cui sibi placet distribuit, alium Ecclesia omnibus de quibus fit mẽtio in canone.3. vero sacerdos offerẽs īmediate vel ille qui illū rogat offerre.

TErtia opinio distinguit, vnam missam prodesse singulis pro quibus offertur acsi offeretur pro singulis singulariter dupliciter potest intelligi. Primo quando singuli habent aliquem pro se primo offerentem & sic est verū & procedit prima opinio. Alio modo quãdo singuli non habent offerẽtem pro se primo, sed aliquis offerens primo offert pro omnibus & ex cõsequẽti pro singulis, & sic minus prodest singulis vt dicit secunda opinio. Vnde quãdo sacerdos mouetur ad celebrãdū pro pluribus à se ipso vel ab alio effectus offerentis cui proportionatur effectus sacrificij est vnus tantum, qui fertur totus in omnes primum, & non in singulos & consequenter fit minor ad singulos. Si vero sacerdos moueatur ad celebrandum à pluribus & pro pluribus vt quia vnus petit missam pro anima patris, alius pro anima matris, alius pro amico, vna missa omnibus satisfacit tantum valens singulis sicut omnibus, quia affectus quibus respondet effectus

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſacrificij primo feruntur in ſingulos ſecundum ſingulos mouentes ad celebrandum. Sed contra quia hoc caſu totus effectus miſſæ diuiſus eſt finitus, ergo minor erit ad ſingulos. Dic quòd ibi nullus eſt vnus numero effectus ſacrificij diuiſus in partes ſed ſunt ibi tres effectus ſecundum ſe totos diſtincti tribus affectibus reſpondentes. Et ſi replicetur. Secundum hoc omnes animæ in purgatorio liberabiles ſingulæ vnica miſſa, poſſent omnes ſimul vna miſſa liberari. Dicendum hoc non eſſe neceſſarium, quia non ſemper erit tanta deuotio offerentis quanta requiritur ad illarum liberationem, eſt tamẽ poſſibile ſi proportionetur deuotio offerentis. Eſt ſimile de virtute baptiſmi quæ eſt infinita & applicatur huic & illi per verba & intentionem baptizantis, & tamen ſi baptizentur ſimul innumerabiles, quilibet tãtũ accipit ac ſi ſolus baptizaretur. Similiter ſi vna anima purgatorij eſſet liberabilis centum miſsis & centum homines peterent ab eodem ſacerdote ſingulariter cum debito deuotionis affectu, vt pro illa vnã miſſã celebraret per vnam illam ſolam miſſam liberaretur a pœnis ſecundum hoc. Si adhuc inſtes quia quãuis affectus offerentium proferatur in ſingulos tamẽ affectus ſacerdotis fertur primo in omnes in vna oblatione & conſequenter effectus ei correſpondens eſt cõmunis & diuiſus in partes, & per conſequens minor ad ſingulos. Dicendum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

dum quòd affectus ſacerdotis volentis pro illis tri bus celebrare eſt deprecatiuus & ſic nõ minuitur per hoc quòd eſt in multos ſed augetur. Eſt etiam applicatiuus ſacrificij & inſtrumẽtum Chriſti & principaliter offerentis ſacrificium & conſequẽter applicat proportionaliter ad affectum eius ſi ſic intendit: vnde effectus ſacrificij non proportionatur affectui eius niſi quando motu proprio principaliter celebrat, & dato ꝙ circa ſacrificium habeat aliquem effectum diuiſum; tamen cũ ipſi etiam offerentes habeant effectum affetuum ſuorũ ipſi ſunt plene ſatisfacti, ac ſi ſacerdos ad inſtãtiam vnius tantum celebraſſet. Quia non quærebant principaliter affectum ſacerdotis nec illum ipſe promiſit, ſed ſacrificium ad quod reddendũ ſufficit ipſe affectus ſolum vt applicatiuus quod ei conuenit ratione intentionis.

QVantũ ad tertiũ ſciẽdum quòd Sanct. Tho. primã opinionẽ expreſſe reprobat vbi ſupra Secũda vero quantũ ad ſuffragia in genere expreſſe dicit, tertiã vero expreſſe non docuit, conſona tamen eſt ſuæ doctrinæ, vt patet ex dictis. Si quæratur quomodo ſtat ꝙ ſanctus Thomas, teneat ſecundam opinionem ſimul cum tertia. Dic quòd ideo eſt quia ſuffragium quod eſt per miſſam poteſt fieri immediate pro multis ſiue primo, & tũc non ita prodeſt ſingulis ſicut ſi pro ſingulis immediate & primo fieret quia diuiditur, vt cum ſacer

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

dos ex ſe ſolo mouetur ad celebrandū pro aliquibus. Poteſt etiã fieri immediate & primo pro ſingulis vt cũ ſacerdos motus à multis celebrat pro multis, & tunc ita prodeſt ſingulis ſicut ſi pro eis ſolis celebraret, quia tũc vt dictũ eſt nullũ vnũ numero ſuffragiũ diuiditur. Quatenus ergo dicitur miſſa primo pro multis, vera eſt ſecunda opinio, quatenus dicitur primo p ſingulis vera eſt tertia. Confirmatur quia cum virtus ſacrificij ſit infinita & pars quã diſtribuit Chriſtus ſeu Eccleſia ſit finita relinquitur infinita pars diſpenſanda per ſacerdotẽ quã põt multis applicare, licet cuilibet finite & ſic non videtur quare quãdo ad inſtãtiã multorũ celebrat, cur ſinguli nõ accipiant ſecũdũ affectũ ſuũ ac ſi pro eis ſolis offeretur ſacrificiũ. Hanc opinionem tenet angel. Caietanus, & Silueſ. Secũdo ſi non interueniat promiſsio de certa miſſa dicenda quia ſi promiſi vni dicere miſſam de beata virgine, & alteri miſſã de defunctis non ſatisfaciã per alterã tantũ, niſi forte recitãdo infra eandem miſſam vtrunq; officiũ. Tertio niſi petẽs miſſam ſecũdũ aliquos petat expreſſe quod pro nullo alio ſic ſpecialiter offerat ſacrificium miſſæ, & petat à ſacerdote opus operatũ miſſæ & totum opus operans quod per miſſas ſacerdos cõmunicare ſolet. Sed hoc nihil eſt quia nemo ſic petit, & ſi peteret non eſſet acceptanda eius petitio cum ſit iniuſta & cõtra charitatẽ. Quarto cauendum eſt ſcandalum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

lũ,vnde quia ſimplices iſta nõ poſſunt capere nõ ſunt prædicanda nec paſſim dicenda. Quinto cõ currere debet deuotio petentis miſſam,& intẽtio celebrantis offerentis ſacrificium miſſæ pro illis, quia altero deficiente vna miſſa non valeret tantum pluribus quantum ſi pro vno ſolo diceretur. Eſt ad hęc bona ſimilitudo quia ſi vni miſſæ inter ſint mille & ſuperueniant alij mille, qui prius adderant ex aduentu aliorum nihil perdunt, immo quanto plures adfuerint miſſæ acceptior apud Deum erit oratio ſingulorũ & citius exaudiẽtur.

VTrum donãs vel promittens aliquid ob turpẽ cauſam, puta virgini vt ea abutatur teneatur implere. Pro reſpõ notandũ ꝙ donatio aliquãdo fit abſolute ſicut cũ nulla apponitur conditio,aliquãdo fit ſub cõditione,aliquãdo ſub modo. Differt autẽ cõditio à modo & cauſa, cõditio nãque eſt futurus euẽtus in quẽ ſuſpẽditur actus & ĩportatur per.ſi.niſi.& per ſimiles dictionis,& ãte euẽtũ cõditionis nihil eſt.l. prima.c.de cõdi. Modus aũt eſt exhortatio ad impletionẽ illius quodin donatione imponitur & nõ ſuſpẽdit actũ ſed clarifi cat vnde promiſſũ ſub modo poteſt peti de præſenti præſtita cautione de modo obſeruãdo,et importatur per vt.dũ modo.ne.ad.& ſimilib⁹,vt lego tibi mille ad ſepulchrũ ędificãdũ. Cauſa vero importatur ꝑ quia. Cõditiones ſunt quadruplices ſ.honeſtæ, indifferentes, impoſsibiles,& turpes.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Primæ duæ ſuſpendunt contractum & ipſis non extantibus non tenet donatio. Conditio impoſſibilis in matrimonio fauore eius habetur pro non poſita, ſed in alijs contractibus vitiat contractum ca.fin.de condi.appoſ. Conditio turpis & inhoneſta ſi eſt contra ſubſtantiam contractus, vt ſi cõtrahet quis ſub hac conditione ſi alter venena ſterilitatis procuret, vitiat ſed nõ vitiatur quia remota parte ſubſtantiali non remanet totum. Et dicitur de ſubſtantia contractus ſine quo non poteſt ſtare contractus. Si vero non eſt contra ſubſtantiã contractus nõ vitiat ſed vitiatur & reijcitur & habetur pro nõ adiecta in cõtractibus ſpũalibus, vt in matrimonio ſed in cõtractibus tẽporalibus regulariter vitiat ſecũdũ Docto.in.d.ca.fin. His habitis dicendum ꝙ donatio vel promiſſio facta publicæ meretrici quæ non turpiter accipit quãuis turpiter acquirat, vel concubinæ etiam propter cauſã illicitã tenet ſecundũ bar.bal.& fere omnes Doct.in.l.affectionis.ff.de dona.ſed pro meretricio facto cũ vidua, nupta vel virgine quod iure ciuili punitur, promiſsio nõ valet, ſed facta donatione potior eſt cõditio poſſidentis. Idem dic de donatione facta pro homicidio & pro quocunque quod lege dãnatur. Sicut igitur votum factũ propter malum finem non tenet, ita promiſsio facta propter cauſam illicitam nõ obligat, quia quo ad hoc votum & promiſsio pari paſſu currunt.

Vtrum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

VTrũ in anno iubilei liceat admittere ad diui na tempore interdicti habentes cruciatam. Dicendum quòd vt habetur in extrauagan. quemadmodum de pœni. & re. in fine clementi. în anno iubilei hęc ſuſpenduntur ad beneplacitũ ſedis apoſtolicæ. Primo omnes indulgentiæ plenariæ. Secundo poteſtas cõmutandi vota. Tertio auctoritas dipenſandi ſuper male ablatis & incertis. Quarto facultas deputandi confeſſores ad abſoluendum à caſibus ſedi apoſtolicæ reſeruatis cõceſſa quibuſcunque Eccleſijs, monaſterijs, hoſpitalibus, fraternatibus, vniuerſitatibus & alijs pijs locis quouis modo & ex quauis cauſa. Incipit autem annus iubilei à vigilia natalis domini. Ex quibus patet q̃ de rigore omnes cruciatæ & aliæ gratiæ quæſtuariæ ſimpliciter ſunt ſuſpenſæ quo ad prædicta. 4. & non ſolũ pro anno iubilei, ideo eis non eſt vtendũ niſi de nouo concedantur, niſi dicatur quòd beneplacitũ ſedis apoſtolicæ eſt q̃ ſolum pro dicto anno & non vltra ſuſpendantur. Secundo quòd confeſsionalia & aliæ gratiæ conceſſæ ſpiritualibus perſonis non ſuſpendũtur etiã quo ad illa. 4. quia in dicta ſuſpenſione nõ fit mẽtio de gratijs conceſſis perſonis ſed communitatibus. Similiter priuilegia religioſorum ſiue conueniant ipſis in ſe, ſiue in ordine ad alios vt priuilegium quod habent quòd poſsint communicare quoſcunque excepto die reſurrectionis & ſuſpen

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

dere interdictum in suis festis non suspenduntur, tum quia mens Papæ non est vt religiosi vagẽtur pro lucrando iubileo, tum quia in iubileo solum suspenduntur gratiæ quæstuariæ quales non sunt gratiæ religiosorum, tum etiam quia gratiæ ipsorum potius sunt priuilegia quàm indulgentiæ & multum differunt adinuicem priuilegium & indulgentiæ. Nec priuilegia eorũ concessa sunt primo monasterijs, sed ordinibus: quamuis monasteria & personæ ex consequenti eis gaudeant. Vide de his in manuali. Sequitur tertio q̃ indulgentiæ non plenariæ & facultas eligendi confessorem & absoluendi à casibus non reseruatis Papæ nõ suspenduntur, nec esus ouorum nec admissio ad diuina tempore interdicti vel ad sepulturam, & generaliter alia à dictis. 4. non sunt suspensa.

VTrum liceat confiteri cuilibet sacerdoti de venialibus. Pro respõ. nota q̃ cũ sacramẽtum pœnitentię sit quodam iudicium, per solam potestatem ordinis non potest quis audire confessiones: sed minister pœnitentiæ est solus sacerdos habens iurisdictionem super pœnitẽtem. Vnde quãuis Papa in terris non cognoscat superiorem, confessor tamẽ ab eo electus habet iurisdictionẽ super eum in foro pœnitentiali. Est autẽ duplex iurisdictio, vna necessaria qua prælati & iudices statuti iudicant, alia voluntaria qua quis de voluntate partium assumptus iudicat de illis vt

faciunt

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

faciunt arbitri. Cum igitur de venialibus nemo teneatur confiteri, & prælati ad hoc nõ posint subditos cogere, qui esset certus certitudine morali quæ est ex coniecturis, sola venialia habere licite posset cui vellet illa confiteri, nisi in his casibus. Primo ratione scandali, nã si religiosus clerico seculari in monasterio de venialibus cõfiteatur scãdalum generabit. Secundo quando haberet excõmunicationẽ minorem cõtractam etiam cum solo veniali, quia cum non possit absolui à peccatis nisi absolutus ab excõmunicatione à qua non potest absoluere nisi solus sacerdos proprius vel habens licentiã ab eo, vt dicitur in ca. nuper. de sen. ex. talis non esset capax absolutionis.

VTrum virtute propriæ naturæ possit homo detestari culpam. Dicendum quòd dupliciter potest homo detestari peccatum, vno modo in quantum est offensiuum diuinæ & supernaturalis maiestatis, & hoc modo non potest, quia per propiam naturam secluſa fide & omni gratuita motione homo non cognoscit Deum vt principium supernaturalis boni quod oculus non vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit secũdum apostolum. Alio modo potest homo detestari culpam vt est lęsiua naturæ propriæ, puta quia cognoscit quòd propter luxuriam incurrit morbũ, & hoc modo virtute propriæ naturæ homo potest culpam detestari.

Quæritur

SVMMA

QVæritur per quæ diſcerni poſsint reuelationes factæ à ſpiritu veritatis ab hijs q̃ à ſpiritu mendacij & diabolica illuſione ingeruntur. Dicendum quòd ad hoc. 5. ſunt argumenta. Primum eſt quãdo ſapientes & ſpirituales viri graues & experti ita iudicant, licet à carnalibus & inſipientibus qui non niſi carnalia ſapiunt aliter iudicetur. Vnde prima ad Corĩ. 2. animalis hõ nõ percipit ea quæ dei ſunt, ſpiritualis autem iudicat omnia. glo. 1. intelligit, & diſcernit, & Bernar. cogitatio tua à Deo eſt, ſi prælati tui & ſpiritualium fratrum tuorum approbatur iudicio, hac ratione paulus mittitur ad ananiam, cornelius dirigitur per petrum, eunuchus per Philippum, hac de cauſa in collationibus patrum abbas moyſes ait, decipi nullo modo poteſt qui non ſuo iudicio ſed maiorum viuit exemplo, nec valebit hoſtis callidus illudere ei, qui omnes cogitationes corde noſcentes neſcit obtegere, ſed eas ſeniorum maturo examine reprobat, vel admittit, tandiu ſuggeſtiones noxiæ dominãtur in nobis, quandiu celantur in corde. Secundum ſignum eſt quando ex reuelationibus perſona cui fiunt creſcit in deuotione: in humilitate deſpectu ſui & omnia refert in gloriã Dei. Reuelatio ſiquidem diuina hominẽ reddit humilem & diſciplinatum, ſicut econtra ſpiritus diabolicus ſuperbum efficit tumidum & pertinacem. vnde prouer. 3. dicitur. Cum ſimplicibus eſt

ſermo

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

sermocinatio eius & ca.11. vbi sapientia ibi humi litas,& si ante quã habeat reuelationes appetebat eas habere signum est quòd non erat humilis & timeat an à spiritu superbiæ sit illusus,quia perfe- &e humilis extimat se indignum conuersari cum hominibus, vnde non venit in cor eius quòd dignus sit a Deo per reuelationes visitare.3. signum quo reuelationes Dei à diabolicis distingũtur est clara & indubia veritas eorum quæ reuelantur, nam dæmon qui pater mendacij & doctor errorum est,in illusionibus suis sępe falsa nonun quã vera vt facilius decipiat admiscet, sed spiritus.s. qui spiritus veritatis dicitur semper vera docet,& per hoc prophetia diuina à prophetia dęmonis discernitur,vt habẽtur.deutero.18.& in.2.2.quę. 172.ar.5. Quartum sigum est, conformitas ad sacram scripturam & sanctorum doctrinam & exẽ pla, vnde super illud iob.33. semel loquitur Deus &.2.id ipsum non repetit.ait Grego. Deus in singulorum cordibus priuatis vocibus non respondet, sed tale eloquium construxit,per quod cunctorum quæstionibus satisfaciet, in scripturæ quippe eius eloquij causas nostras singulas si requirimus inueniemus, & Ricardus, suspecta est mihi omnis viritas,quam non confirmat scripturæ sacræ auctoritas. Quintum signum est personæ cui fiunt reuelationes approbata sanctitas & sincera vita tẽperãtia iusticia ac cęteris virtutibus ornata.

De peccatis

SVMMA

De peccatis cogitationis.

QVæritur quot modis cõtingit peccare cogitatione? Dicendum quòd. 5. primo dũ mens cogitat vana & inutiliter quod eſt veniale peccatũ cõmuniter. 2. quando cõſentitur in peccatum patrãdum vel placet patratũ, & hoc eſt mortale ſi id in quod conſentitur eſt mortale: alias eſt veniale. 3. quando conſentitur cõditionaliter in peccatum, puta ſi abſq; infamia & periculo poſſet fornicari & talis cogitatio eſt tale peccatum quale eſt illud in quod conſentitur, quia licet conditionalis nihil ponat in eſſe, ponit tamen in apetitu rationali affectum volẽdi peccatum illud nec dimittit peccare quia nõ vult, ſed propter defectum conditionis, nec refert an conditio interpoſita ſit poſſibilis vel impoſſibilis, non. n. minus peccat mortaliter qui vellet deſtruere paradiſum ſi poſſet, quã qui abſolute cupit eius deſtructionẽ. Excuſantur tamen à mortali huiuſmodi conditionales ſi interpoſita conditio tollat ab actione voluntas rationem peccati, puta ſi dicat: ſi non eſſet peccatum ego occiderẽ, vel ſi Deus pręciperet ego lęderem, quia tunc volũtas freno rationis à peccato retrahitur. 4. quãdo conſentitur conditionaliter in opus ſibi illicitum propter ſuum ſtatũ vel votũ puta ſi religioſus appetat ducere vxorem ſi eſſet liber vel non ieiunare poſt votum vel ſi liber eſſet

non

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

nõ esset religiosus hoc est cõmuniter veniale propter remissam volũtatẽ ab inchoato bono, sed nõ mortale quia cõsensus infra limites liberi tẽporis consistit. Periculosum tamẽ est tentare quenquã sub his conditionibus, si essem, si fuissem, facerẽ ducerẽ, ad nihil. n. hę ducunt nisi ad peccatum. 5. quãdo in cogitãdo interuenit delectatio morosa, quæ est volũtaria delectatio de actu malo cogitato sine voluntate exequendi illũ quæ iuxta naturã actus de quo est delectatio iudicãda est, ita quòd si actus de quo quis delectatur cogitando est mortale puta fornicatio, furtum, homicidũ, ipsa quoq; morosa delectatio est mortale. Si actus de quo delectatur cogitando est veniale puta iocari verbis, comedere laute & similibus ipsa quoque morosa delectatio veniale est. Si persona cogitando de actu quantuncunque malo delectatur non aduertendo ad id de quo delectatur ita quòd si aduerteret non adprobaret non est mortale etiam si per vnum diem sic inaduertenter cogitaret & delectaretur, quia non potest esse peccatum mortale sine deliberato rationis cõsensu qui in proposito deest. Si vero aduertere incipit & prævalẽte impetu concitate passionis non plene aduertit sed ante quàm plene aduertat delectatio facit cursum suum veniale est & non mortale, quia sicut in aduertentia ita & nõ plena aduertẽtia excusat à peccato mortali, si autem plene aduertit & positiue

consentit

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

consentit in illam, peccatum iam patet, & similiter si positiue disentit: virtus iam patet. Sed si positiue non consentit nec dissentit, & tamen in illa delectabili cogitatione perseuerat, conuincitur cõ sentire ex ipsa continuatione delectationis nõ prohibitę à ratione quando potuit & debuit. Accedente. n. tempore quo voluntas potest prohibere mentem à continuatione mali actus, tenetur prohibere, sicut tenetur prohibere manum à prosecutione alicuius mali actus inchoati in somno, alioquin sibi imputaretur tanquã voluntarius, quia potuit & debuit prohibere & nõ prohibuit. Sed dupliciter cõtingit q̃ delectabilis cogitatio cõtinuetur. l. ex cõplacẽtia delectationis, vnde negligit cohibere cõtinuatiõnẽ illius & tunc plene est morosa delectatio, vel ex nõ existimatione cogitationis & commotę delectationis: puta quia scit voluntatem suam constantem & confidit quòd propter tales cõmotienes phãtasiæ & concupiscentię non cadet in cõsensum mali, & tunc peccat quia potest & debet conari ad repellendum talia intima bella & pericula maxima, non tamen mortaliter quia in veritate dissentit saltem virtualiter nec apprehendit illam vt operationem propriam sed tanquã tentationem & confidens de non consensu suo paruifacit illam cogitationem delectabilem tanquã debilem hostem, vnde ista negligentia nõ cadit super cõsensu vel dissensu voluntatis ad cõ

tinuationẽ

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tinuationem delectationis, sed super conatu ad re pellendum illam tanquàm hostem. Item delectatio esse potest. l. de opere cogitato. l. de ipsa cogitatione, verbi gratia, si cogitatur bellum aliquod cum delectatione contingit delectari. l. de homicidijs & vulneribus & huiusmodi. l. de discursu & collatione cogitationis, primo modo est peccatum mortale vel veniale eo modo quo dictū est. 2. modo de se nullum est peccatū: nisi ratione periculi si nimis vacando talibus cogitationibus exponit se periculo consentiẽdi in aliquod malum. Circa morosam delectationem tria nota, scilicet occasionem, libertatem & intentionem. Occasio delectationis potest esse volūtaria & licita vt cum gratia prædicandi vel consulendi. l. ex audientia confessionis cogitat vnde delectatio surgit vel voluntaria & non licita: vt si ex vanis & sensualibus verbis visis. l. tactibus incidit in tales delectationes, vel inuoluntarie: vt cum prẽter intentionem se offerũt prædictæ phantasiæ sic delectabiles. Primo modo nullum est peccatū nisi exponat se per hoc periculo consensus. Secundo modo est mortale si negligentia sit lata. Tertio modo communiter est veniale pro libertate scito quòd aliter subditur rationi appetitus sensitiuus: aliter membra corporis, nam manus & alia membra obediunt seruiliter & absq; libertate: moueo enim manum quando volo & versus partem qua volo nulla exi-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſtente in manu libera reſiſtentia : ſenſualitas vero obedit rationi politice hoc eſt cum libertate reſiſtendi, habet enim proprium motum & imperiū quo concupiſcit aduerſus ſpiritum. Hinc fit q̄ nō imputatur ita huiuſmodi motus delectationis, ſicut imputatur motus manus, nec eſt ſignum ſufficiens ad probandū conſenſum tacitū ſola perſeuerantia delectationis poſt aduertentia: ſicut perſeuerantia motus manus ſufficit ad conuincendū conſenſum aduertentiæ: nā pars ſenſualis poteſt perſeuerare ex proprio impetu: quod non habet locū in manu vnde ſimilitudo data ſuperius inter continuationem motus manus & motus delectabilis poſtquàm homo plene aduertit intelligitur quatenus iſte motus pendet à ratione quia tunc conuincitur conſentire in delectationem. 3. attenden da eſt intentio hominis nam ſi poſtquàm plene aduertit negligit, vt delectetur de illo malo opere committit formaliter peccatum cogitationis moroſe. Si autem negligit ſed non vt delectetur de malo opere cogitato, ſed ex quadam tepiditate ſeu aliquo huiuſmodi : non incurrit formaliter delectationem moroſam, nec peccat mortaliter niſi exorbitatio ſit tanta vt quaſi ideo neglexerit vt delectetur ſicut detrahens non intentione detrahendi non peccat mortaliter niſi læſio famæ fuerit tanta: vt quaſi intenderit ſi detrahendo non curat grauem famæ læſionem inferre.

Sic in

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Sic in proposito, & ex hoc excusare possumus à mortali plurales negligentias post plenam aduertentiam, in his qui habitualiter gerunt potius velle mori quàm mortali consentire. Non est enim eorum negligentia ex affectu ad delectationem de illo malo opere quod cogitatur. Hęc ita accipiantur ad excusandum, quòd non foueant ad negligendum.

Requisita ad bene cõmunicandũ.

Væritur quæ sint requisita ad bene communicandum. Dicendum ꝙ ex parte sumentis quattuor, primum est secundum suã conscientiam prę-misso diligenti examine ad pœniten dum de peccato sit mundus à mortali. nam qui si ne contritione mortalis cogniti communicat: indigne sumit, & reus est corporis & sanguinis domini, vt ait Apostolus. Sine confessione attamen si rationabilis causa non cõfitendi subest excusatur quia præceptũ de confessione præmitten da communioni non est de iure diuino nec de iure positiuo, cum nulibi reperiatur, nisi semel in anno, qui autem cõmode potest confiteri: & habẽs mortale de quo dolet differt cõfessionẽ, cõicat nihilominus: quia oportet ipsum cũ alijs cõicare aut oportet ipm celebrare peccat grauiter: quia minꝰ

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

digne voluntarius accedit & absq; rationabili excusatione ad Ecclesiasticæ vnionis sacramentum sine Eccleſiastica reconciliatione, non tamẽ vt videtur mortaliter. Secundo requiritur quòd sit ieiunus ieiunio naturæ hoc est quòd à media nocte nihil sumpserit per modum cibi. l. potus etiam de medicinalibus quãuis Gofredus: & Ioan. teneant quòd medicinalia non impediunt communionem. Sed communiter tenetur oppositum, nisi in articulo mortis velit summere per modum viatici, vide Palu. in. 4. distin. 8. q. 2. Vnde nota quòd si quis sumpsisset viaticũ & adhuc aliquibus diebus super viueret & vellet cõmunicare hora missę quotidie post sumptionem medicinalium, licite posset communicari. Item qui non aduertens quòd non est ieiunus cõmunicat non peccat mortaliter: quia non sunt tam arcte iuris positiui vincula interpretanda: vt inuoluntarie operationes imputentur ad mortem æternam ex obliuione vel simplicitate transgredienti ius positiuum materialiter tantum & non ex contemptu. Tertio requiritur tempus quo ad ętatem quo ad Pascha & quo ad articulum mortis de quo patet: nam puer postquàm ad annos discretionis venit tenetur in Paschate cõmunicare vt habetur in. c. omnis. de pœni. & remi. sed differentia est inter annos discretionis ad confitendum & ad communicandum: nam ad confitẽdum sufficit quælibet discretio &

id. 55. 03. 7. contra

tio & videtur quòd debeat incipere confiteri quã do incipit peccare quod accidit communiter in. 6.l.7.anno ętatis. Ad communicandum vero exi gitur discretio maior vt deuote & reuerenter sum mat quod communiter accidit secundum Palu.à nono anno: secundum sanctum Tho.à.10. vel.11. sed secundum quòd consuetudo optima legum interpres habet, à.13.l.à.14. Et quamuis præceptũ Ecclesiæ ad pueros dirigatur: quia tamen ętas illa medijs parẽtibus iuris præcepta suscipit: puer qui ex parentum iudicio annum discretionis ad com munionem determinandum spectat, non violat præceptum si post.14.l.15.annum incipit commu nicare, nam Dei prouidentia inferiora per media gubernat: non tamẽ excusabitur si multo post dif- ferat parentes vero excusantur si ob reuerentiã sa- cramenti seruant consuetudinem patriæ: vbi tar- dius pueri admittuntur ad communionem, quia quo ad hoc dictum præceptum non videtur mo- ribus vtentium comprobatum scientibus & non reprehendentibus prelatis. De.2.Pascha ad com munionem intelligitur vt declarauit Euge.4. dua bus hebdomadis durare, scilicet, à Dominica in ramis vsq; ad Dominicam in octauis Paschæ: vn de communicans in ramis palmarũ satisfacit præ cepto quia in declaratione Euge.expresse dicitur quòd communicans per octo dies ante Pascha sa tisfacit: & si adhuc diceretur à dominica in ramis

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

idem esset: quia cum hoc sit fauorabile debet extẽ di & intelligi à dominica inclusiue, quãuis bene uentranus in tractatu de pœ. et re. sentiat oppositũ, cõmunionẽ per aliquot dies licet de consilio pro prij sacerdotis ex causa rationabili differre: in arti culo vero mortis non cõmunicans peccat sed nõ mortaliter, nisi adsit contẽptus: quia quãuis valde securus exeat de mundo, qui sumpsit viaticũ: non tamen ad hoc sub præcepto tenetur sed iuri diui no satisfacit qui semel in vita cõmunicauit: licet ad hoc sub pœna mortalis nemo videatur teneri, cũ eucharistia nõ sit sacramentũ necessitatis sicut pœnitentia post mortale, iuri autẽ positiuo satisfa cit cõmunicando in Paschate. Quarto requiritur deuotio & reuerẽtia. Reuerentia vt post pollutio nem nocturnã ipso die non cõmunicet si ex pollu tione sentit aliquã mentis distracionẽ & inclina tionẽ ad carnalia, nisi subesset rationabilis causa: puta obedientia vel festũ, similiter post coitũ con iugalẽ. Si tamen pollutio accidat ex culpa morta li: abstinendũ est à cõmunione etiã post confessio nẽ de illo peccato necessario, secundũ. b. Tho. sed secundũ Palu. non esset mortale facta confessione ipso die cõmunicare: secundũ Caietanũ grauius peccat qui post continuata peccata mortalia die quo de ipsis conteritur & confitetur cõmunicat, quã qui post pollutionẽ ipso die cõmunicat. De uotio actualis exigitur meditãdo vitã & mortem

Christi.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Christi. Vnde in huius sacramẽti institutione apostolis dictũ est. Hæc quotiescunq; feceritis in mei memoriam facietis, hoc est masticare spiritualiter panẽ cœli qui corpus Christi est. Insuper secundũ Caietanum actualis deuotio requiritur de necessitate quo ad appetitũ cõmunicandi. oportet enim vel tunc appetere si cõpos mentis est vel prius appetisse, si tunc dementia vel simili infirmitate detinetur. ¶ Ex parte ministri multa etiam requiruntur, ideſt, ꝙ sit sacerdos curatus vel ab ipso vel superiori licentiam habeat, vt in clemẽ. religiosi. de priuile. articulo tamẽ necessitatis vrgente diaconus de licentia curati cõmunicare potest. dist. 93. prẽsente & Episcopo vel curato absente sine licẽtia. ibi. c. diaconus. Cõmunicans autem alienum parrochianum peccat ius violãs, & si est religiosus est excõmunicatus nisi sit priuilegiatus: vt sunt fratres mendicantes quibus licet suis deuotis ministrare eucharistiã omni tempore excepto die resurrectionis. Et per cõmunicationem priuilegiorum fratrum minimorum hoc idem liceret in die resurrectionis, quia ipsis indistincte cõcessum est omni tempore licere cõmunicare, sed iustum est pro die resurrectionis differre parrochiali iuri. Secũdo requiritur ꝙ habeat saltem stolam si cõmode potest fieri propter reuerentiam.

VTrum publicus concubinarius possit cõmunicari. Dicẽdũ ꝙ cõcubinatus duo importat, &

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

peccatum mortale fornicationis,& ſtatum peccati mortalis. Vnde ad ſui veram pœnitentiam exigit non ſolum omiſsionem actus carnalis ſed receſſum à tali ſtatu,& altero horum remanente cũ peccato communicat ad ſui iudicium: ideo his qui publicę fuerunt in concubinatu non licet miniſtrare hoc ſacramentum,etiam ſi mente & opere non luxurientur ſi maneant ſub eodem tecto, niſi tãta eſſet adinuicem ſeparatio quòd penitus nullum eſſet ſcandalum: ſimiliter ſi habitatione ſolum ſunt ſeparati & non animo, quandiu ipſa ſe tenet pro eo & eſt eius poſſeſsio etiam ſi adinuicem loco ſunt valde remoti,non poſſunt communicari: dicitur autem notorius ſeu publicus concubinarius, cuius teſtis eſt populus & non eſt locus inficiationi probabiliter. diſtin.16. in ſacerdotibus. de cohab.cleri. & mulie. tua &.c. veſtra quia notorium eſt clara & famoſa locutio ex euidentia rei ſurgens, quæ nulla poteſt tergi verſatione celari.

QVæritur quæ ſunt in iure clericis prohibita dicendum quòd multa vt patet in ca. clerici officia. de vita & hon.cleri. & in clemen.quoniam.eo.tit. primo quo ad habitum tenentur deferre coronam & tonſuram,ideſt, nõ nutrire comam nec barbam nec ratione luctus in morte defuncti nec quocunq; alio reſpectu: & habere pallium deſuper clauſum talarem & non ni-

mis

mis breuem, non diffibulatum nec viridis aut rubei coloris. Inhibentur etiam eis caligæ ſcatatæ & veſtis virgata ſeu partita, manicę ſotulares conſuticij, epithogium, infula linea, fibulę, corigiæ aureæ vel argenteæ, annuli niſi quibus ex dignitate conuenit, frena, ſellę, pectoralia & calcaria aurea, magnus exceſſus in his mortale eſt. Item inhibetur eis ars carnificum, tabernariorum, hiſtrionum & chirurgicorũ. Item officiũ iudicis in cauſa ſanguinis præpoſiturę ſub domino temporali præpoſiti baliſtarijs, tabellionis aduocati in placitis ſecularibus, niſi pro ſe & pro miſerabilibus perſonis. Item quo ad actiones inhibetur illis portare arma, niſi pro defenſione: ad tabernam ire niſi in itinere aues caneſq; ſequi ad venandum, accipitres caneſq; habere pro venatione, ad taxillos ludere, ludibus ſimilibus intereſſe, negociari & lucris mercium vacare, habitare cum fœminis niſi matre, ſorore & amita, vel cum alijs de malo nullo modo ſuſpectis. Mandatur inſuper eis vt menſam benedicant & poſt agant gratias, habeant lectionem in menſa, & vinum temperent. diſtin. 44. non liceat, debent etiam de redditibus facere. 4. partes, ſcilicet ſibi, pauperibus, fabricæ & Epiſcopo. 12. quęſt. p. quatuor, de quibus latius viſum eſt ſupra.

VTrum clericus malefactor perdat priuilegium clericale & à iudice ſeculari poſsit puniri? Di-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

cendum q̃ si clericus relicto habitu clericali arma portat &.3.monitus illa non deponit:perdit priuilegium clericale.de sen.ex.in audientia,& secundum Panor.in ca.cõtingit.&.2.eo.ti. monitio fieri debet ex parte Episcopi & nõ iudicis secularis: similiter si nõ sit monitus & immiscet se tyrãnidi & enormitatibus perdit ipso facto priuilegium:si quis suadente.de sen.ex. perpendimus. &.c. cum non ab homine,& de appella. c.1.priuilegium autem fori non perdit nisi post monitionem.ca.si iudex.eo.tit.lib.6.vbi habetur, q̃ si malefactor captus à iudice laico : dicit se clericum rei cognitio ad iudicem Ecclesiasticum spectat, & si publica fama habetur pro clerico statim fit remissio,vel si deprehensus est in habitu clericali & prius se gerebat pro clerico : alias non fiet remissio quousq; sit de clericatu probatum, sed interim cõtra eum Iudex in nullo procedet. Super quo nota quòd anno domini.1502. ad requisitionem domini Fernandi regit Hispaniæ in mense Mai Papa super his statuit quod sequitur.

ALexander Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam, Romanum decet pontificem prouidere: vt qui clericalem decorem suis flagitijs deturpant, clericali priuilegio non fruantur,ne quod in fauorem bonorum indultum est, improbis delinquendi licen-

tiam

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tiam ſubminiſtret, ipſius quòd in protectionem excessuum tribuatur.&c. Autoritate apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus quòd clerici primam tonſuram ſolum habentes non beneficiati delinquentes ſi tempore perpetrati delicti & per quattuor menſes ante: in habitu & tonſura clericalibus non inceſſerint, poſtquàm præſentes litteræ in Eccleſijs cathredalibus publicatæ fuerint, per iudicem ſecularem licite capi & puniri poſsint. Diſtrictius inhibentes ne quis contra huiuſmodi ſtatutum quouis modo venire præſumat ſub pœna ſuſpenſionis: decernentes ex nunc irritum & inane quæ contra hæc ſcienter vel ignoranter quiuis attentauerit, & ne de his ignorantiam quis alleget Eccleſiarum ordinarijs in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, vt ſingulis annis prædictas litteras ſeu trãſumptũ auctẽticũ primis trib⁹ dominicis quadrageſimę dũ maior pars populi ad diuina cõuenerit: pro trina monitione publicare teneantur, & clericos monere vt tõſuram & habitum decentẽ defferant quod ita fit in Hiſpania. Ex quo decreto manifeſte liquet q̃p intentio Eccleſiæ non eſt ſuis priuilegijs & fauore delicta fouere. Vnde vbi manifeſtum eſſet quòd iudices Eccleſiaſtici non punirent malefactores ſecundum quòd delicta requirũt, & multo magis ſi eis fauent & impune & libere eos abire permittunt vel ſi eis obuiare non audent nec ſufficiunt: ſalua

ſenten-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſententia maiorum videtur quòd liceat iudici laico eos punire: ita tamen quòd clericos in ſacris nõ mutilent nec occidant, ſed in arcta cuſtodia compeditos premant. In minoribus vero conſtitutos ſecundum qualitatem criminum affligant. Quia cum punire deliquentes ſit de iure naturæ & diuino, quãdo proprius Iudex hoc negligit ſpectat ad eum qui poteſt, publica functus autoritate, nec eſt hoc contrarium manſuetudini cũ Moyſes de quo ſacra teſtatur hiſtoria quòd erat mitiſſimus omnium: peccantem Egyptium in ſuo peccato occiderit Exodi. 2. & poſt occiſionẽ. 23. millium de fratribus & proximis ſuis in vindictam facinoris vituli, dixit leuitis. Exodi. 32. Conſecraſtis manus veſtras hodie domino, vnuſquiſque in filio & fratre ſuo vt detur vobis benedictio, nec repugnat Euangelicæ miſericordiæ. Cum princeps Apoſtolorum Ananiam & Saphiram pro fraudatione pecuniæ perire fecerit in corpore & in anima ſecundum aliquos vt habetur actu. 5. Et Thomas Apoſtolus dixit non ſurgam hinc donec canis ferat manum quæ me percuſsit: & miſericordiſsimus Gregorius monachum proprietarium in ſterquilinio ſepeliri fecerit cum ſua pecunia & poſt mortem ſucceſſorẽ ſuum de ſe detrahentem baculo occiderit. Et pijſsimus Martinus poſt mortem plures monachos ſui monaſterij: quia diſſolute viuebant in nocte occidit, ex quo reformatũ eſt cęno-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

est cęnobium, et plura gesta similia referri possent sanctorum: quos approbata scriptura de mansuetudine super alios commendat, & falsa ac crudelis est mititas quæ facinorosos nutrit & peccata fouet, & facilitas venię incentiuũ præbet delinquendi, & peccata quibus non resistitur approbantur vt dicunt iura.

De immunitate Ecclesiæ.

VTrum malefactor cõfugiens ad Ecclesiam possit inde extrahi & puniri. Dicendum quòd nullus quantuncunq; malefactor confugiens ad Ecclesiam, vel spacium priuilegiatum circa ipsam debet per vim extrahi gaudet autem hac immunitate Ecclesia quęcunque etiam non consecrata, hospitale oratoria priuata autoritate Episcopi fundata: palacium Episcopi etiam si nõ sit coniunctum Ecclesiæ. 17. q. 4. id constituimus, & spacium in circuitu Ecclesiæ matricis. 40. passuum in alijs autem. 30. 17. q. 4. sicut. Est autem secundum Isido. passus mensura. 5. pedum. pes vero spacium. 25. digitorum: similiter secundũ Hostien. malefactor obuians sacerdoti portanti corpus Christi adiungens se ei gaudet hac immunitate à fortiori, quia vbi maior ratio ibi & ius maius. In. ca. vero inter alia de immuni. Eccles. excipiun-

piuntur aliqui qui non gaudent hac immunitate: primo latrones publici, qui publice furantur, vel ſtant in via vel in caſtris ad prædandum tranſeuntes. Secundo nocturni populatores agrorum, qui nocte agros vaſtant. Tertio committentes maleficium enorme in Eccleſia ſub ſpe q̃ ab ipſa defendantur. eo. tit. ca. immunitatẽ. Quarto ſecundum Petr. de auc. raptores virginum adulteri. & homicidę. per auten. de mã. pri. §. q̃ ſi delinquentes, ſed ſecundũ alios, per ius canonicũ hoc eſt correctũ qui tamẽ vellet adherere primę opinioni, nõ eſſet dãnandus cum ſit ſatis probabilis. Quinto occidentes per inſidias iuxta id. Exo. 21. ſi quis per inſidias occiderit, ab altari meo euelles illum vt moriatur, & cõmunis practica ſic videtur habere quã uis iudices Eccleſiaſtici ſemper acclament. Sexto, ſecundũ aliquos fur et omnis malefactor famoſus turbatiu⁹ boni cõmunis, de quo veriſimiliter præſumitur q̃ ſit incorrigibilis, propter identitatẽ rationis, ſed certe iſte caſus coincidit cũ primo vel. 2. Septimo ſerui compelluntur exire & traduntur domino, præſtita abeo cautione de eorum impunitate: alios autem quantuncunq; reos fideles vel infideles Eccleſiarũ rectores non debent permittere extrahi ab eccleſia ſi cõmode id poſſunt: ſi autẽ non poſſunt eos cõmode defendere ſine ſcãdalo & periculo, cautius eſt eos dimittere, quã moro ribaldorũ armis bellare, cũ Eccleſiaſticæ militiæ

arma

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

arma ſecundum Apoſtolum, non ſint carnalia ſed ſpiritualia. Octauo clerici & religioſi hac immunitate non gaudent ſecundū Docto. ſed à ſuo iudice & prælato extrahi poſſunt & verberari vel in carcerem trudi: & ſi opus eſt de monaſterio expelli et in arctiori detrudi. de ſen. ex. vniuerſitatis, qui autem violenter alios à prędictis extrahit incurrit iure ciuili crimen lęſe maieſtatis: vltimo ſupplicio feriendus. ca. de his qui ad Eccleſiam confug. l. pręſenti. iure vero Canonico debet excommunicari & pecunialiter damnari, & imponi ſibi publica pœnitentia, nec reſtitui communioni, niſi reſtituat extractum. 17. quæſt. 4. ca. ſi quis contumax. &. c. quiſquis.

De immunitate Eccleſiæ.

NOtandum qꝫ immunitas Eccleſię ſeu libertas quod idem eſt, eſt priuilegiū conceſſum Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticis perſonis, aut rebus ad ſe pertinentibus: & dicitur immunitas quaſi nō munitas & negatio munium, ideſt, officiorum & onerum maxime ſordidorum, vt calcis coquendę arenę fodiendę & ſimilium. Comprehendit autē dicta immunitas multa. Primo qꝫ in Eccleſijs vel cimiterijs non ſunt tractanda placita ſecularia, ſed ſolū Eccleſiaſtica ſubmiſſe tñ & ſine magno ſtrepitu.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

pitu.ca.cum Ecclesia.de immuni.Eccl.et processus & sentẽtia iudicis secularis ibi data ipso iure est nulla.eo.tit.ca.decet.li 6.& si sit sententia sanguinis sub anathemate prohibetur ibi fieri. Secundo in Ecclesia sepeliri non debent nisi Episcopi vel abbates:& digni presbyteri,aut laici fideles faciẽtes miracula,vel secundum Hostien. in dignitate constituti vt comites & duces , sed secundum glo.hoc intelligitur de quolibet fideli non moriẽti in mortali.13.q.2.nullus.sed opinio glo. quæ hodie seruatur non est conformis textui,qui distinguit de sepultura infra & iuxta Ecclesia,idest in cimiterio,in quo secundum Siluest. gentilis ,sepeliri posset.de iure ciuili nullus etiam debet in Ecclesia sepeliri,vt notat albri.in.l. nemo Apostolorũ. c.de sacro san.Eccl.& azo. Tertio non debet Ecclesia incastellari.de custo.relinqui. neq; in ea est iacendum nec conuiuandum nisi propter hostiles incursus dist.42.ca.vlti.venditio autem candelarum in Ecclesia secundum Angel. tollerabilis est non obstante quòd dominus eiecit vendentes de templo, quia ibi fiebant multa diuinum officium perturbantia, quod non est hic secus de alia negociatione. Sed secundum alios docto. si vendantur principaliter propter lucrum nõ licet, sed si ad satisfaciẽdum deuotioni fideliũ licet. Quarto nulla debet fieri in Ecclesia violentia, nec potest quis violẽter inde extrahi.17.q.4.sicut, de his

Paulo

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

paulo ante visum est. Quinto non debet Ecclesia in seculare habitaculum aut in vsum seculariũ cõuerti de cõse. dis. 1. ligna. & de relig. domi. adhæc. Sexto non debent ludi in honesti ibi fieri. de vit. & hon. cum decorem. secus de honestis conducẽtibus ad deuotionem vt repræsentare præsepe domini & similia. arg. de conse. dis. 2. semel. & dis. 4. quæris. ¶ Sciẽdum quòd dicta immunitas quo ad res & iura Ecclesiastica extendit se. Primo quia rustici astricti glebę non possunt rura Ecclesiæ deserere & alio se transferre eo titu. ca. 3. Secundo quia quilibet potest rem suam Ecclesiæ relinquere & donare. c. de sacro san. Eccle. l. generali. & l. iubemus. Tertio quia ex sola nuda promissione trãsfertur dominũ rei in Ecclesias, cum in alijs sit necessaria traditio. c. de sac. san. Eccle. l. vt sit. Quarto quia emptum ex pecunia Ecclesiæ siue sit emptũ eius nomine siue non, debe ad eam reuerti. 12. q. 2. apostolicos. Quinto quia statut alaicorum non habent locum super rebus Ecclesię. de reb. eccle. nõ alien. capi. fin. & similiter statuta impedientia liberam facultatem donandi Ecclesiæ aut pro anima non ligant secundum panor. in capi. relatum de testa. Sexto quia quamuis Episcopus possit petere à clericis obuentionem ei concessam in. c. cũ apostolus. de censi. non tamen possunt prælati imponere Eccle. tales aut nouas exactiones & census etiam ratione visitationis. ca vl de censi. Septimo

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quia si rector Ecclesiæ potuit aliquid acquirere Ecclesiæ & nõ fecit, vel passus est rẽ Ecclesiæ prę scribi tenetur ipsi Ecclesiæ. 12.quæst.4.ca.fin.& si non est solicitus vt acquirat Ecclesiæ agendo & promouendo res eius tenetur de leui culpa ad instar tutoris qui ad hoc tenetur. c. arbi.tutel.l.quid quid. Octauo, quia Ecclesiæ carenti proprio prælato non currit præscriptio licet superior prælatus pro ea agere possit de reb. Ecclesiæ non alien.ca. primo. Nono quia res Ecclesiæ non possunt alienari sine certa solennitate vt visum est supra. Decimo quia de rebus Ecclesiæ vel clericorum iudex secularis non potest iudicare. de foro competen. ca.primo. Vndecimo quia bona Ecclesiæ nõ possunt obligari pro alienis debitis & obligãs est suspensus. de solu.ca.2. Duodecimo quia gaudet omnibus priuilegijs concessis minoribus & rei publicę secundũ Docto.in ca. auditis de resti.in integ.

NOtãdum quòd dicta immunitas quo ad personas Ecclesiasticas includit multa. Primo quia percutiens clericum est excõmunicatus.17.quæ.4.siquis. Secundo quia non potest clericus cõueniri coram iudice seculari de for. cõp. ca.2.nec possunt laici cum clericis stare in choro. de vit.& hon.ca. primo. Et de conse.distin.2. sacerdotum. Item sunt immunes ab oneribus personalibus.c.de epis.& cler.l.omnes et.l.presbyteros &.12.quæ.2. Ecclesiarum, pro quo nota quòd mu

nerum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

nerum mere personalium, quædam sunt sordida vt cloacę mũdandę vel stabuli & huiusmodi quæ dam sunt honesta habentia annexum honorem, quædam simplicia quæ nec honorem nec vitupe rium habent annexum, quæ dici possunt neutra, vt legatio tutela & similia. Ad prima non tenẽtur clerici nec eorum familia nec eorum coloni nec ecclesiæ. 16. quæst. 1. generaliter. Et. l. neminem. c. de sacro sancta Ecclesia, quæ vult quòd clerici ad hæc teneãtur in aduentu principis, non valet quia iure diuino sunt exempti. distin. 96. si imperator, quo ad seruos & familiam eorum perpetuam. Ad munera etiam honesta non tenentur. ca. sacerdo- tibus. distin. l. &. c. de Episcopis, & clericis. l. pla- cet, vbi dicitur. Placet nostræ clementiæ vt clerici nihil cõmune cum publicis actionibus vel ad cu- riam pertinentibns, cuius corpori nõ sunt annexi habeant, ex quo patet quòd non sunt de vniuersi- tate, nec in ea habent vocem vt tenet innocen. in. ca. dilecta de excess. prçla. Ad munera etiã neutra non tenentur, possunt tamen si volunt accipere tu telam miserabilium personarum distinction. 86. capi. peruenit. Non tenentur etiam custodire ci- uitatem nisi esset necessitas magna, quæ non de- bet per laicum discerni sed per Episcopum & per eum compellentur. capi. Ecclesia sanctæ Mariæ, de consti. argumẽ. leg. nullus peritus. capi. de cur. su. & pu. d. capi. peruenit. & facit tex. in. ca. pæn.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

de homi. vbi in tẽpore inuasionis clerici possunt vna cum laicis sumere arma & pugnare, nec sunt irregulares si multi sint occisi, modo nullum proprijs manibus occiderint & si vulnerauerint. Item nõ tenẽtur ire ad bellum etiam si ageretur de recuperatione tetræ sanctæ, quia clericatus reddit eos inhabiles ad pugnã etiam cum sarracenis. ca. ex multa. §. fin de vot.

Notandum q̃ Ecclesiastica immunitas quo ad personas & res seu prædia comprehendit multa. sed aduertte quòd sicut munus personale dicitur q̃ cum proprio & corporali labore sine detrimento gerentis fit, ita munus reale dicitur quod sumptib' patrimonij & damnis administrãtis expeditur. ff. de mu. & ho. l. fin. munus autẽ reale seu patrimoniale est duplex, scilicet, mere reale & mixtum q̃ habet onus cum sumptu. Munus mere reale tripliciter imponitur, scilicet rei vt quòd nauis Ecclesię vadat ad seruitiũ reipublicæ vel fructui ex re præcepto, vt quòd detur certa pars fructus, tertio modo sic, quòd annuatim detur certa summa pecuniæ. Admunera igitur mere realia non tenetur prædiũ Ecclesiæ, nisi illud habuisset antequàm veniret ad Ecclesiã perpetuum & inuariabile. ca. fin. de cẽsi. quia res transit cum onere suo de deci. pastorali. sunt tamen aliqua onera quæ ratione naturali subcumbunt ipsis rebus, vt reficere viam ante domũ, purgare puteum totis vicinis necessarium, solue-

re

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

re pro pauſtro ad pontis conſeruationem & ad ſimilia tenetur Eccleſia ad munera vero mixta non tenetur Eccleſia, capitulo, quamquàm de cenſi, li.6. niſi in caſu neceſsitatis vel pietatis non à remotis nec per conſequentiam concernentis Eccleſiæ vtilitatẽ: ſed dedirecto, vt puta quia praua ſocietas incẽdit & deuaſtat pagum in quo Eccleſia habet prædia. ca nõ minus. eo. tit. & in. ca. aduerſus. tũc habet cõtribuere, nõ ad deliberationẽ populi ſolius ſed cleri & populi, quia quod omnes tãgit ab omnibus debet approbari. in cle. pri. de cenſi.

SCiendum quòd Eccleſiæ & clerici non tenentur ad gabellas quæ in carnibus vino & ſimilibus ponũtur, niſi ponerentur pro oneribus ad quæ tenentur de quibus viſum eſt, quia tunc ſuccedunt loco onerum. Similiter nec debent ſoluere pro frumento & alijs quæ ex ſua præbenda habent & vendunt, ſecundum bal. in. l. omnis. cap. de Epiſcopi. ex cleri. nec de ſuo patrimonio. clemen. præſenti. de cenſi. & ca. quamquàm. eo. tit. li.6. ſi autem clericus res ſuas defert ad alium locũ cauſa negationis vel aſportat res emptas hoc titulo ſoluere tenetur. Si tamen res Eccleſiæ clericus transferret hoc titulo nõ poteſt exigi gabella, quia delictum clerici Eccleſiæ nocere non poteſt. Aduerte quòd ſtatuentes ne quis posſit inſtituere capellanias vel donare Eccleſiæ vel clericis & ſimilia quæ ſunt contra libertatem Eccleſiaſticã ſunt negotiat-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

excommunicati, de sen. ex. ca. nouerint. & idē de
Nota- facientibus seruari. Nota quòd sixtus. 4. præcepit in virtute spiritussancti omnibus prælatis Ecclesiæ vt infra octa. omnium sanctorum de nullo sancto fiat cōmemoratio, sed omnia festa occurrētia post dictas octauas transferantur.

PEr quid deprehēditur tacita inuocatio dæmonum. pro respon. Nota q̄ omnis incātatio de se est peccatum mortale cum sit inuocatio dæmonum tacita vel expressa, idiota tamē nesciens interuenire inuocationē dæmonū credens bona fide se dare operam rei licitę excusatur: quādiu nō est monitus vt talia deserat, sed post monitionem nō excusatur, quia cessat bona fides, & qui postq̄ scit interuenire dæmonum inuocationem aut dū bitat nihilominus inuocat nō excusatur, sicut nec de p̄terito qui si sciuisset adhuc fecisset. Ad dubiū igitur respondēdo dicitur q̄ tacita dæmonum inuocatio perpenditur ex multis, primo ex adiunta aliqua vana cōditione vt necessaria, sicut si ponatur virtus in verbis sacris dum tamē sint scripta in pelle aut tali hora & similia, quæ neq; ad dei cultum spectāt neq; ad rectā rationē, hęc. n. vana de modo apposuit vt sua sacra. 2. ex adiunctis rationabilibus vt naturalibus, vt si ad effectus naturales adhebeātur characteres significatiui. referūtur. n. tales characteres ad dæmones intelligētes ipsos. 3. ex adiunctis nominibus ignotis absolute. vel ad

quid

quid ptinẽt. 4. ex excellẽtia effectus ſparati, quia. ſ. excedit virtutẽ naturalium agẽtium, vt noſſe ſecreta cordium, ſanari ſubito. 5. ex vanitate effectus puta, quia aliqua ſacra verba dicta mouent annulũ ſuper filium & ſimilia vana. Ex quo. n. effectus eſt vanus, conſtat q̃ non eſt virtus diuina ſed diabolica nõ aſiſtens verbis ſacris ſed ſacrificio quod fit ſibi, honorãdo ipſum illis verbis, gaudet enim honorari verbis & rebus ſacris. 6. ex falſis adiunctis, puta quòd Chriſtus habuit febres & ſimilia quæ ſunt a patre mendacij, Deus autem non eget noſtro mendacio. 7. quãdo adiunguntur apocrypha & incerta, mirum eſt. n. quòd huiuſmodi incerta habeant à Deo virtutem & certa non, & q̃ viris ſanctisquibus Deus credidit ſecreta ſapiẽtiæ ſuæ & virtutem ſuæ potentiæ in miraculis, ſecretas has virtutes negauerit, & vetulis communicauerit. Vnde huiuſmodi incerta ſaltem vt ſuſpecta cauenda ſunt in omnibus prædictis ſemper interuenit aliqua ſuperſtitio ſaltem in modo dicendi, puta dicere pater noſter ad aures equi & ſimilia quæ ſuperſtioſa eſſe conſtant.

VTrum ſit illicitum vti laruis. Dicendum q̃ de ſe non eſt illicitum, alias in ſanctis repræſentationibus non liceret, ſed in his caſibus eſt illicitũ, primo ratione indebiti finis propter quem laruatus finis incedit. 2. ſi loco tẽpore

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

& modo in congruo fiat.3.ex conditione personę nam cum vti laruis inuenum leuium sit nec omni tempore sed eo quo quasi insanire licet (vt ita loquar) graues personæ & maxime Ecclesiastici graviter peccant saltem ratione scandali, quod valde cauendum est cum dominus dicat: qui scandalizauerit vnum ex pusillis istis expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius.

VTrum aperire literas sigillatas alienas sit peccatũ. Dicendum quòd sic inuito domino, et est peccatũ iniustæ curiositatis, quia qui hoc facit vult scire id quod scire nõ decet, aut saltem vnde scire non decet, quia ex alienis secretis non decet acquirere notitiam, fit etiam iniuria domino quia ius aperiendi eas quod soli domino competit vsurpatur. Appellatione domini in proposito venit tam mittens quàm is cui mittuntur: vnde nisi alter eorum consentiat aperitur sigillum inuito domino. In his tamen casibus non est mortale peccatum, primo si quis aperiat sub ratihabitionis spe mittentis vel eius cui mittuntur. 2. si scriptura non sit alicuius importantiæ & apiantur sine animo iniuriandi ex curiosa leuitate cum determinatione ad secretum, si casu ibi aliquid inueniatur secreto tenẽdum, secus animo iniuriandi hoc facit vel si de rebus magnæ importantiæ & secretis esse reputaretur. 3. si ex causa rationabili auctoritate publica aperirentur, quia res publica & cu-

ram

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

rã aliotũ gerẽtes ius habent prouidendi ſibi opor tune, ideo excuſantur aperientes litteras de mandato publico tẽpore belli aut alia rationabili cauſa. Et ſimiliter maritus aperiens literas vxoris ſeu ad vxorem, & pater filiorum & prælatus religiorũ & ſibi imputet qui mittit literas, ſi diſplicet factũ, ſcire enim debet quòd nulli facit iniuriam qui vti tur iure ſuo. Sed aduerte quòd ſi prælatus eſſet cer tus quòd ſuus ſubditus à ſe ad audiendas cõfeſsio nes expoſitus mittit literas vel habet in cella ſuper auditis in confeſsione vel de peccatis proprijs ad confitendum ea grauiter peccat aperiendo, quia in talibus non eſt ei ſubditus, & ſuper his inuito prælato ſcribere poteſt & recipere litteras ſubditus quantum ad ea duntaxat quæ ad hoc ſunt ne ceſſaria.

QVæritur quid requiritur ad miraculum dicendum, quòd quamuis in comparatione ad diuinam potentiam nihil ſit miraculum, quia omne factum reſpectu dei minimum eſt ſecundum illud Iſa. 40. Ecce gentes quaſi ſtilla ſitulæ & quaſi momentum ſtaterę reputatæ ſunt, tamen per comparationem ad facultatem naturę quam excedit tripliciter poteſt aliquid dici miraculum. Primo quãtum ad ſubſtantiam facti, vt ꝙ duo corpora ſint ſimul. Secũdo modo dicitur miraculum quia excedit facultatem naturæ non quoad id quod fit, ſed quoad id in quo fit: vt ꝙ cęco

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

detur visus. Tertio excedit facultatem naturæ quo ad modum faciendi, sicut cum quis subito à febre diuina virtute curatur, vide sanctum Thomã prima parte quæstio. 195. articulo octauo.

De resurrectione mortuorum.

VTrum resurrectio mortuorũ possit ratione naturali cognosci. Dicendum quòd cũ hoc sit articulus fidei de cuius ratione est ꝙ superet naturalẽ rationem simpliciter, dicendũ est ꝙ nõ demostrati ue quãuis rationes probabiles ad hoc adduci possunt, quia fides est de non apparentibus, sed contra quia sanctus Thomas. 4. contra gentiles. arg. 79. dicit quòd ad ostendendam resurrectionẽ carnis futuram, euidens ratio suffragatur, dicendum quod verbum hoc non debet capi absolute sed ex suppositione, supposito quòd quis assentiat quòd hominum animæ sunt immortales & habent naturalem appetitum ad corpus, cum esse imperfectum appetat naturaliter perfectionem & anima cum sit pars manet imperfecta & appetit esse totius quod est sua perfectio, & quòd naturale hominis desiderium tẽdit ad felicitatem & quòd solus homo inter animalia nõ habet hic societatem sui

desiderij

desiderij cum tamẽ sit inter omnia perfectissimũ. Item quòd ex diuina prouidentia peccantibus pœna debetur sicut bene agentibus præmium, & supositis pluribus rationibus similibus quibus naturali ratione illustratus homo magis assentit quàm eorum oppositis, ex eis per quandam euidentiam concludi & cognosci potest futura hominum resurrectio, sicut secundum Theolo, in prologo primi sententiarum, ex principijs non scitis sed firmiter creditis potest inferri conclusio scientifica & per euidentiam cognita, fiet autem resurrectio simpliciter per miraculum & debet dici supernaturalis, quàmuis exparte termini possit dici secundum quid naturalis.

VTrum in finali resurrectione resurgemus integri, pro respon, sciendum quòd ad integritatem hominis aliqua pertinent tripliciter. Primo tanquàm ea sine quibus non potest esse homo sicut materia & forma ex quorũ vnione resultat homo. Alio modo tanquàm ea quæ consequentur per se naturam humanam sublato impedimento, sed tamen sine eis potest esse homo, vt manus: pes & similia. Tertio modo accidẽtaliter & extrinsece vt capilli & alia pertinẽtia ad solum ornatum. Pertinentia ad naturam humanam primo modo nõ resurgent sed ex eorum vnione resurget homo, quia secundum damasce.

resurrectio

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

resurrectio est eius quod cecidit iterata surrectio, sed per mortem homo cadit & nõ anima nec materia quæ sunt ingenerabiles & incorruptibles, ergo. Cum pertinentibus ad integritatem naturæ secundo modo resurget homo integraliter, idest cũ omnibus membris quia nõ minus faciet virtus diuina in finali reparatione humanę naturę, quantum ad ea quæ spectant ad naturam quam fecit in prima institutione naturę. si. n. perfecta sunt opera Dei in principio, vt dicitur gene. 1. fortiore ratione debent esse perfecta in fine. Peridẽ patet quòd reparabitur homo in integritate eorũ q̃ pertinẽt, tertio modo secundum quòd requiritur ad ornatum in beatis. Ad videndum an resurgant in homine humores, nota quòd triplex humor est in homine, quidam consistit in recedendo à perfectione indiuidui vel quia est in via corruptionis & à natura abijcitur tanquam simpliciter superfluum vt vrina sudor & huiusmodi, vel quia à natura ordinatur ad conseruationem speciei siue per actum nutritiuę sicut lac, siue per actum generatiuę vt semen, & nullus talium humorum resurget, quia post resurrectionẽ non erit status quo vnus generetur vel foueatur ab alio, sed solũ quo vnusqnis que sustentetur in se ipso. Alius est humor nondum cõuersus in vnitatem naturę humanę sed est in via conuersionis, & hic est duplex quidã habet formam determinatam non existentem in via vt

transí-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

transmutetur ad aliam formam vt sanguis & alij tres humores contenti inter corporis partes & hi resurgent. Alius humor est in via transeũdi de forma humoris ad formam membri, talis non resurget, quia post resurrectionem singulæ partes sic stabilientur vt vna non transeat in aliam, quia cessabit tempus generationis & corruptionis.

VTrum post resurrectionem erit aliqua deformitas in corporibus. Dicendum ꝙ de formitas. multipliciter cõtingit vel ex defectu mẽbri sicut mutilatos dicimus deformes, & hęc deformitas nõ erit post resurrectionem vt visum est vel ex defectu debitę quantitatis vel excessu. sicut sunt gnaui & gigãtes vel ex appositione discõuenientis vt sextus digitus ex indebita partium dispositione vt in claudis & luscis et huiusmodi. Post resurrectionem non erimus deformes ex defectu vel excessu quantitatis, quia resurgemus in ea quãtitate ad quã natura vniuscuiusq; non errans perueniret in termino augmenti: & quia natura à debita quantitate dupliciter deficit, vno modo quia nondum eam est consecuta vt in pueris, alio modo quia iã ab ea recessit vt in senibus, in sola enim iuuenili ętate haberur status perfectus in quantitate & in vigore, ideo in tali dispositione reparabitur in resurrectione. Confirmatur nam ephe. 4. dicitur de resurgentibus, donec occurramus omnes in virum perfectũ in mẽsuram plenitudinis ętatis

Christi

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Chrſti, ſed Chriſtus ſurrexit in ętate iuuenili ergo & nos, & in ſtatura quam habuimus vel habuiſſemus ſi error non contigiſſet naturæ, nec ſequitur ex hoc quòd poſt reſurrectionẽ omnes erunt eiuſdem ſaturę, quia non omnes in ętate iuuenili ad eandem quantitatem perueniũt etiam natura nõ errante, ſed quidam ad minorem quidam ad maiorem ſecundum diuerſitatem humidi extenſibilis per calidum & calidi extendentis humidum. De deformitate contingente alijs modis dicit augus. in enchiridio. reſurgent corpora ſanctorum ſine vllo vitio & deformitate, ſicut ſine vlla corruptione. De impijs vero an reſurgãt cum deformitatibus in requirendo quid laborare opus eſt, nec. n. fatigare nos debet incerta corũ habitudo quorum eſt certa & ſempiterna dãnatio. Moderni tenent reprobos reſurrecturos cum deformitatibus quas hic habuerũt, quia ſicut ſancti reſurgẽt ad vltimã fęlicitatem ſic dãnati ad vltimã miſeriã ſed ſanctis nihil aufertur pertinens ad eorum fęlicitatem ergo dãnatis nihil aufertur ad eorum miſeriã faciens. Ex quo ſequitur ꝙ qui tempore mortis erat gibboſus & huiuſmodi, ſi dãnatur cũ eiſdẽ defectibus reſurget, ſed ſecundũ ſanct. Tho. mali reſurgẽt ſine deformitate narurali, quia pœna debet reſpõdere culpę. ſepæ autẽ de duobus dãnatis habẽs pauciora & minus grauia pctã, ſubiectus eſt plurib⁹ deformitatib⁹ quã irretit⁹ plurib⁹ pctis

& quando

et quãdoq; maxim⁹ peccator nullis deformitatib⁹ est subiect⁹. ergo si in pœnã peccati cũ his dformitatib⁹ resurgũt dãnati, sequitur qꝫ maior pœna tenebit illũ qui minus peccauit qꝫ est inconueniẽs.

QVod sunt dotes corporis glorioſi & quot animæ? Pro respon, nota qꝫ in proposito dos est perpetus ornatus animæ vel corporis iugiter in ęterna beatitudine perseuerans. Dicitur autẽ dos quia cum trinitas super bene dicta sit pater animæ & Christus eius sponsus, ideo ab ea datur dos aĩæ vt sit digna spõsa Christi, nec stricte loquendo dos cõpetit Christo etiã secũdũ humanitatẽ, quia vt sic est sponsus & nõ spõsa sed sibi cõpetit aliquid excellẽtius dote, nec conuenit angelis quia nõ cõueniũt cũ Christo in natura specici, sunt aũt dotes animæ tres. s. visio. ĩ. lumẽ glorię cõfortãs intellectũ in advidẽdũ & correspõdit fidei. z. est dilectio vel fruitio respõdens charitati. ȝ. cõprehẽsio & tentio q̃ dicit quãdã perpetuiatis cõditionẽ, possunt aũt dici bona paternalia beatorũ, alia dona minus præcipua vt sunt aureolę. laus. securitas. sufficiẽtia. & multa alia huiusmodi. Dotes corporis sunt. 4. impassibilitas, claritas, subtilitas & agilitas, dicuntur impassibilia non passione quæ est salus & perfectio sed passibilitate quæ attenditur secundum abiectionem formę conueniẽtis & receptionem disconuenientis quę facta magis abijcit à substantia, vt dicitur. 2. de anima.

Causa

Cauſa autẽ impaſsibilitatis non erit priuatio principij paſſiui quæ ſunt qualitates elementorum actiuę & paſsiuę ſed per impedimentum paſsionis qꝫ in beatis erit ſecundum, ſanctũ, Tho. per aliquam formam inhærentem, ſecundum duran, per ſolã diuinam virtutem aſiſtentem prohibentem actionem extrinſeci inferentis paſsionem. Dos ſubtilitatis ſecundum ſanctum Thomam dicit formam exiſtentem in corporibus beatorum per modum habitus, per quam ſubicitur corpus animę ad exercẽdas operationes ſenſitiuas purius. remota omni groſſitie & ineptitudine, ſed ſecundum Duran non eſt aliquid poſitiuum inhęrens corpori beato, ſed dicitur ſubtile per ſolam diuinam prouidẽtiam aſiſtentem, quia dos ſponſæ ex qua hoc nomen tractũ eſt conſiſtit nõ ſolum in illis quæ ſpõſam ornant quaſi intrinſece: ſed etiam in his quæ aſiſtunt extrinſece, vt ſi ad eius tũtionem daretur certa cuſtodia militum, nõ tamen per dotem ſubtilitatis poſſunt duo corpora glorioſa eſſe ſimul in eodem loco quia ſubtílitatis dos non tollit à corpore glorioſo quãtitatem, quæ facit vnum corpus diſtare ab alio: loco et ſitu. ſed quando erunt ſimul locariter erit ſola diuina virtute & per ſpeciale miraculum ſecundum ſanctam Thomã licet teneat Durandus quòd nulla virtute poſſunt duo corpora eſſa in eodem loco, & ad id quod dicitur quòd beata virgo peperit virgo, quod non potuit eſſe

corpus

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

corpus Christi esset simul cum corpore matris, re spondet quòd in beata virgine fuit fata dilacta- tio neruorum & meatuum vrinalium sine aliqua ruptione: sicut factum fuisset cum omnibus mu- lieribus si status innocentiæ durasset, quæ tunc pe perissent sine dolore qui est pœna peccati: ad id quod dicitur Christum ianuis clausis intrasse ad discipulos. Ioan. 20. respondet quòd verum est q̃ Christus venit ad discipulos clausos, sed non di- citur in euang. per ianuas clausas intrasse, sed cum corpus glorioſum possit moueri per aerem sicut per terram: potuit Christus intrare ad Apostolos per fenestram vel per alium locum quantuncũq; paruissimum: & similiter dici potest quòd resur- rexit clauso sepulchro, quia potuit figuram corpo ris mutare in figuram augustam. Sed opinio san- ctus Tho. communiter tenetur & ad positionem Duran. plura inconuenientia sequuntur, vide ca- pitulo. in. 4. dist. 44. Per dotem agilitatis corpus glorioſum summe obedict animę vt motori secũ dum omnem differentiam positionis sine diffi- cultate & fatigatione, quæ erit nõ per amotionem grauitatis sed per appositionem qualitatis impe- dientis resistentiam grauitatis & habilitantis cor pus ad motum. De dote claritatis sic dicit docto. sanctus vbi supra. sicut lux est qualitas solis intrin seca: ita claritas erit intrinseca corporibus glorio- sis non solum secundum superficiem sed etiam ad

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

intra, quia erunt peruia & transparentia fulgida, lucentia & colorata viuacissimis coloribus & pulcherrimis.

VTrum corpora damnatorum erunt passibilia. Pro respon. sciendum quòd duplex est modus passionis secundum qꝑ aliquid potest recipi in alio dupliciter, vno modo materialiter secundum esse naturale sicut calor ignis recipitur in ligno: alio modo recipitur aliquid in alio intẽtionaliter sicut similitudo coloris recipitur in aere & in oculo, dicit beatus Tho. in. 4. dist. 44. q. 3. Corpora damnatorum futura esse passibilia passione intentionali & animali, & nõ passione naturali qua aliquid transmutatur à sua naturali dispositione, vnde non calefient ab igne sed solũ intentionaliter quia apprehẽdent illum vt nociuum & afflictiuũ, quia cessante motu cœli ex quo vocatur cœlum primũ alterans, cessabit omnis alteratio, sed secundũ Duran. corpora dãnatorũ vere pacientur ab igne per verã & naturalẽ alterationẽ calefactionis, sed nunquã corrumpuntur diuina virtute faciente qꝑ alteratio præcise maneat in limitibus suis, ita qꝑ ad eã non sequitur corruptio, vt perpetua vita naturæ in eis sit ad perpetuã durationem pœnæ, qꝑ autẽ ignis inferni sit corporeus dubitat Damasce. sed beatus Greg. in. 4. dialogo. & Aug. expresse dicũt esse corporeũ, qui affliget spiritum non virtute suæ naturæ sed vt instrumentũ diuinæ iusti-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

iuſtitię,& à Deo tanquã à principali agẽte modificabitur eius actio,vt plus crucientur qui plus peccauerunt. ¶ Aureola eſt gaudiũ de operibus à ſe factis habentibus ratione victorię excellẽtis ſicut aurea eſt gaudiũ de Deo debitum victorię cõmuni, quæ quãuis in anima ſit principaliter,eſt etiam in corpore per redundantiã quędã pulchritudo ſingularis repręſentatiua aureolę animę,prædicatori in ore,virginibus in illa parte,martyribus in cicatricibus & in alijs partibus corporis ſecũdũ genus martyrij,vt ſtatim ex aſpectu corporis qualis quiſq; fuit virgo doctor an martyr appareat. Sunt autem tres ſecundum tres animę vires & tres victorias excellentes, præeminet aureola martyrũ,poſt illam doctorum,& vna alteri eiuſdẽ ſpeciei nõ ſecundum excellentiã habitus, ſed actus, vt qui acerbius martyriũ paſſus eſt,aut puriorem virginitatẽ ſeruauit vitando occaſiones,aut qui plures ſaluat docẽdo,aut qui frequẽtius vel laborioſus prędicat,& debetur cuicunq; doctrinę pertinenti ad ſalutem animę,vnde grãmaticus & doctor puerorum docens propter hunc finẽ habebit aureolã ſecũdum aliquos,ſed verius dicitur q̃ ſolũ debetur aureola proprie docentibus ſacrã ſcripturã publice verbo ſiue ſcripto docẽdo vel p̃dicãdo:docẽtes aũt alias doctrinas vt phyſicã & huiuſmodi prĩcipaliter nõ propter lucrũ ſed propter bonũ animę habebũt aliquẽ modum aureolę,vnde ſecundum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Palu. mulier non potest hãc aureolam habere, cui prædicare non licet nec debetur correctioni fraternæ: qui autem propter vanam gloriam per lucrum temporale principale verbum Dei adulterat, non habebit aureolam neq; per pœnitentiam recuperabit: quia pœnitentia non viuificat mortua, aureola debetur virginibus propter mẽtis puritatem & carnis integritatem, eunuchi veteris testamenti non habebunt hãc aureolam, vt Daniel & socij eius, cum tunc non esset tempus virginitatis. Eunuchi noui testamẽti qui nollent actũ illum exercere etiã si possent vt nereus & achileus habebunt illam: qui vero dolent de sua impotentia & vellent illam habere ad vsum, non habebunt. Pueri baptizati secundum Palu. habent illam perfecte quia habent virtutem virginitatis infusam. Oppressa post factum consentiens & finaliter pœnitens recuperat aureolam, quia consensus sequẽs non potest esse causa actus præcedentis: vnde per solam carnis corruptionem non perditur virginitas, per consensũ perditur sed recuperabiliter, quãdo ista duo simul concurrũt irrecuperabiliter perditur, beatissima virgo hanc habuit perfectissime quia habit pugnam hostis quãuis non carnis, Helias & Hieremias similiter habent quia instinctu spirituali continuerunt ideo vocantur viri Euangelici, sed Abel non habuit quia habebat propositum nubendi alias peccasset, nisi & ipse spiritu

sancto

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſancto continuit vt aliqui dicunt, filia Iepte quia ſuam virginitatem fleuit ſimiliter non habuit. Dominus Ieſus nullam habet proprie aureolam, ſed aliquid ea excellentius loco eius, Angeli ſimiliter non habent cum non habeãt pugnam. Ad aureolam martyrum tria requirũ tur, pœna, cauſa & voluntas. Conditio charitatis omnibus aureolis eſt communis quia aureola ſupponit auream: pœna quia martyrium eſt circa mortẽ ab alio illatam, ſi quis autem genus mortis eligat vt beatus Petrus petijt verſis pedibus crucifigi: ne ſimili pœna ſeruus puniretur vt dominus non perdit, ſi autẽ propter ſe ipſum vt tollerabilior ſit perdit ſecundum Palu. ſicut Hiero. dicit de Seneca quem nero occidit, ꝙ fuiſſet martyr ſi genus mortis non elegiſſet optione ſibi data vt, ſcilicet in balneo, vtroque brachio minueretur & ſic inſenſibiliter moreretur, propter quod vt dicitur. 3. dialo. quidam ſanctus occidendus à longobardis mortis optione ſibi data nullam eligere voluit, ſed ait illam ſe tolleraturum quam dominus permitteret: quem tamẽ dominus à morte eripuit, nec refert vtrum mors ſtatim aut poſtea ſequatur, dum tamen propter illud cauſetur aut acceleretur, vnde de mortuis in carcere vel in exilio martyria agũtur, quia ꝑ hęc præſumitur mors fuiſſe accelerata in eis: ſi martyr ſuſcitetur & iterum martyrizetur certũ eſt quòd de vtraq; morte habebit aureolã & gaudium du-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

plicatum formaliter vel virtualiter, & sic propter duas mortes secundum Palu. beatus Sebastianus habet duas aureolas martyrij, ad hoc inquit me suscitare dominus dignatus est. Secundo requiritur causa, quia martyr testis dicitur moriens pro causa fidei, pro iure Ecclesiæ aut pro quacunque virtute, quia virtutibus desponsatur Ecclesia Christo martyr est. Tertio requiritur voluntas, vnde qui dormiens vel fugiens, vel se defendens inuitus pro fide moritur non est martyr, vnde Mauricius cum socijs arma proiecit vt fieret martyr. De innocentibus sicut de martyribus solennizat Ecclesia propter mortem susceptam pro domino, sed quia non fuit electa non est completa ratio aureolæ.

QVæritur quæ sunt verba necessaria ad cõsecrationem sanguinis Christi. Sciẽdum q̃ Græci in consecratione calicis dicunt, hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. In cõsecratione vero hostię, hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum. Ex quibus patet q̃ in forma sanguinis quattuor dictiones habet forma latinorũ q̃bus caret forma græca, in forma vero corporis, græci habent septẽ dictiones quas nos non dicimus, quod ita habeant græci refert. Durandus in. 4. dis. 8. & Caietanus dicit super hoc sẽ plene certifica-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tificatum. Inter latinos etiam doctores dubiũ est de verbis necessarijs ad consecrationẽ sanguinis, nam beatus Bonauẽ. Duran. Caiera. tenent q̃ solũ sunt de necessitate hæc verba: hic est sanguinis meus vel hic est calix sanguinis mei, sed beat⁹ Th. in. 4. dist. 8. & in. 3. par. q. 88. 3. quem sequitur cõmunis via doctorum, & vsus Ecclesię tenet q̃ omnia verba quæ sunt in forma latinorum excepto enim sunt de necessitate consecrationis, & si aliter faciunt græci non conficiunt, dici possit quòd cum forma sacramenti sit effectiua effectus sacramenti solum illa verba poni debent pro forma necessaria, quibus sufficiẽter denotatur fieri effectus sacramenti, & quia consecratio sanguinis quæ est effectus formę huius sacramenti sufficienter significatur per hæc verba, hic est calix sanguinis mei, qui vellet primam defensare opinionem dicet q̃ solum verba dicta sunt necessaria, vnde Ecclesia quę in his errare non potest non habet pro forma omnia verba quibus Christus est vsus, nã apostolus prima ad corin. 11. dicit Christum dixisse, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur quæ tamen omnia non dicit Ecclesia.

VTrum in sacramentis nouę legis sit aliqua virtus inhærens superaddita causatiua gratiæ. Durandus in. 4. dist. 1. tenet quòd in sacramentis nulla virtus est causatiua gratiæ vel characteris, vel cuiuscũq; dispositionis, vel ornatus

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

exiſtentis in anima, ſed ſolum ſunt ſacramenta noſtra cauſa ſine qua non confertur gratia: quia ex diuina pactione & ordinatione ſic fit quòd recipiẽs ſacramentum recipit gratiam niſi ponat obicem, & recipit grariam non à ſacramento ſed à Deo, ſicut recipiens denarium plumbeum facto pacto q̃ qui recipit vnum de illis accipit eleemoſynam regis: non q̃ denarius ille ſit cauſa eleemoſynæ ſed ſolus rex, niſi tanquàm ſignum & cauſa ſine qua non idem videtur ſentire ſanctus Bonauen: & Scotus vnde dicit ſuſceptio ſacramenti eſt diſpoſitio neceſsitatis ad effectum ſignatum per ſacramentum: non quidem per aliquam formam inhęrentem, ſed tantũ per aſsiſtẽtiam Dei cauſantis illum effectum, non neceſſario abſolute ſed neceſsitate reſpiciente potẽtiam ordinatam. Diſpoſuit enim vniuerſaliter & de hoc certificauit Eccleſiam q̃ ſuſcipienti tale ſacramentum ipſe cõferret effectum ſignatum, hos ſequitur tota ſchola nominaliũ, ſed ſecundum ſanctum Tho. in 3. par. q. 62 4. ponenda eſt virtus in eis inſtrumentalis quę ſecundum capreolum eſt quædam qualitas ſpiritualis ſuperaddita proprie operationi clementi ſenſibilis & motui quo mouetur à principali agente habens eſſe fluens per modum motus, ſecundum Caietanum, dicta virtus non eſt aliud quàm motus quo inſtrumentum mouetur à principali agente ad inducendum effectum ab ipſo intentum, & eſt ipſa

gratia

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

gratia ſecundum eſſe incõplectum & tranſiens: cum ſit meditatio & motio ad gratiam & motus non ſit aliud quàm res ad quam eſt, vt dicitur in. 3. phyſi. hic modus dicendi videtur verior quia ſine multiplicatione entium ſaluatur cauſalitas effectiua inſtrumentorum omnium quæ ſunt inſtrumenta Dei ad cauſandam gratiam. Dicit Scotus in.4.diſtinctio.8.quòd ſi quis omniſsis alijs verbis contemptis in canone, ſecundã formam proferret, hoc eſt corpus meum, dubium eſſet an conficeret, quia non videretur ea dicere in perſona Chriſti, ſed dic quòd dum modo ſacerdos ea dicat in perſona Chriſti, ſiue proferat recitatiue ſine ſignificatiue cum intentione conficiendi ſiue dubio conficit, etiam ſi dicat illa ſola ſecundum alios doctores.

De ceſſatione legalium.

Væritur quo tempore circumciſio & alia legalia ceſſarunt. Super hoc Hiero. & Auguſt. diuerſa ſenſiſſe videntur, nam ſecundum Hiero. Legalia ſtatim poſt paſsionem domini quãtum ad illos ad quos gratia noui teſtamenti diuulgata erat fuerunt mortifera ſed apoſtoli quadam pia diſpenſatione his vſi ſunt ad tollendum ſcandalum Iudęorum. ideo Petrus Iudaizans nõ peccauit, & Paulus vt habetur Gala. 2. ſimulatorię illũ

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

redarguit, ne gentiles quorum ipse erat apostolus exẽplo Petri ea quasi sacramẽta quærerẽt, sed quia non videtur conueniens apostolos aliquid contra veritatẽ fidei fecisse ad tollendũ scandalum, præsertim cũ dicat apostolus ꝙ Petrus erat vere reprehensibilis, ideo dicit Augus. ꝙ medio tẽpore ante diuulgationẽ euangelij, & post passionẽ Christi poterat obseruari à Iudæis non ponentibus in eis spem quasi essent alicuius virtutis & sine ipsis gratia Christi non sufficeret ad salutẽ: ne viderentur reprobare legẽ si statim quasi idolatria fugeretur: ideo mater synagoga deducẽda erat ad tumulum cũ honore, sed diuulgato euangelio non solũ non sunt salutifera sed etiã mortifera, & illo tẽpore apostoli non simulatorie sed vere illa obseruabant, Petrus tamẽ in obseruatione eorum incaute se habuit, nimis cõdescẽdẽs Iudæis, ita vt aliqui eius exẽplo inducerentur ad illa obseruanda quasi necessaria. Circa baptismum duo tempora distinguntur, vnum quo fuit sub consilio à tempore institutionis vsque ad solẽnem Euangelij prędicationem per Apostolos factam post ascensionem Christi. Aliud tempus quo fuit sub pręcepto & incępit à tempore quo Euangelium est solenniter prędicatũ quod fuit in die Penthecostes quantum ad eos qui erant in Hierusalem secundũ Scotum qui de hac re mirabiliter loquitur in .4. dis. 3. q. 4. vsq; ad illum diem Apostoli non prædicauerunt

runt publice iuxta illud actuum primo, sedete in Hierusalem donec induamini virtute ex alto, sed in Penthecoste misso spiritu sancto statim solẽniter prædicarunt & tria millia baptizarunt. actu. 2. inde ad alias gentes & loca, non tamẽ incœpit illud tempus simul apud omnes, sed de Syon exibit lex, & verbum domini de Hierusalem, iuxta prophetiam Esai. quibusdam incœpit hoc tẽpus ad mensem post Pente. aliquibus ad annum, aliquibus post decem annos, & sic deinceps sicut eis prædicabatur, facta est autem institutio baptismi non in baptismo Christi à Ioanne, nec in verbo ad Nicodemum. Ioannis tertio, nisi quis renatus. &c. quia non est verisimile tam necessarium sacramentum in conclaui coram priuata persona instituti, nec dilata est eius institutio vsq; ad ascensionem, nam discipuli Christi baptizabant ante passionem baptismo Christi. Ioan. 3. dicunt discipuli Ioannis, rabi cui testimonium perhibuisti ecce baptizat, & omnes veniunt ad eum, quãuis ergo precisa hora institutionis non legatur in euang. certũ tamen est q̃ ante passionem est institutum, & verisimile q̃ in principio suæ prædicationis Christus illud instituerit, et hoc fuit cõueniens, quia baptismus fuit principale sacramentum legis euãgelicę per quod intratur in eius obseruãtia, quod est illi proprium nouum & copiosum in collatione gratiæ, quia gratia & veritas per Christum facta est. Io-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

eſt. Ioan. 1 facile quia iugum Chriſti ſuaue eſt & ſine periculo ſuſcipi poteſt, quod non habebat circunciſio commune omni ſexui ętati et genti, quia Deus adlegem moyſi elegit tãtũ vnum populum, ſed ad nouam totum mundum.

Circunciſionis quattuor tẽpora diſtingui poſſunt, pro primo erat neceſſaria, pro ſecundo vtilis ſed non neceſſaria, pro tertio nec vtilis nec neceſſaria, tamen licita, pro quarto omnino illicita & mortifera. Primum tempus circunciſionis præceſſit vtrunq; tẽpus baptiſmi. Secundũ tẽpus circũciſionẽ cõmittabatur ſecũdũ tẽpus baptiſmi & tũc currebat vtrũq; remediũ ſub diſiũctiõe vt Iudęus elegerit quod vellet, licebat enim & proficiebat circuncidi tunc, quia nõ erat reuocata quo ad vtile nec quo ad licitum, licebat etiam & laudabile erat baptizari tunc. Tertium tempus circunciſionis cucurrit cum ſecundo tempore baptiſmi quo ad Iudęos ſed quo ad gentiles cõuerſos ad fidem tempus baptiſmi ſecundum & quartum circunciſionis ſimul currebãt ſaltem poſt quattuordecim annos à paſsione Chriſti, quando Paulus aſcẽdit Hieroſolymam ad ſeniores conſulens ſuper illam quæſtionem de qua habetur actu. 15. vbi Iacobus tanquàm Epiſcopus loci protulit ſententiam ſecundum magiſtrum hiſtoriarum dicens. Ego iudico non inquietare eos qui ex gentibus conuertuntur: & ſcribere ad eos vt abſtineant à contami

natio-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

nationibus ſimulacrorum & fornicatione & ſuffo catis & ſanguine, e quibus duo erant neceſſaria, ſcilicet, abſtinentia ab idolatria & à fornicatione: duo alia non erant neceſſaria ſed bene congruebant vt gentes conuerſæ abſtinerent ab ipſis, ne eſſent abominabiles Iudęis, ſicut in ſocietate decet hominẽ abſtinere ab hijs quæ ſunt ſocijs abominabilia: & ita tempus ſecundum baptiſmi fecit circunciſionem illicitam quantum ad gentes conuerſas ſaltem poſt tempus dicti tertij concilij. Sed quo ad Iudęos conuerſos ſecundum tempus baptiſmi non reddidit legalia illicita ſtatim poſt iſtud tertium concilium ſed multo poſt tempore licite ſeruabantur à Petro & ab alijs Apoſtolis. Videtur autem quòd circunciſio fuit ſimpliciter illicita etiam conuerſis ex Iudęis poſt euerſionẽ Hieruſalem & diſperſionem Iudęorum inter gentes, tunc enim conformabant ſe gentibus inter quas viuebant & ſicut Paulatim ceſſauit apud Iudęos legalium obſeruatio, nam vſq; ad quintum annũ neronis hoc anno.30 à paſsione domini vſque ad quod tempus ſolum canonica hiſtoria perducit Eccleſiam: conuerſi ex Iudeis ſeruabant legalia, quia de inſtitutione baptiſmi per modum conſilij & per modum pręcepti dictum eſt. Nota quòd promulgatio facta de diuino conſilio obligat ad non contẽnendum: qui enim contemnit conſilium, contẽnit conſulentem, ideo nollens ſeruare con-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

re consilium euangelicum cõtenens illud tanquã irrationabile & infructuosum peccat mortaliter, vnde videant mordentes paupertatem Euangelicam, ne forte cũ nollunt seruare quod non est necessarium contẽnant, quia contẽnerint Christũ: promulgatio autem per modum præcepti, obligat non solum adnõ contẽnendum, sed etiam adobseruandum si est affirmatiuũ, vel ad cauendum si est negatiuum.

VTrum christus cõfecit in azimo? super hoc magna controuersia est inter Græcos & latinos, Græci dicũt Christũ cœnasse cum discipulis feria .4. ante passionẽ. 13. die primi mẽsis quæ fuit secundũ aliquos. 23. die Martij, secundum alios illo anno secundũ compotum Iudęorũ, euenit. 2. die Aprilis, vnde secundũ hos dominus Iesus passus est. 3. die Aprilis, sed cõmuniter tenetur ꝙ passus est. 25. die Martij. Dicunt igitur Gręci ꝙ dominus præuidẽs se passurũ feria. 5. i. 14. die quando agnus secundũ legẽ erat immolãdus, anticipauit per vnum diẽ immolationẽ agni Paschalis, vnde Ioã. 18. dicitur, Iudęos trahentes Christũ ad Pilatũ non intrasse prætorium, vt non contaminarentur & non manducarent Pascha. Ex quo habetur quòd eadem die passus est in qua agnus Paschalis immolabatur, scilicet. 14. die mensis, & per consequẽs cœnauit. 13. cum Apostolis, ex hoc inferunt quòd Christus confecit corpus suum in

pane

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

pane fermẽtato, quia Iudæi nõ veſcebãtur azimis ante veſperã.14. diei, & in tantam inſaniam prorrumpunt, quòd dicunt Matth. Marcum, & Lucam falſum ſcripſiſſe, ſcribentes Chriſtum cœnaſſe cum Apoſtolis prima diem azimorum in qua agnus Paſchalis immolabatur, ſed Ioan. poſt eos ſcribens correxit eos in hoc capi.12. dicens ante feſtum diem Paſchæ. &c. iſta ſunt falſa & hæretica, aſſerere enim quòd in ſacra ſcriptura ſit aliquod falſum eſt hæreticum, cum ſit tradita à ſpiritu ſancto. Et vt ait Auguſt. in epiſto. ad Hiero. ſi concedatur falſam eſſe ſcripturam in aliquo loco, nihil firmitatis habebit in alijs locis, ideo Cryſoſto. ſuper Matth. qui fuit doctor Græcus & omnes Latini tenent. q̃ feria.5.14. luna in qua ſecundum legẽ Exo.12. præcipitur comedi agnus Paſchalis cum panibus azimis, quæ erat vigilia Paſchæ à quo die vſque ad veſperam.21. diei eiuſdem menſis tenebantur veſci azimis, Chriſtus Paſchale agnum cum azimis manducauit, & per conſequens in pane azimo corpus ſuum confecit, propter quod bene ſcribit Matth. prima die azimorum. &c. 26. ca. quòd autem Iudæi non intrauerũt prætorium vt manducarent Paſcha vt dicit Ioan. Dicendum. quòd ibi non capitur Paſcha pro agno Paſchali, qui fuerat immolatus nocte præcedenti, ſed pro azimis panibus quibus ſeptem diebus veſcebantur, ad quorum cõmeſtionem requirebatur quòd eſſent

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

essent mundi: similiter quod dicit Ioan. ante diem festum Paschæ verum est, quia. 15. diebus primi mensis erat festiuitas Paschalis, quæ tamen incipiebat à vespere diei præcedentis & illa die incipiebant comedere azimos panes in vespere. Et sic patet quòd Ioan. non contradicit sed conuenit cum alijs.

VTrum Iudęi cognouerunt Iesum nazarenum esse Christũ sibi in lege promissum. Secundum sanctum Tho. 3. par. q. 47. 5. in populo Iudęorũ minores vt laici & vulgares sciẽtes solum quæ sunt de necessitate salutis, subtilia scripturarum & prophetarum ignorantes, nõ cognouerunt Iesum esse Christum prophetam in lege promissum, quia scripturas ignorabant quæ de temporis determinatione & de signis sui aduentus loquũtur, sed maiores qui principes eorum dicebantur hoc cognouerunt, quia cum scripturas scirent videbant in eo impleri omnia quæ scripta erant, non tamen cognouerũt ipsum esse Deum, vnde. 1. ad corin. 2. dicitur, si cognouissent nunquam dominum glorię crucifixissent, sed Nico. de Li. Marth. 21. tenet quòd non solum cognouerunt ipsum esse Messiam eis promissum sed etiã quòd erat verus Deus, tum quia Ioan. 15. dominus dixit nunc autem viderunt & oderunt me & patrem meum, tum quia agricolę videntes filium dixerunt, hic est hæres, super quo Hiero. his verbis domi-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

dominus probat iudęorũ principes non per igno rantiam ſed inuidia dei filium crucifixiſſe,probat etiam ratione quia ſicut ſcriptura determinate loquitur de tempore aduentus Chriſti Danie .9. & de ſignis ſui aduentus gene .49. & de modo eius veniendi in paupertate & humilitate. Zacha.9.ita & expreſſius loquitur de eius diuinitate Hiere.23. Ecce dies veniũt.&c.nã vbi nos habemus dominus,hebręi habent nomen tetragramãton , quod de nullo alio niſi de ſolo deo vero dici poteſt. Et tamen ſecundum hebręos hęc prophetia exponitur de Chriſto ergo.Item Eſai .9. paruulus datus eſt nobis , & vocabitur nomen eius admirabilis Deus fortis.&c.ſed tenendo priimã opinionẽ dicitur ad motiua.2. quòd iudęi non viderunt deitatẽ ſed miracula quæ faciebat,ex quibus ſcire poſſent quòd erat naturalis Deus niſi odio & inuidia eſſent obcęcati . Ad ſecundum dicitur colonos cognouiſſe ipſum eſſe filium dei , non per naturã ſed per excellentiam gratię ſingularis,nullus enim eſt tam inſanus vt credat diuinam maieſtatem in propria perſona poſſe crucifigere,ad rationem dicitur quod quamuis ſcriptura loquens de deitate Chriſti ſecundũ vero intellectũ euidẽter oſtẽdat Chriſtum eſſe deum fidelibus bene diſpoſitis, ſecus praue affectatis quales erant moiores iudęorũ, ncc eſt ſimile de alijs Chriſti conditionibus vt de tempore & ſignis aduentus eius, & de diuinitate,

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quià hoc excedit humanę intelligẽtiæ capacitatẽ.

De diſpenſatione in gradibus prohibitis.

VTrum Papa poſſit diſpenſare vt quis contrahat matrimonium cum conſanguinea vel affine pro reſpon. nota quòd nemo debet petere diſpenſationem ad contrahendum in gradibus prohibitis ſine magna cauſa quia cũ volẽs ducere vxorem quattuor principaliter debeat in ea quærere. perſonã vt.ſ. ſit virtuoſa pacifica prudens vt curã gerat rei familiaris.& pulchra,quia mulieris bonę ait Salomon beatus vir.Secundo dotẽ vnde onus matrimonij ferre poſſit. Tertio amicos. Quarto prolem ad Dei cultum ampliãdum & in ea nutriendum. Contrahentes ſine cauſa cum cõ ſanguinea in gradu prohibito ſecundum.Grego. ab hoc vltimo vt in pluribus fruſtantur.vnde 35. quę.3. cap.quædam.dicitur quædam lex romana permittit vt filius & filia duorum fratrum vel ſororum copulentur ſed experimẽto diſcimus ex tali coniugio ſobolem non poſſe ſubcreſcere,ideo vſque ad quartam generationem fideles non debẽt coniungi, eſt autem cauſa ſufficiens diſpenſandi & petendi diſpenſationem bonum pacis inter aliquos,vitatio magni damni ſpiritualis vel corporalis in vna

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

lis in vna vel pluribus perſonis & huiuſmodi ad arbitrium boni viri, vnde quando dubitatur de cauſa ſufficiente, ſi petens ponat ſe in manibus papæ nudam ei veritatem manifeſtãdo ſine inſtãtia & importunitate precum, fauorum, munerum, tuta conſcientia poterit ſequi eius determinationem, quia in his ratione officij, quia pontifex à Deo agitur & ab angelo ſibi pre cęteris deputato pro bono Eccleſiæ regimine. hic ſuppoſitis duo faciam. Primo aliorum referam opinionem, ſecundo q̃ ſit probabilior examinabitur. In primis tenet Florentinus. in tertia parte titulo primo capit. 14 poſt Paludem. in. 4. diſtinctione. 10. omnes gradus prohibitos in lege Moyſi fore prohibitos de lege naturæ & per conſequens à Papa indiſpẽſabiles, idẽ tenet cardinalis ſancti ſixti de turre cremata ſuper decreto. Prohibentur autem leui. 18. copulari duodecim genera perſonarũ ſcilicet mater, nouerca, ſoror, neptis, amita, matertera, vxor patris, nurus, vxor fratris niſi ſit ſine liberis mortuus, priuigna, filia priuigni vel priuignæ, vxoris ſoror; Ioannes Andreas in capitu. per venerabilem, qui filij ſint lege tenet Papam poſſe diſpenſare in matrimonio contracto in gradu diuina lege prohibito, pro vt ex nunc non pro vt ex tunc, hoc eſt poſt factum non ante factum, & vt filij ante diſpenſationem nati ſint legitimi, niſi alteri eſſet iam quæſitum ius, puta quia de-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

functo patre iam succeſſerant cognati, ſed in iure quærendo valeret vt ſi adhuc viuit pater ſecundū Ricar. Scotum & fere omnes docto .in.4.diſ.40. in linea recta aſcendentium & deſcendentiū matrimonium perpetuo eſt prohibitum, ita q̄ ſi adā viueret non inueniret vxorem, vnde in prima inſtitutione matrimonij dictum eſt propter hoc .ſ. matrimoniū relinquet homo patrē & matrem in primo gradu cōſanguinitatis trāſuerſali in.l. natu ræ licebat, vnde Iacob habuit vxores Ieam & Rachel ſorores, ſed multiplicato genere humano creditur q̄ viri abſtinuerūt à ſororibus, & in hoc gradu papæ ſecundum hos non licet diſpenſare, nec in.2.gtadu trāſuerſali ſuperiorum vt .ſ. cumamita vel matertera quis contrahat & in infinitum aſcēdendo. in alijs autem gradibus conſaguinitatis ex cauſa diſpēſare poteſt. Inter affines vero in primo gradu aſcendētiū non licet diſpenſare vt. ſ. quis contrahat cum vxore ſoceri ſui. in primo gradu tranſuerſali affinitatis non licet ſimiliter ſecundū Palu. Florenti, & plures alios, vnde ante & in lege moſaica non licebat ad fatris vxorem accedere, niſi ad ſuſcitandum ſemen fratris ſine filijs defuncti. Cum ſorore autem vxoris ſimiliter Caietanus ſuper. 2.2. quæ. 155. 9. tenet quòd de lege naturæ ſolum prohibetur matrimonium inter parentes proximos hoc eſt patrem & matrem, filios & filias, vnde in omnibus alijs etiam in recta linea Papa poſſet

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

posset dispensare, pro quo facit. s. Tho. vbi supra. Ad tertium dicens in commixtione personarũ aliquid est indecens secundũ se & repugnãs naturali rationi vt si fiat inter parentes & filios quorũ est per se immediata cognatio, alię vero personæ nõ habent ex se tantam indecentiã: sed variatur decẽtia & indecẽtia secũdũ cõsuetudinẽ & legẽ humanã vel diuinã. Motiuum eius est quia petrus est per se productus à patre & matre sua sed per accidens ab auo & ab auia accidit enim patri meo vt ipse habeat vel habuerit patrem & matrem, nihil enim minus Abel & Cain fuerunt filij adæ & euæ quàm si habuissent auos & auias. Et quia ꝙ est per accidẽs excluditur ab arte & à natura q̃ parẽs est artis, ideo inter solos parẽtes & proximos & filios est naturaliter matrimonium prohibitum, quod dicit Palu, quòd magis reueremur auũ quã patrẽ, respondeo non esse verum de reuerentia naturali, quæ est ad patres per se ad auos per accidens, dato ꝙ sit verum de reuerentia politica qua auũ viuẽtẽ vt primũ dominũ rerum & in gubernãdo reuere mur. Quo ad secundum ponam per conclusiones quod in hac re mihi videtur quarum prior sit. Inter ascedentes & descendentes de lege naturæ in infinitum est prohibitum cõiugium, probatur tales personæ ex lege naturæ sunt dispares & descendentes naturaliter sunt subditi ascendentium, sed ex matrimonio vir & vxor in multis sunt pares &

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quo ad gubernationem domus vxor eſt ſubdita viro qui ſecũdum apoſtolum eſt caput eius, ergo, & idem de vxoribus & ſororibus aſcendẽtium & deſcendentium eadem ratione. Secunda concluſio in omni alio gradu ab hijs conſaguinitatis & affinitatis ex cauſa ſummus pontifex poteſt diſpẽſare maxime inter magnates probatur, ratio quare in his non valet diſpenſatio ſecundum Palu. eſt quia inter conſanguineos & affines & inter cohabitantes eſt naturalis amicitia ſine alio fœdere. Et ſecundum beatũ Thomam eſt alia ratio, quia matrimonium ordinatur ad reprehenſionem concupiſcentiæ quæ non reprimeretur ſed augeretur ſi inter commorantes & continuo conuerſantes cõiugalis copula eſſet conſeſſa, cum enim electio non ſit niſi poſſibilium eo ipſo concupiſcibile fit impoſſibile, tollitur vel imprimitur eius cõcupiſcentia quæ alias non haberet frenum, ſed ex quo matrimonium inter hos eſt impoſſibile propter prohibitionem, ceſſat concupiſcentia, vbi ergo ceſſant dictę rationes vt pote, quia quàmuis ſint conſanguinitate & affinitate coniuncti non tamẽ ad iuuicem cõuerſantur nec eſt inter eos amicitia intima, immo in omnibus fere vt extranei ſe habent, ſicut communiter ſunt magnates, ex leuiori cauſa cum eis Papa poſſet diſpenſare, nec per hoc laxantur habenæ concupiſcentijs non enim conſanguinei ad coniugium diſpenſati plus ardere videntur

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

re videtur quàm alij coniuges, & practica Eccle-
siæ sic tenet, vnde rex portugaliæ Emanuel duas
sorores filias dñi fernãdi regis hispaniæ & vnã ne
ptẽ vxores sulcessiue habuit. Et idẽ dominus præ
fectus bethicę regionis pater domini marchionis
de tarifa moderni & ex vtroque coniungio mul-
ta proles est progenita. Domina etiam regina an-
gliæ cum duobus fratribus contraxit & consuma
uit matrimonium successiue . A fide dignis au-
diui dominum Clementem septimum dispen-
sasse cum quodam marchione Hispaniæ vt cum
vxore fratris contraheret, sed non est secutum
coniugium quia nolluit domina illa. Refert etiam
Florentinus Martinum quintum dispensasse cum
eo quisororẽ propriam violarat propter scandala
alias inde ventura, Fernandus quoque rex siliciæ
citra farrum sororem patris sui Ioannam duxit v-
xororem . Et dominus dux de bejar modernus
sororem patris sui, quæ duo facta licet sint admi-
randa, cum tales secundum communiorem viam
sint naturali iure prohibiti copulari, non tamen
est factum dãnandum quia instar sacrilegij est dis
putare de potentia principis præsertim Papæ. 17.
quæstione quarta §. cõmittitur, & sequenti. 3. cõ-
clu. sit stantibus varijs doctorum opinionibus si
Papa determinet secundum aliquam earum, asse-
uerare ipsum errare & nõ valere dispensationem
est temerariũ, quia plura potest Papa secũdũ. Flo.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quàm ipſi & nobis ſit compertum,& in dubijs excuſat obedientia, ſed contra in iure diuino Papa nõ poteſt diſpẽſare ſed prædicti gradus ſunt prohibiti iure diuino.ergo.Dicendum quòd quàmuis omnia contenta in biblia poſſent dici de iure diuino,nõ tamẽ omnia talia obligãt ad ſui obſeruantiam,alias non liceret comedere ſuillas carnes quia ibi populo dei eſt hoc prohibitum. Vnde doct̃o. diſtingunt de præceptis pure moralibus, quę omnia nũc ſicut & tunc obligant,& de præceptis cerimonialibus quæ iam ex toto ceſſarunt, & de iudicialibus quæ habent aliquid moralitatis quales ſunt prohibitiones factę ad matrimoninm in certis gradibus quomodo nõ obligant niſi per papam vel alios quorũ eſt condere legem accepten-tur,facit prodictis quòd in cap. gaudemus de diuor. dicitur quòd pagani.in .2.gradu coniuncti ſi conuertuntur non ſunt ſeparandi, quod non ſtatueret innocentius .3. tam excellentis vitæ & doctrinę,ſi talis prohibitio eſſet de iure diuino & pure moralis.dicit.ſil.poſt.Ricar.vbi ſupra,quòd licet in prædictis non poſſit papa diſpenſare quaſi tollens obligationem diuini ſtatuti,poteſt tamen in caſu dubio interpretari,& in caſu in quo ceſſaret ratio prohibitionis matrimonij inter conſanguineos,quæ eſt reuerentia,amicitia,repreſſio cõ cupiſcentiæ & huiuſmodi.

Probatur

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Probatur ex ſcriptura meſſi aduentus.

VTrum Chriſtum veniſſe poſſit per ſcripturam probari. Dicendū quòd ſic euidẽtiſsime. Primo per illud gene.49,quod dixit Iacob filijs ſuisnõ auferetur ſceptrū de iuda & dux de femore eius donec veniat qui mittẽdus eſt et ipſe erit expectatio gentiũ. ſed regnum & dominatio ablata eſt iudæis tempore Herodis ſcalonitæ ſub quo natus eſt Ieſus,ergo ab illo tẽpore venit Chriſtus. Dicunt iudæi hanc prophetiam non eſſe intelligendam de Chriſto ad literam ſed de Nabuchodonoſor rege Babylonis,qui venit cõtra Hierusalẽ & captũ ſedechiam excęcauit occiſsis filijs eius regnauit vt habetur.3.re.15.&.24.poſt quem nemo d̃ ſemine eius regnauit,ſed falſũ eſt,nã poſt captiuitatẽ Babylonicã habuerũt duces & principes vt patet de Zorobabel,Eſdra. Neemia & machabęis, Ioannes etiam hircanus filius Simonis Machabęi impoſuit ſibi diadema regium, & ex tunc filij eius fuerunt reges vſque ad dictum Herodem quifuit alienigena,vnde vſque ad illud tẽpus non fuit omnino amotum regnum Iſrael, & fuerunt prædicti de tribu iurda vt de Zorobabel conſtat & de Machabęis quia tribus regia & ſacerdotalis miſcebãtur. Alij dicunt quòd intelligi

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tur de Roboã filio Salomonis à quo receſſerũt. 10 tribus & adheſerunt Ieroboam filio Nabot vt habetur. 3. regum. 12. exponũt igitur ſic, non auferetur. &c. donec veniat ſilo, quòd eſt nomen loci. nã vbi hiero. trãſtulit mittẽdus, hebrei habẽt ſilo. ad quem locũ venit Roboã vt cõſtitueretur rex, & ibi receſſit Iſrael ab eo & conſtituit Hieroboã qui erat de tribu Effraim, & ſic tunc fuit ablatum ſceptrũ de iuda, ſed hoc eſt falſum, nã vt patet. 3. reg 12. Roboã fuit derelictus ab Iſrael in Sichem qui multũ diſtat à ſilo. Item prædictæ relpõſiones patẽt falſę per interpretationẽ chaldaicã apud iudæos ita autẽticã vt nullus ei audeat cotradicere, ſecũdũ quã vbi nos habemus, veniat qui mittendus eſt dicitur donec veniat Meſſias. Exita patet q̃ loquitur dicta prophetia de ſolo Chriſto. Et q̃ ſequitur in hebręo aggregabũtur ei gẽtes, copletũ eſt quia iudæi in aduẽtu Chriſti pro maiori parte ſunt obſtinati & gẽtiles ad ipſum cõuerſi, ſecũdũ q̃ dicitur roma. 11. cęcitas ex parte. &c. q̃ autẽ tẽpore Herodis ablatũ ſit ceptrũ à iudæis patet, nã ipſe fuit alienigena cuius pater erat idumeus, et romanorũ auxilio debellauit antigonũ regẽ iuda ex machabeis deſcẽdentẽ, & occidit cũ omni prole regia & libros de genelogia regũ cõbuſſit, ne ipſe filij q; eius deprehẽderẽtur alieni à regno Dauid & doctores docentes illud deutero. 17. de medio fratrum tuorũ pones ſuper te regem interfecit vt

auferret

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

auferrete iudæis omnẽ viã recuperandi ſceptrum & ſic factũ eſt,nam ab illo tẽpore vſq; ad præſens fluxerunt.1526. & nunc iudæi magis ſunt ſine ſpe recuperamdi ſceptrũ quàm tunc.ergo.cũ oblatio ſcepiri fuerit eis data in ſignũ aduẽtus Chriſti manifeſtũ eſt tẽpus incarnationis fuiſſe prẽteritũ.Idẽ patet ex prophetia agei.2. Ad huc vnũ modicum & ego mouebo cælũ & terrã mare omnes gentes, & veniet deſideratus cũctis gẽtibus,& infra magna erit gloria domus huius nouiſſimæ quã primę,ſed à ſecũdo anno darij regis perſarũ in quo ageus hęc ꝑdixit vſq; nũc fluxerũt duo millia annorũ,quod tẽpus in ſcriptura nõ dicitur modicũ. ergo.iã eſt prẽteriũ tẽpꝰ aduẽtus chriſti qui dicitur deſideratus cũctis gẽtibus,ſed cõtra, nã in.pſal.dicitur mille ãni ante oculos tuos tãquã dies heſterna q̃ præterit ergo dictũ tẽpꝰ poteſt dici modicũ. Dicẽdũ q̃ tẽpus mille ãnorũ cõparatũ ęternitate modicũ eſt ſic loquitur.ꝑſal.ſed ſi referatur ad expectationẽ populi multũ eſt,vnde baruc .6. tẽpus captiuitatis babilonicæ q̃ fuit.70. annorũ dicitur magnũ & lõgũ,idẽ patet per id q̃ dicitur in dicta prophetia . Replebo domũ iſta gloria,et loquitur de tẽplo ędificato poſt captiuitatẽ,igitur ſtãte illa domo venit chriſtus,quia ꝓpheta dicit illã replẽ dã gloria per aduẽtũ chriſti in eã,illa aũt ꝺſtructa eſt per titũ & veſpa.42. anno poſt paſſionẽ domini.ergo.Item prædicit gloriam domus huius futurã

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſturam maiorem, quàm fuit gloria domus ædificatę per Solomonem, ſed hoc non dicitur propter miaores diuitias honores ſeu cultum diuinũ vel ędificationes, quia domus & ſtatus populi tũc erat quaſi nullius momenti reſpectu illius domus & ſtatus quæ fuit ſub ſalomone. propter quod dicitur .2. eſdre.12. quòd qui viderant priorem domum flebant exultantibus alijs qui primam domum ne viderant quia nihil erat reſpectu primę. ergo. nõ poteſt intelligi gloria eius maior niſi per aduentum Chriſti qui ſua præſentia illam glorificauit, quia ibi eſt oblatus ſecũdum quòd Malach. 3. prophetatum eſt, ibi miracula fecit, nec valet ꝙ dicunt aliqui quòd gloria ſecũdę fuit maior, quia viginti fere annis plus durauit, nam durare. 20. annos plus non arguit perfectionem magnam idem patet & ꝓprophetiã Dani. 9. vbi Gabriel inſtruẽs Danielem de tempore aduẽtus Chriſti dixit, animaduerte ſermonem & intellige viſionẽ, ſeptuaginta hebdomadę abreuiatę ſunt ſuper populum tuum, vt cõſumatur præuaricatio, deleatur iniquitas, adducatur iuſtitia ſempiterna, impleatur viſio & prophetia & vngatur ſanctus ſanctorũ ab exitu ſermonis vt iterum ędificetur Hieruſalem vſq; ad Chriſtum ducem hebdomadę. 7 & hebdomades. 62. erunt, & rurſum ędificabitur platea & muri in anguſtia temporum, & poſt hebdomades. 62 occidetur Chriſtus & non erit eius populus qui

eum

eum negaturus est & ciuitatem & sanctuariũ dissipauit populus cum duce venturo. Pro cuius intellectu scito quòd in sacra scriptura hebdomada vel hebdomades quod idem est, aliquando sumitur pro tempore septem dierum vt patet leui. 31. alio modo capitur pro tempore septem annorum sicut leui. 25. dicitur numerabis septem hebdomadas annorum quæ faciunt. 49. annos. in dicta prophetia capitur. 2. modo secundum omnes sed est differentia nam secũdum solum Bedam isti anni sunt lunares quia ibi dicitur hebdomadæ abreuiatę. anni autem lunares breuiores sunt solaribus. 11. diebus, angelus etiam loquebatur cũ hebręis qui per lunares annos computant, sed vt dicit nico. de lira. falsum est quòd iudęi computent per annos lunares sed per solares, sicut & nos, licet enim incipiant menses àlunationibus, tamen annus apud ipsos habet. 13. lunationes, & per embolismos faciunt ęquationem temporis. Continent autem hebdomadę prædicte. 490. annos, faciendaque est dicta cõputatio secundum herbęos. ab. 11. anno regis sedechię quando templum est destructum, secundũ alios à primo anno regis darij: quãdo dixit ista angelus, secundum alios à redditu captiuitatis sub Zorobabel, quando Hieremias missus est ad reędificandam Hierusalem, sed qualiter eunque accipiãtur anni solares vel lunares, & vbi cunque incipiat computatio, dictum tempus hebdomadarum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

domadarum iam diu completum est. ergo Christus venit. Vide expositionem dictæ prophetię in nico. dicit Iosephus .18. libro antiquita. fuit his temporibus Iesus sapiens vir si virum eum nominare fas est, erat enim mirabilū operum effector & Doctor hominum qui audiunt quæ vera sunt, & multos ex iudæis multos ex gētibus sibi adiun xit, Christus hic erat hunc accusatione primorū vestræ gentis Pilatus crucifixit, sed apparuit iterū vinus secundum quòd prædixerat. Idem sic probatur, quando scriptura dicit aliquid futurum & determinat modum tempus et locum si omnia in vnum concurrant manifestum est illud esse completum, sed sacra scriptura prædixit aduentū Christi & determinauit tempus .genesi .49. & locum. miche .5. & tu Bethleem, & modum viuendi scilicet in paupertate. Zacha. 9. & cū discipulis prædicando & miracula plusquàm cęteri sancti faciendo Esai. 2. & modum moriendi Esai. 3. ergo iste est Christus. Plura alia non minus probabilia possent ex scriptura adduci ad idem probandū, quæ ob vitandā prolixitatem omissa sunt, & quia hæc veritas adeo manifesta est quòd si iudæi in odio Christi à cunabulis non nutrirentur ex se ipsi sine Doctore hæc cognoscerent, videāt ꝙ nunquā in maiori obseruātia legis vixerūt quā nūc, et nūquā adeo humiliati sunt, & tamen in lege promissum est eis quòd si in præceptis Dei ambularent bene

eis

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

eis esset, bene viuant, & vt dixit eis dominus Iesus cognoscent de doctrina eius quia à Deo est, nullus vnquàm iudęus bene vixit seruando legem dei in moralibus qui tandem à Deo non sit illuminatus & viderit viritatem Euangelicæ Doctrinę & sit conuersus vt patet de multis.

VTrum possit iudex augere vel minuere pœnam reo debitam secundū sānct. Tho. 2. 2. quæ. 67. duplicitur impediter iudex ne possit relaxare totam pœnam legis vel statuti. Primo ex parte accusatoris ad cuius ius pertinet vt reus puniatur ratione illatę iniuriæ & talis relaxatio nō est in arbitrio iudicis, quia debet cuique ius suum reddere. Secundo ex parte reipu. cuius bonum requirit vt mali puniantur, & in hoc est differentia inter iudices inferiores & supremum cui plenarie respub. est cōmissa, quia primi non possunt absoluere à pœna per legem superioris posita, princeps vero hoc potest cum viderit rei pub. super quam habent plenariam potestatē expedire, si passus iniuriam velit ius suū remittere, vnde quādo pœna erigitur propter bonū priuatū & cōmune simul, princeps relaxare potest stantibus duobus scilicet qp expediat bono cōmuni, & assentiat offēsus, sed hoc non potest inferior nisi ponēdo spē in ratihabitione principis, si vero exigitur p bono cōmuni tamē hoc pōt princeps stāte. 1. illorū duorū inferior vero nullo mō nisi vt dictū est. Si vero exigitur

pro bono

pro bono priuato tantum, vterq: poteſt reo cõſen tienti, & princeps etiam ſi ille diſſentiat & expe- diat bono communi, quia eius gratia poſtponitur priuatum. Quo ad diminutionem reo conuicto certa pœna eſt imponenda ſi in iure inueniatur à iudice inferiori, nam princeps ſi relaxare etiã mi nuere poteſt, ſi iudex delegatus procedit ordina- rie nec minuere nec augere poteſt, pœnam de iu re debitam, vt notatur in.ca.de cauſis. de offi. de deleg. ſi vero procedit extraordinarie minuere po teſt lege quid ergo. ff. de his qui no. infam. ordina rius autem hoc poteſt etiã in proceſſu ordinario ex cauſa ſecundum Bar. in. d. l. quid. erg. & panor. ſequitur in. ca. 2. de emp. & ven. & facit ca. at ſi cle rici de iudi, ſi autem pœna non eſt in iure expreſ- ſa committitur iudicis arbitrio. de tranſ. ca ſin. & .c. de vi. pu. vel priua. l. ſeruos. qui ſemper in hu - maniorẽ partẽ debet declinare et ſic mitigare, ma xime ſi cauſa alleuans ſubeſt, aliquando expedit augere pœnam legis ad aliorum terrorem qui pro ni ſunt ad culpam: quia multis graſſantibus opus eſt exemplo. ff. de pę. l. aut facta. §. ſi. dimittens pœ naim in caſu ſibi non conceſſo tenetur ad reſtitu- tionem ſecundum ſanct. Tho. cõmunitati vel ac- cuſatori ſi eius intereat vt pũiretur, qui vero auxit tenetur reo, ſecundum Palu. in. 4 diſtin. 22. Iudex non debet negare confeſsionem pœni enti para- to facere debitum etiam ſi timeat quòd eripietur

quia

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quia vtilius ſcandalum naſci permittitur quàm ve ritas deſeratur.de re.iudi. qui ſcandalizauerit, niſi conſtet q̃ non ex deuotione petit,ſed ſpe ereptionis vt ſi ſub patibulo petit,qui non petijt in carcere,& rei ſunt animarum hoc negantes.

VTrum pœna poſita à lege vel ſtatuto cõtra committentem, vel non facientem aliquid infra certum terminum incurratur ſolum poſt dictum terminum,vel etiam ante illum ex eo tempore ex quo eſt illi impoſsibile hoc facere, vt ſi promoto ad Eccleſiam parrochialem mãdetur ſub pœna priuationis quòd infra annũ fiat ſacerdos & ante finem anni,iam eſt certum quòd hoc non poteſt.bar.in.l.cum ſtipulatus ſum ff. de verbo.oblig. diſtinguit,ſi pœna appoſita trahit ſecũ executionem vt pœna excommunicationis,vel infamię incurritur ipſo facto quòd incipit eſſe certum de impoſsibilitate faciendi,ſi vero pœna executionem non trahit ſecum,vt ſi dicat ſtatutũ ſint periuri vel puniantur in decem, tunc non incuritur licet ſit certum de impoſsbilitate. Ange.autem & Rapha.in.d.l.tenent quòd ſiue pœna trahat ſecum executionem ſiue non,non committitur ante tempus licet ſit certum de impoſsibilitate,quia mens iudicis non eſt vt ante ſtatutum terminum incurratur,de quo eſt caſus in. ca.cõmiſſa.de elec.lib.6.ad.d.autem.l.ſi ita ſtipulatus, vbi contra promittẽtem facere infulam ad certũ tem-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

pus, poteſt quis agere ex quo infra tempus ſtatutũ fieri non poteſt licet totum tempus nõ tranſierit. Dicunt q̃ loquitur de pœna conuentionali nõ de legali, ratio diuerſitatis eſt, quia mitius cum lege quàm cum homine agitur. l. celſus. ff. de arbi. glo. in. d. ca. cõmiſſa. Dicit q̃ ante diem & terminum agi poteſt quanti intereſt opus non eſſe inchoatum, & de hoc loquuntur iura allegata, ſed non ad pœnam, vt loquitur. d. ca. commiſſa, & hoc eſt melius dictum.

VTrum pœna impoſita ipſo facto ſit neceſſario ſoluẽda. Archi. in ca. fœlicis de pœnis, tenet q̃ requiritur proceſſus declaratorius in particulari & ante talem declarationem nõ tenetur quis ſoluere dictam pœnam, quia quamuis non ſit neceſſaria ſententia adeſſe, ex quo bona illius ipſo iure tranſeunt in dominum fiſci & deſinũt eſſe criminoſi, ſicut in bonis hæretici & illius qui commiſit crimen lęſe maieſtatis, tamen neceſſaria eſt poſtea ſententia quę declaret eum criminoſum & ad executionem, vnde ſecundũ glo. in auten. de tab. §. penult. licet tabelio à iure ſit priuatus officio, tamen ſine ſententia hominis valẽt inſtrumenta quæ facit, quando tamen bona alicuius ipſo facto applicantur alicui puta fiſco, vel alterius, quamuis talis non teneatur ante ſententiã dare, tamen non poterit ea titulo oneroſo in alium trãsferre nec fructus talis rei, quia ſi condẽnaretur fiſcus

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

fiſcus vel is cui applicata fuerunt vendicaret ea à quocunq; cum fructibus medij temporis, nec teneretur reſtituere precium niſi ipſum preciũ vel aliquid loco precij inueniatur apud alienantẽ.ca. qui ſecundũ leges.de hęre.lib.6. ideo ne ſit cauſa dãni ei cui alienat non poteſt in conſcientiam niſi alienaſſet pro neceſsitate vitæ vt pro comedendo & huiuſmodi,quia adminiſtratio bonorũ voluntaria eſt eis interdicta non neceſſaria, ſi tamẽ alias haberet vnde ſolueret pro dãno dato, vel ſi conditionẽ rei reuelaret ei non peccabit hoc modo alienando,prædicta intelligo quãdo delictũ propter quod ſua bona eſſent fiſco applicata poteſt aliquo modo probari,nam ſi eſſet totaliter improbabile poſſet alienare etiam titulo oneroſo, titulo autẽ lucratiuo alienare poteſt, in pœnis vero quæ ſecum trahunt executionem vt excõmunicatio & huiuſmodi quæ nõ requiruntur ad executionẽ factum hominis non requiritur ſentẽtia declaratoria, per quã declaretur fuiſſe cõmiſſum id propter quod veniebat imponẽda illa pœna, idẽ ſecũdũ Panor. quando tale eſt notoriũ facti quod nulla poteſt tergiuerſatione celari, ſed in hoc non tenetur, dicit etiam qꝫ talis poſt cõmiſſum crimẽ non poteſt illa eũ bona cõſciẽtia retinere, quia ſtatim ſunt acquiſita fiſco, ſed in hoc ab omnibus reprehenditur, ſi tamen lex vel ſtatutũ priuaret aliquem bonis vel aliter ipſo facto,& adderet quòd nulla requiratur

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

declaratio etiam ſuper facto, tunc nulla requiritur declaratoria ſententia, ſi vero pœna non imponitur ipſo facto ſed venit imponenda non tenetur ante condemnationem ſed poteſt diſponere de ea ad libitum, quia eius eſt res ſua licet poſsit ea priuari, & infra annum eſt petenda dicta pœna & poſt annũ peti non poteſt ſecundũ Barto. in. l. fin. ff. de pœni. vide Panor. in ca. cum non ab homine de iudi.

VTrum ſolutio pœnæ ſola ſufficiat ad obſeruantiam legis prohibentis aliquid ſub pœna Dicendum quòd quãdo ſtatuitur quid diſiunctiue, vt cum dicitur, omnes audiant miſſam vel ſoluant tot, tunc ſufficit ſolutio pœnæ ad euadendam culpam, ſi verò dicatur copulatiue, vt cum ſtatuitur, nemo omittat miſſam & qui omiſerit ſoluat tot, non ſufficit ſolutio pœnæ. Dicit Henrri. de Ganda. quoli. 3. ꝙ in ſtatutis aliquãdo ſunt duo præcepta, vt ſtatuimus ne fiat tale quid & qui fecerit ſoluat tot, & tunc tranſgreſsio obligat ad culpam, aliquando vnum tantum, vt ſtatuimus quòd qui fecerit tale ſoluat tot, & tunc non obligat ad culpam ſed ad ſolam pœnam, idem tenet Angel. ſed Silueſt. dicit hanc diſtinctionem eſſe ſolum verbalem & puerilem, quia nemo apponit pœnam ſtatuto, niſi quia vult aliquid fieri vel omitti, vnde concludit quòd omnes leges humanæ iuſtæ obligant ad culpam & idem dicit tenere

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

nere ſanctũ Tho.ſed cum obligatio ſtatuti depẽ-
deat ab intentione ſtatuentis,verius dicitur quòd
quando legiſlator non intendit obligare ad culpã
ſed ad pœnam,quòd per ſolam ſolutionem pœ-
næ ſatisfacit, vnde in ſtatutis ordinis noſtri dici-
tur q̃ ſtatuta obligant ſubditos nõ ad culpam ſed
ad pœnam,vbi capitur pœna non vt diſtinguitur
contra pœnalitatem ſed vt diſtinguitur contra cul
pam,pro vt malum pœnæ diſtinguitur cõtra ma-
lum culpę & continet ſub ſe non ſolum pœnam
proprie dictam quæ ſoli culpę debetur, ſed etiam
pœnalitates,huius opinionis eſt Caietanus ſuper
ſecunda ſecundæ.q.186. vbi ſanctus Tho. idẽ ſen
tit,ſed reſtant duo dubia. Primum eſt an obliga-
tio ad pœnam intelligatur ſi imponatur à iudice,
vel etiam ſi non imponatur. Secundum eſt an ſi
non ſuſtineatur pœna, incurratur culpa. Ad pri-
mum dicitur q̃ tripliciter ponitur pœna in ſtatu-
tis aliquando non taxata ſed taxanda & imponẽ-
da à iudice,& ad talem nõ obligatur reus niſi im
ponatur,aliquando eſt taxata ſed imponenda, ſi-
cut in ca. de graui culpa in regula noſtra, pro qua
pœna taxata eſt ſed imponẽda reſtat. Dicitur pro
huiuſmodi veniam petẽtibus dentur.&c. nec ad
hãc tenetur niſi imponatur, ratio vtriuſq; eſt quia
non tenetur reus ad plus, quàm ſua lex ordinat,
ideo ex quo lex non ſtatuit abſolute quòd ſubeat
talem pœnam,ſed q̃ talis & tanta pœna detur ta-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

liter errantibus. Non eſt reus violatæ legis qui à non ſibi data pœna abſtinet, aliquando pœna eſt taxata & impoſita à lege, & ad hãc tenetur etiam ſi Iudex non imponat. Ad aliud dicitur q̃ ſecundum aliquos non implere pœnam taxatam & impoſitã ſiue à iure ſcripto, ſiue à iure animato quod eſt Iudex ſemper eſt peccatũ, quia euitant culpam ſub hac conditione quòd ſubeant pœnam, in ordine tamen prædicatorum in quo religioſi nõ tenentur ad has pœnas niſi vigore ſtatutorum ſuorum quæ non obligant eos ad culpam ſecundum Caietanum in ſecunda ſecundæ. q. 186. non peccat omittens pœnas has, niſi omittat contra præceptum vel ex contemptu ſeu ex cupiditate vel negligẽtia, & idem in ſimilibus quia de ſimilibus idem eſt iudicium.

VTrum in paraſceue liceat celebrare, ſecundum beatum Tho. in. 3. parte. quæſt. 83. 2. paſsio Chriſti in ſacramento euchariſtię recolitur ſecundum quòd eius effectus & virtus ad nos deriuatur, ſed in paraſceue ſolum ſecundum quòd in capite noſtro fuit perfecta, quod factum eſt ſemel, quotidie autem fructum dominicę paſſionis fideles percipiunt, ideo illa commemoratio fit ſemel in anno, hoc autem quotidie propter quotidianum fructum, & iugem domini memoriam. Hac de cauſa in die quo paſsio domini recolitur, prout realiter geſta eſt non celebratur cõſecratio

cratio huius sacramẽti. In.4. etiam sententiarum. dist.13.q.1.2.q.3.ad secundum dicit Ecclesia volẽs Christianum populum circa dominicam passionem, prout in capite nostro fuit occupari, statuit vt illa die non cõsecraretur corpus Christi, vbi sit hoc statutum nescitur. In toto namq; iure non inuenitur prohibita celebratio missæ in quacunq; die, immo multi textus suadent quotidianam huius sacramenti susceptionẽ, vnde dicitur eucharistia panis quotidianus, quẽ petendũ in oratione dñica suasit dominus. Et Ambrosius loquẽs de eucharistia ait, quotidie summe, quod tibi quotidie prosit, & de conse. dis. 2. ca. iteratur, dicitur ꝙ huius sacramenti obligatio quotidie est iterãda, & in. ca. vissum de cõse. dis. 1. habetur ꝙ nulla dies esse debet in qua pro defunctis non sit dicenda missa. Solum. ca. sabbato. de conse. distin. 3. videtur dicere quòd non liceat in parasceue celebrare, vbi ponitur ꝙ Apostoli in biduo mortis Christi fuerunt in mœrore & ieiunauerunt, vnde traditio Ecclesiæ habet in isto biduo sacramenta penitus non celebrari. Et est decretum Innocentij Papæ si iste textus non prohibet celebrationem illo die, sed asserit ꝙ in illo biduo, scilicet in parasceue & Sabbato sancto, penitus non celebrãtur sacramẽta, & sicut abrogatũ est hoc quo ad sabbatum quia vtiliter illo die missa dicitur, ita & quo ad parasceuem, de consuetudine tamen Ecclesiæ est ꝙ

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

illis diebus vna sola missa solenniter celebretur: vt dicitur in rationali diuinorum, ad repręsentandū vnicam domini pasionem illis diebus peractam. Si quis tamen ex deuotione in priuato vellet his diebus celebrare, non esset prohibendus, immo dato ꝙ quis non possit cōmode venire ad locum vbi illis diebus solenniter fit officium, melius faceret faciendo sibi in priuato celebrari quā omittendo, præsertim quia antiquitus tota illa hebdomada missa erat audienda sub præcepto, vt in. ca. conquestus. de fer. nec quo ad feriam. 5. &. 6. sunt abrogatę secundum Florenti. cum tunc fiat solennitas principalium articulorum fidei nostrę mihi videtur quòd nec isti dies sunt in præcepto, quia constitutio non est moribus vtentium approbata, quod sufficit ad deobligādum à pręcepto. dist. 4. in illis. §. leges & sæpe hoc tempore euenit festum annunciationis, quod sine dubio est in prę-cepto ex deuotione igitur vel ex rationabili causa his diebus celebrare non est illicitum, cum nulla sit super hoc præceptiua prohibitio, nec omnis consuetudo etiam generalis obligat ad mortale, sic nec omnis lex vel statutū, alias non orans quando pulsatur ad aue Maria, peccabit mortaliter, quod nullus sane mentis dicit. Ego scio viros doctos & timoratos his diebus celebrare, vnde consuetudo non est vniuersalis.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

QVot modis diffinitur ſacramentum. Dicendum quòd cum ſacramenta eſſentialiter conſiſtant in tribus ſcilicet in rebus, in verbis, & in factis, ideſt in vſu & diſpenſatione quæ fit per miniſtros ſacramentorum communiter diffinitur ſacramentum per iſta & per ſanctificationem & mundationem à peccato quę eſt finis ſacramentorum vel in ordine ad eum à quo ſacramenta principaliter ſunt. Primo ergo diffinitur ſacramentum ſic. Sacramentum eſt ſacrę rei ſignum. Secundo ſic. Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma vt eius imaginem gerat, & cauſa exiſtat. Tertio ab Auguſt. ſic. Sacramentum eſt in quo ſub tegumento rerum viſibilium virtus diuina ſecretius ſalutem operatur. Quarto ab Hugone de ſancto victo. Sacramentum eſt materiale elementũ exterius oculis ſuppoſitum ex inſtitutione ſignificans, ex ſimilitudine repręſentans, & ex ſanctificatione inuiſibilem gratiam continens. Quinto ſic, ſacramentũ eſt Chriſtianę fidei proteſtatio. Sexto, ſacramentum eſt commemoratio præteriti. demonſtratio pręſentis & pronoſticum futuri, hoc eſt ſignum paſsionis gratiæ, & gloriæ.

QVæritur quare appetere beneficium curatum eſt mortale, & in quo differt beneficium curatum à ſimplici. Dicendum q potiſsima ratio eſt quia appetens beneficium curatum offert ſe ad paſcendum verbo & exemplo

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

gregem ſibi commiſſam & ad promouendum in bono & ad reddendam Deo pro illis omnibus rationem, vt dicit beatus Petrus in ſua canonica, & ex parte Dei cuilibet accipiẽti curam animarum. Dicitur illud tertio regum. 2. Cuſtodi virum iſtũ, & ſi perierit, erit anima tua pro anima illius. præſumptuoſum eſt autem & temerarium obligare ſe ad rationem dandam pro tot, qui pro ſe ſolo nõ ſufficit apud diſtrictum iudicem, vnde appetens curatum ſi credit ſe dignum ad tam arduum onus ſuperbus eſt, ſi credit ſe indignum & appetit iniuſtus eſt. Propter ea beatus Gregorius & alij ſancti totis viribus præeſſe Eccleſiæ renitebant, nec eſt contra hoc quod dicit Apoſtolus. Qui Epiſcopatum deſiderat bonũ opus deſiderat, nam opus quod deſideratur bonum eſt, cũ Epiſcopi teneantur eſſe perfecti, quia alios ad perfectionem debẽt inducere, religioſi autem non tenentur eſſe perfecti, ſed tenentur trudere & conari ad aſſequendam perfectionem. Deſiderium autem habendi Epiſcopatum reprehenſibile eſt ratione præſumptionis quam habet annexam, quia vt digne quis fiat Epiſcopus non ſufficit q̃ ſit bonus nec q̃ ſit in gratia, ſed requiritur quòd ſit perfectus & potens alios ducere ad perfectionem, quod de ſe præſumere temerariũ eſt, non ſolũ ſi quęrat vt præſſit, ſed etiam ſi cupit vt proſsit. Auguſt. ocium ſanctum quærit charitas, negocium iuſtum ſuſcipit neceſ-

neceſsitas charitatis,quam ſarcinam ſi nullus imponit intuendæ veritati vocandum eſt. Olim ad curandum de temporalibus minor cura adhibebatur, & quilibet idoneus reputabatur, nunc autem quando prælati Eccleſiæ iam non ſunt piſcatores hominum, ſed honorum & bonorum temporalium fit econuerſo: quilibet reputatur ſufficiens ad curandas animas, ſed ad redditus colligendos & pecunias vix vnus reperitur idoneus.

Remedia contra defectus occurrentes in miſſa.

Væritur qualiter ſit obuiandum defectibus contingentibus in miſſa. Pro reſpon. ſciendum quòd defectus inter celebrandum vel contingit ex parte ſacramenti, aut ex parte miniſtri, aut ex parte miniſterij. Ex parte ſacramenti, quo ad materiam requiritur panis triticeus, vinum de vite, aqua naturalis, quo ad formam requiruntur verba conſecrationis. In miniſtro requiritur exterius debitum veſtimentum, in corpore ieiunium & diſpoſitio mentis. In miniſterio requiritur quòd miſſa compleatur, ſacrificium ſit perfectū & q̄ ſacerdos ſumat ſacramentū. Sacerdos conficiēs in pane fermētato grauiter

peccat

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

peccat faciens contra Eccleſię ſtatutum & conſue tudinẽ. Similiter ſi in pane azymo qui incipit cor rumpi propter irreuerentiam, conficit tamen niſi ſit adeo corruptus ꝙ ſpecies panis deficiat, quod ex hoc cognoſcitur ſi continuitas non manet nec communia accidentia panis. Si grana alterius generis miſcentur tritico in tanta quãtitate ꝙ aliam ſpeciem faciant vel quòd vnum medium conſtituant, non poteſt ex eo confici ſacramentum ſecũ dum ſanctum Tho. tamen ex modica quantitate non impeditur. Si panis ſit de aqua roſacea dubiũ eſt an conficiatur, ſanctus Tho. dicit probabilius eſſe quòd non poſsit confici. Si ſacerdos ante cõ ſecrationem aduertit hoſtiam non eſſe triticeam vel eſſe corruptam, ponat aliam & à canone reincipiat, ſi vero poſt conſecrationem hoc aduertit idem faciat, & nihilominus ſumat primam vel à alij ſummendam tradat vel eam reuerẽter ſeruet. Palu. in hoc caſu dicit reincipiendum à canone, ſed in ſimili ſanctus Tho. tenet ſufficere incipere à conſecratione. Si vero dictum defectum hoſtię aduertat poſtquàm ſumpſerit, doctores varie loquuntur, ſed ſanctus Tho. in. 3. parte aſſerit quòd debeat aliam hoſtiam ponere, conſecrare & ſummere, quia præceptum de ſacramenti perfectione maioris eſt ponderis quàm quòd à ieiuno ſumatur, & ſimiliter fiet ſi hoc contingat de vino, vel ſi nulla hoſtia fuerit poſita. Si vinum eſt aceto-

ſum

(c)-Comunidad Autónoma de La Rioja

ſum plene,non poteſt de ipſo cõfici ſanguis Chriſti,quia vinum & acetum differunt ſicut viuum et mortuum ſecundum philoſo. Sed ſi vinum ſit in via acesc̃endi grauiter peccat ſacerdos in eo conficiens propter irreuerentiam conficit tamen, & idem ſi vinum ſit corruptum vel in via ad corruptionẽ. De agreſta non poteſt confici,ſed de muſto ſic,non tamen eſt faciendum de multum recenti propter impuritatem. Si vino addatur tanta aqua quòd non conuertatur in vinum non conficitur,& ſimiliter ſi tãta quòd ſit vera mixtio quia in mixtione non manet aliquod mixtorum niſi in virtutem, ſecus ſi tam parum aquę apponatur q̃ in vinum conuertatur,nec debet apponi aqua roſarum vel alia artificialis. Si ſacerdos ante conſecrationem vini & poſt conſecrationem panis percipiat vinum aut aquam non eſſe in calice debet apponere & conſecrare,ſi vero poſt conſecrationem ſed ante ſumptionẽ corporis hoc aduertat, debet depoſita aqua ſi ibi eſt ponere vinum cum aqua & reſumere à verbis conſecrationis ſanguinis.Si autem percipit poſt ſumptionem corporis, debet aliam hoſtiam apponere ſimul cum ſanguine conſecrandum & conſecratum vtrunque ſumere,etiam ſi prius ſumpſerit aquam quæ erat in calice,quia præceptum de perfectione ſacramenti maioris eſt ponderis quàm q̃ à ieiuno ſummatur ſecundum ſanctum Tho. Nota q̃ cum miſſa

termi-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

terminetur in benedictione ſacerdotis non eſt ita iudicandum de defectibus miſſæ reparandis ante benedictionẽ ſacerdotis quando adhuc durat officium miſſę,& poſt benedictionem quando iã eſt ſolutum officiũ miſſæ,quicquid enim tunc fieret potius videretur itteratio miſſę quàm defectus reparatio. Dicit.ſ.Tho. inmane ſacrilegum eſſe ſi hoc ſacramentum non perficiatur, quìa ex concilio Toletano lata eſt ſententia excõmunicationis in eos qui cum poſſunt non perficiunt hoc ſacramentũ,vt habetur.7.q.1.perfecta.Si ſacerdos ante conſecrationem non aduertat aquam non fuiſſe vino appoſitam, ponat & conſecret,ſi autẽ poſt conſecrationem hoc percipit non debet apponere,quia non eſt de neceſsitate ſacramenti,& ſecũdum aliquos ſequeretur corruptio ſacramenti in aliqua parte. Qui vero ſcienter ante conſecrationem omitteret apponere aquam grauiter peccaret faciens contra morem Eccleſiæ & quia creditur dominum appoſuiſſe, nec ſufficit ſi apponatur quando vinum eſt in dolio, quia hoc nihil ſignificaret, ſed oportet quòd imminente oblatione apponatur,ſecundũ Ambro. in lib.de ſacramẽtis,hoc ſacramentũ conficitur verbis domini: vnde ſecundũ Docto. de neceſsitate formę ſacramẽti ſolum ſunt hæc verba,hoc eſt corpus meum, & hic eſt calix vſq; ad remiſsionẽ peccatorum enim eſt de neceſsitate præcepti ſed non ſacramẽti, illa

verba

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

verba accipite & manducate pertinent ad vsum materię consecratę, qui quidẽ vsus non est de necessitate sacramenti, si dictę formę mutentur secundum sanctum Tho. nihil efficitur etiam si videãtur verba idem significare, similiter si aliquid de eis minuitur, si vero aliquid addatur quod significationem non muttet nec errorem inducat, graue peccatum esset, conficit tamen. Ex quo in dicta forma ponitur pronomẽ demonstratiuum, ostenditur quòd materia consecranda debet esse coram sacerdote: vnde existens in domo sua non potest consecrare panem qui est in altari vel in foro nec vinum quod est in cellario, sed quantacunque sit quantitas panis & vini quæ coram sacerdote ponitur, ab ipso potest consecrari. Verba cõsecrationis ita alte sunt proferenda, vt saltem adiutor intelligat. Dicit sanctus Thomas quòd si sacerdos non recordetur se dixisse quæ in consecratione dicuntur non debet ex hoc turbari, non enim qui multa dicit omnium recollit, si tamẽ probabiliter credit se omisisse aliquid eorum quæ non sunt de necessitate sacramenti, non debet resumere immutando ordinem sacrificij sed debet vlterius procedere, sed si sit eorum quę sunt de necessitate sacramenti vt forma consecrationis, debet ipsa forma resumi & cętera per ordinẽ recitari, quia secundũ Angel. sine intentione non est humanũ quod agitur, requiritur in sacerdote

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

cõsecrante intentio qua se subijciat principali agenti, vt scilicet, intendat facere quod Christus fecit & Ecclesia, nec requiritur actualis attentio sed sufficit virtualis: puta si à principio intendebat facere quod Christus fecit etiam si per aliam occurrentem cogitationem eius intentio suspenditur, ex virtute primę intentionis sacramentum perficitur, summo tamen studio curare debet vt actualis attentio adsit. Qui non intendit conficere sed illusorie verba profert nõ conficit, maxime si hãc intentionem ad extra manifestet, si autem intẽtio peruertatur quantum ad id quod sequitur sacramentum: puta si conficit ad beneficia, quia prius non dependet à posteriori, talis intentionis peruersitas non tollit veritatem sacramenti. Si aliquę hostię remanent in altari aut vinum & sacerdos conficiat, illa non sunt consecrata quia de eis non intendit. Si habens corã se. 11. hostias intendit consecrare decem, vel talis numerus est solũ in intentione & non in opinione, verbi gratia quia opinatur ibi solum esse decem & decem solum consecrare, nihilominus intendit consecrare quicquid habet coram se, sine dubio omnes sunt consecratę quia eius opinio fertur ad numerum & nõ eius intentio, si vero opinio & intẽtio fertur ad numerum: ita q̃ non vult plusquàm decem consecrare, distinguendum est, vel scit veritatem numeri, scilicet, q̃ sunt. 11. hostię &. 10. tantum intendit consecrare

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſecrare quas aliquo ſigno diſtinguit ab illa ꝙ non intendit conſecratę,& tunc ille decẽ tantum ſunt conſecratę,ſi autẽ non determinat quas vellit conſecrare ſed indiſtincte vult decem ex eis, tunc nulla eſt conſecrata ſecundum Duran.quia eius intẽtio non fuit ad aliquam determinatam, & ſacerdos eſt inſtrumentum Chriſti & Eccleſiæ tanquã principalis agentis, & ex quo tale inſtrumentum habet cognitionem, oportet quòd per intentionem ſe determinet ad opus in virtute principalis agentis à ſe producendum,ideo vbi non ſe determinat nihil agit. Si vero ignorat veritatem numeri & intendit ſolum decem hoſtias conſecrare, ſi non determinat quas decem nihil fit. Propterea ſacerdos quando vult proferre verba conſecrationis non debet curare de numero hoſtiarum, ſed intendat conſecrare quicquid habet coram ſe.

In celebratione miſſæ aliquid requiritur dupliciter, vel de neceſsitate ſacramenti & hæc ſunt quattuor,ſcilicet, materia debita, forma cum intẽtione,& ordo in conficiente, quicquid horum deſit non conficitur ſacramentum, aliud requiritur de neceſsitate præcepti vt tempus debitum nam non licet celebrare ante auroram niſi in nocte natalis domini quando vnam ſolam miſſam licet de nocte dicere alias duas non niſi in aurora quando ſigna orituri ſolis incipiunt apparere,nec poſt meridiẽ niſi ſit ſuper hoc priuilegiatus,ſicut ſunt fra-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tres mendicantes quibus vna hora ante auroram & alia poſt meridiẽ celebrare licet. de conſe.diſt. 1.dicitur quòd ſaltẽ duo debent adeſſe miſſæ, ſed ex more Eccleſiæ ſufficit vnus qui ſacerdoti reſpõ deat. Mulier in miſſa miniſtrare non poteſt. Sine lumine non licet celebrare. de cele.miſſa. ex parte. Poſt ſumptionem cibi vel potus poſt mediam noctem non licet celebrare, reliquiæ tamen cibi remanentes in ore ſi caſualiter tranſglutiuntur nõ impediunt ſicut nec ſaliua, de hoc vide ſupra. Si autem ſit ſumptus cibus vel potus ante mediam noctẽ, etiam ſi parum ante non impedit ſiue dormierit ſiue non, ſiue ſit digeſtus ſiue non quantum ad rationem præcepti. De immũditia corporali dicit ſanctus Tho. cum iſte cibus ſit mentis & non corporis in eius ſumptione magis eſt conſideranda diſpoſitio mentis quàm corporis, ideo ſi immunditia ſit perpetua aut diuturna, non eſt abſtinẽdum à communione, ne propter immunditiam corporis perdatur fructus mentis, ſi autem eſt temporalis & poteſt purgari non prohibetur ſi eſt bene diſpoſitus in mente, eſſet tamen laudabile abſtinere pro modico tempore. Pollutio in vigilia voluntarie procurata neceſſario impedit ſecundum ſanctum Thomam à communione per. 24. horas quo tempore natura per illum actum diſtracta reparatur. Pollutio in ſomnis non eſt de ſe peccatum ſed ratione conſequẽ-

tus: puta

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tis: puta si postquàm est excitatus placet sibi illa inordinata delectatio, nullum autem est peccatum si gaudet de pollutione non procurata quia exoneratur natura, est etiam peccatum ratione radicis: vnde censendum est tale peccatum quale est causa vnde procedit, si prouenit ex tactu impudico qui sit mortale vel ex locutione, vel ex conuersatione vel cogitatione carnali quæ sint mortale peccatum, vel ex ebrietate seu crapula vel cõmestione vel potu mortali: mortale peccatum cẽsebitur pollutio, si vero accidat ex hijs quando sunt veniale peccatum erit veniale: quando prouenit ex causa veniali vel nescitur vnde euenit communicare potest, nisi tantum perturbauerit mentem ex commotione corporis quòd nimis sit distractus & sine deuotione: quando vero ex causa mortali accidit necessario impedit secundum sanctum Thomam, sed secundum Palud. post confessionem communicare licet, quia solum mortale de necessitate impedit quod post cõfessionem iam non est.

Si sacerdos post inceptam consecrationem recordetur comedisse vel bibisse, nihilominus debet perficere & summere sacramentum, similiter si menti occurrat mortale nõ confessum vel quòd est excommunicatus doleat & proponat confiteri & si non sumet indigne, quia à Christo summo & inuisibili pontifice quo ad illum actum absol-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

uetur, sed sic ante consecrationem talium recor-
detur, tutius est cepta nõ prosequi ante absolutio-
nem quando potest deserere sine graui scandalo.
Semper debet summere sacramentum sub vtraq;
spẽ quoties celebrat .de conse.dist.2.relatum, li
cet tamen portiunculam dare volenti communi-
care, si non habet aliud vnde communicet. Qui
plures missas in vno die vult celebrare in vltima
solum accipiat perfusionem, quia alias non lice-
bit ei aliam dicere cũ non sit ieiunus.de cele. mis.
ex parte. Si sacerdos post consecrationem infirme
tur & non habeatur alia hostia, alius sacerdos pro
sequatur & diuisa hostia vnam partẽ det infirmo,
aliã summat ipse, sed si ante cõsecrationẽ infirme
tur vel moriatur non oportet quòd per alium sup
pleatur, si vero consecrato corpore ante conse-
crationem vini vel consecrato vtroque hoc ac-
cidat, per alium debet expleri.7.q.1.nihil.

Si propter frigus vel negligentiam hostia laba-
tur in calicẽ non est necesse aliquid iterari. Si per
negligentiam sanguis cadat super tabulam terræ
adhęrẽtẽ lingua lãbatur & post radatur, si non fue
rit tabula locus ipse radatur & cõburatur, & cinis
iuxta altare recõdatur & sacerdos.40. diebꝰ pœni
teat. Si super lapidẽ altaris cadat sorbeat sacerdos
stillã sanguinis &.3.diebus pœniteat. Si super lin-
theũ altaris & ad aliũ lintheũ stilla puenerit.4.die
bꝰ pœniteat. Si vsq; ad tertiã peruenerit.9.diebus

pœni-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

pœniteãt. Si vsq; ad quartã. 20. diebus p̃dictis die bus ſacerdos ieiunabit, & à communione ceſſabit, penſatis tamẽ conditionibus negotij & perſonæ poteſt minui & augeri dicta pœnitentia, abluẽtur etiam lintheamina tribus vicibus calice ſuppoſito & aqua ablutionis iuxta altare condatur de conſe. diſt. 2. ſi per negligentiam, & poteſt ſummi à ſacerdote ſi vellit, poſt ablutionem pars illa linthei abſcindatur & comburatur & cinis in altari cõdatur, ſed nõ de neceſsitate. Si laicus per ebrietatem vel voracitatem euchariſtiam vomat 40. diebus pœniteat, clerici vero vel religioſi. 70. Epiſcopus. 90. ſed ſi cauſa infirmitatis. 7. diebus pœniteat. de conſe. diſtin 2. ſi quis, & vomitus debet cremari & cinis iuxta altare condi. ſemper tamen obſeruandum eſt, vt quando ſpecies ſacramentales inueniuntur integre reuerẽter ſummatur, quia ſaluis ſpeciebus remanet ibi corpus Chriſti. Si muſca, aranea vel venenum cadat in calicẽ ante conſecrationem abluto calice aliud vinum apponantur, ſi poſt capiatur animal caute & lotum comburatur & lotio cum cineribus in ſacrario condatur, ſed ſi ſit venenum, non debet ſummi nec alteri dari, ne calix vitæ vertatur in mortem, ſed diligenter in vaſe ſeruetur, & ne ſacramentum maneat imperfectum aliud vinum apponatur & reſumat conſecrationem & perficiat ſacramẽtum, nec debet ſummi aliquid abominabile occaſio-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ne huius ſacramenti.argu.de conſecra.diſtinctio-
ne ſecunda. Si per negligentiam quando corpus
Chriſti apparet in alia ſpecie cum vſus huius ſacra
menti ſit per manducationem, non debet ſummi
ab eo cui ſic apparet cum non habeat rationem
cibi, quod ſi omnibus apparet debet cum reli-
quijs poni. Si calicis iunctura ſit tornatilis, & ci-
phus ſeparetur à pede ſecundum Siluеſ. poſt Pa-
lud.non licet in eo celebrare niſi denuo conſecre-
tur,quia in tali ſeparatione execratur cum amittat
formam, ſed ſecundum autorem libri qui dicitur
rationale non execratur,& idem tenent multi ca-
noniſtæ,ſtandum in hoc videtur conſuetudini pa
triæ.Debent in altari eſſe duæ pallæ & corporale,
& omnia de lino ſimplici.diſtin. 25 ca. perlectis,
ſummitur hic linum vt diſtinguitur contra pan-
nũ ex lana vel ſerico, vnde ſi corporale ſit ex lino
quod dicitur olanda vel ex ſimili in colore & ta-
ctu ſufficit,ex eo quod dicitur algodõ vel ex ſimi-
li probabile eſt q̃ non poſsit fieri,dicit Ange.ſuf-
ficere vnam pallam. Silueſt.tenet quòd in repre-
ſentationem trinitatis requiruntur duæ & corpo-
rale, niſi vna eſſet tam lata quòd plicari poſſet.
Debet ſacerdos habere veſtes ſacras quæ ſunt ſex,
ſcilicet amictus, alba, cingulum. manipulus, ſto-
la,& plãcta , & ſub præcepto debent omnia eſſe
munda & ſecundum direct. calciamenta,ſed hoc
eſt de bene eſſe,cingulum debet eſſe ita longum

vt ho-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

vt homo cingi posſit quicunque ſaltem puer, alias amittit formam & eget de nouo benedici, ſecundum Silueſt. mos eſt apud multos q̃ cingulũ non ſit benedictum.

VTrum liceat fugere tempore peſtis? pro reſpon. Sciendum q̃ duplex eſt cauſa peſtis, vna naturalis, ſcilicet corruptio aeris vel humorũ, vnde vbi iacent inſepulta cadauera, & poſt famem terrę generalẽ, quando corruptis & nõ ſanis eſcis homines veſcuntur peſtis communiter accidit, alia cauſa eſt ſupernaturalis. Sæpe enim diuina iuſtitia ad vindictam peccatorum peſtẽ immittit, ſic fecit poſt peccatũ Dauid de ſuperba numeratione populi. 2. reg. 24. ex qua vt ibi dicitur mortua ſunt ſeptuaginta millia virorum. Sed primo paralipo. 21. dicitur cecidiſſe fere trecẽta millia, quod ſic concordant, nam in lib. reg. ponitur ſolum numerus nobilium qui mortui ſunt, ſed in paralipo. numerus vulgi. ſuper quo Grego. Dauid numerando populum peccauit & populus punitus eſt ita enim iuncta ſunt merita rectorũ & plebis, vt ſępe ex vira paſtorum deterior fiat vita ſubditorum. Numerando populum offendit, in amiſſione populi punitus eſt, quia per quæ quis peccat per hæc punitur, ſapint. 9. hinc eſt quòd Exod. 5. Moyſes & Aaron Pharaoni dicunt Deus hębreorum vocauit nos vt eamus viam trium dierum in ſolitudinem & ſacrificemus domino, nec accidat

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

nobis pestis aut gladius, & Leui. 26. si sprueritis leges meas, immitam pestilentiam in medio vestri. Idem habetur nume. 14. & Ezechiel. 28. hoc supposito dicitur ad dubium. Quacunq; ex causa naturali siue supernaturali pestis accidat non habenti curam populi licitum est fugere, si vero habet curam populi in tẽporalibus vt rector populi vel in spiritualibus vt Episcopus & curati: si habẽt æque bonum vel meliorem quàm ipse est quem præficiant in Vicarium, licite fugiunt alias non. Sed vocantur à domino Ioan. 11. mercenarij qui vident lupum venientem & fugiunt, nam ex officio obligati sunt prouidere populo etiam cũ periculo proprię personæ. Qui non habet curam populi nec est persona talis quæ remanendo possit prodesse proximis consulendo, audiendo cõfessiones, prędicando, seruiendo infirmis subueniẽdo corporaliter & in similibus, peccat remanendo si habet quo vadat, nisi dimittat ex eo q̃ probabiliter timet quòd ex fuga incurret graue damnũ rerum famę vel animæ, sicut communiter accidit habentibus filias nubiles vel vxores iuuenes non multum graues. Similiter qui timet quòd erit indeuotus & distractus & omittet suas deuotiones, vel quòd saltẽ peccabit venialiter quæ omnia cauebit non fugiendo sicut sæpe contigit religiosis licite non fugit, alias peccat tentans Deum, cum possit via humana periculum ceptum imminens,

ex quo

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ex quo videt multos infici euadere fugiendo, quia quamuis pestis veniat sæpius ex peccato personę, inficit tamen locum, nec valet consequentia, iste perijt peste, ergo propter peccatum eius venit pestis vel percussus est, immo ex misericordia Dei quæ peccatores expectat ad pœnitentiam, hij propter quos immittitur pestis non inficiuntur pluries, vt patet de Dauid vbi supra qua de re cõsulit dominus per prophetas fugere. Hiere. 51. Fugite de medio Babylonis vt saluet vnusquisq; animã suam. Iob. 19. fugite à facie gladij quoniam vltor iniquitatum gladius est. & Ezechi. 7. dicitur. Pestilentia deuorabuntur & saluabũtur qui fugerint ex eis, & Gene. 19. Lot. dixit generis suis, egredimini de loco isto, quia delebit dominus ciuitatẽ hanc, & ibidem Angelus dixit Lot. Surge ne & tu pereas in scelera ciuitatis. distin. 88. dicitur, clericum negociatorem velut pestem fuge, religiosi tamen nisi obedientia eos fugere cogat, manere debent, & quia proficient infectis & quia ex euagatione plurimum in conscientiam damnificantur, & quia ex quo semper debent esse parati ad transitum, ex fuga eorum sequitur scandalum, vnde facta persecutione in Iudęa post mortem beati Stephani: omnes Christiani dispersi sunt, pręter Apostolos qui erant fortiores, stultum tamen est fugere pestem & secum deferre peccatum quod est causa pestis, qui sæuiente peste non disponit

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

domui ſuæ facto teſtamento & emundata conſciẽtia: ita q̃ ſit paratus ad exitum grauiter peccat, & idem qui ponit ſe ad dormiendum cum propoſito perſeuerandi in mortali.

VTrum gratia conceſſa ſine præfinitione temporis ſit perpetua & intelligatur tam de præteritis quàm de futuris. Dicendum quòd cum fauores ſint extendendi ſicut odia ſunt reſtringenda, vt dicit regula iuris & priuilegium principis, maxime quod in nullius eſt præiudicium, late ſit interpretandum, quando conceditur alicui vt poſsit abſolui ab omni ſententia excommunicationis in quam incurrerit, ſicut communiter dicitur in bullis, intelligitur non ſolum de his quæ vſq; ad datam bullæ habet, ſed etiam de alijs quæ poſt incurrit, dum modo duo concurrant, primo quòd per hoc non accipiat licentiam peccandi, quia peccanti ſub ſpecie quòd per bullã abſoluetur in nullo ſuffragatur quo ad hoc bulla, quia priuilegium meretur amittere qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate. Secundo requiritur quòd talis gratia ſit abſolute conceſſa ſine limitatione ad prẽterita.

De reſidentia Epiſcoporum.

Vtrum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

VTrum ſub pœna peccati mortalis teneatur Epiſcopus perſonaliter reſidere in ſua Eccleſia. Dicendum ꝙ ſic ex præcepto iuris diuini, quia tenetur ad curam animarum mediantibus his actibus perſonalibus, ſcilicet doctrina, miniſtratione ſacramẽtorum, conſecrationibus, viſitatione, cuſtodia ac diligentia. De primo patet ex illo Apoſtoli, oportet Epiſcopum eſſe doctorem, vbi non dicit oportet Epiſcopũ habere doctorem ſed eſſe & in eius ordinatione dicitur, vade prædica populo Dei, & non dicitur mitte ad prædicandum, quòd autem ad cuſtodiam & viſitationẽ omnium teneatur perſonaliter patet, nam non quilibet ouium dominus vocatur paſtor ſed tantum ille qui paſcit, alioquim principes habentes multos ouium greges quos per alios paſcuntur paſtores ouium eſſent, quod eſt falſum. Epiſcopus autẽ eſt vere paſtor iuxta verbum domini ad Petrum, paſce oues meas, vnde ſi non vigilat perſonaliter ſuper gregem ſuum, nec cuſtodit nec viſitat vt cuiq; tribuatur quod conuenit, non paſtor dici debet ſed dominus ouium, habens paſtorem ouium mercenarium illum cui committit quòd vigilet, cuſtodiat & viſitet, nec dictum eſt Petro fac paſcere, ſed paſce oues meas, & Ezechiel. 24. contra hæc omittentes perſonaliter dure minatur dominus, nec obſtat ſi dicatur quòd Epiſcopi

exercent

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

exercent hæc per Episcopos pauperes & titulares: nam abusio detestabilis est quòd pauper Episcopus relicta sua Ecclesia alteri seruiat, & ex hoc datur occasio quòd in grande salutis dispẽdium clerici et religiosi insolentes procurent in Episcopos titulari, vt abiecto obedientiæ iugo liberius peccent & seruiant carni, vnde dixit quidam, ꝙ honestus modus apostatandi erat per hoc quòd intitulãtur in Episcopos, sine dubio magna causa & forsam totalis perditionis Ecclesiæ & cultus diuini est ex hoc, quòd Episcopi & beneficiati non residεnt in suis Ecclesijs verbo & exemplo populum pascentes, nam si residerent redditus Ecclesiæ necessario in maritandis puellis, subueniendo pauperibus, augendo cul um diuinum & in similibus & non in vanitatibus expenderent. Sed quia prꝫceptum de residẽtia est affirmatiuum nõ obligat ad semper sed pro loco & tẽpore, scilicet quãdo opus est actum Episcopalem in exercitio ponere, maxime actum pascendi gregẽ Christi, huic enim actui ita oportet pastorem assiduum esse, vt quasi continue pascere teneatur oues, scriptum est enim qui præest in sollicitudine, & rursus sollicitudo mea omnium Ecclesiarum, quis infirmatur & ego non infirmor, vnde quia oportet Episcopũ continue exercere istum actum vel prꝫparari ad illum per se loquendo tenendo tenetur ad continuam residentiam in suo Episcopatu, ita ꝙ sicut

hoc prꝫ-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

hoc præceptum affirmatiuum ex naturâ rei præceptæ habet locum determinatum, ſcilicet, propriam diœceſim: ita habet determinatum tẽpus, ſcilicet aſsidue, niſi excuſet vel neceſsitas vel qualitas negocij vel conditio perſonæ, neceſsitas vt ſi ratione morbi oportet mutare regionẽ, vel ſi propter perſecutionem infidelium vel tyrannorum oporteret fugere, ſi tamẽ Epiſcopi perſonalis perſiſtentia expediret Eccleſiæ, tenetur perſiſtere & non fugere, etiam ſi corporalis eius vita auferẽda credatur, in caſu etiam imminentis periculi Eccleſiæ ſuæ cui ſua obuiaret preſentia, teneretur ſuſtinere ægritudinem, quoniam bonus paſtor ait dominus animam ſuam ponit pro ouibus ſuis, itaq; ex bono Eccleſiæ ſumenda eſt ratio perſiſtentiæ vel abſentię Epiſcopi, negocium etiam occurrens ad cõmodum ſuæ vel vtilis Eccleſiæ ſpectans excuſat, quando ſine Epiſcopo alias non poteſt peragi, vt ire ad cõcilium generale & huiuſmodi, ſed nota quòd ſecundum Caieta. ſuper ſecunda ſecundæ. q. 185. arti. 5. ſecretarius ſedis Apoſtolicę vel auditor rotæ & huiuſmodi nõ excuſatur ex hoc quo ad Deum à reſidẽtia, hinc eſt quòd non licet Epiſcopo votum facere quo ab Eccleſia ſua ſe debeat abſentari vt patet in ca. magnæ. de vot. conſiderans diuus Bern. quanta mala eueniãt Eccleſiæ ex abſentia Epiſcoporũ dure inuehitur in eos & generaliter in clericos & religioſos ſecũlariter viuẽtes di-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

tes dicẽs, miror de clericis qui aliud esse volunt & aliud videri, habitu sunt milites, quęstu rustici, sed actibus neutrum exhibẽt, quia nec vt milites pugnant, nec vt rustici laborant, nec vt clerici euangelizant, & dum vtrunq; appetunt vtrunq; confundunt, ministri Christi sunt & seruiunt antichristo, honorari incedunt de bonis dñi, cui honorem non deferũt, in eis viget meretricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus, plus nitẽt eorum calcaria quàm Ecclesiarũ suarum altaria.

De interdicto.

INterdictum canonicum est separatio facta à iure vel à iudice à diuinis officijs & Ecclesiastica sepultura & à certis sacramẽtis. Est autẽ triplex modus interdicti, scilicet, locale tantum quo interdicitur locus. l. habitatio tantum & non persona loci, & personale tãtum quo interdicitur persona tantum & nõ locus, aliud est locale & personale simul, vnde aliud est interdicere locum aliud homines loci homines & locum, quia si locus tantum est interdictus, homines loci qui non dederunt causam interdicto alibi possunt audire diuina & recipere sacramenta. Si vero homines aut locus & homines sunt interdicti tenentur alibi seruare interdictum. Interdictum locale, secundum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

cundum Angelum triplex est, scilicet generale, vt cum interdicitur regnum, speciale vt cum interdicitur ciuitas, singulare cũ interdicitur certa Ecclesia, sed communiter dicitur quòd solum est duplex interdictum, scilicet, generale & speciale, & in iure quod ipse dicit speciale dicitur generale, vt patet de verb. sign. cum in partibus. Interdictum speciale est quo interdicitur vna certa Ecclesia vel plures certę Ecclesiæ & non omnes alicuius loci. Dicit tamen Archie. post Cald. quòd quando interdicitur omnis Ecclesia alicuius loci est interdictum speciale & non generale, quia & si non illis Ecclesijs tamen in alijs locis illius ciuitatis extra Ecclesias possent diuina celebrari & audiri ab omnibus illius loci.

NOtandũ q̃ omnes quibus cõstat interdictũ esse latum tenentur ad illius obseruationẽ, & si sint religiosi siue exempti, siue nõ sunt excommunicati si non seruant interdictum quod matricem Ecclesiam hoc est principaliorem vel baptismalem loci vbi habitant sciuerint obseruare. Clemen. ex frequentibus de sent. excommu. Per extrauagan. tamen ad euitanda scandala, nullus tenetur seruare interdictum, nisi feratur contra personam vel locum specialiter & expresse. Secundum antiqua iura in loco supposito interdicto Ecclesiastico nulla permittebantur diuina officia celebrari vel audiri nisi semel in hebdomada:

celebra-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

celebrari causa conficiendi corpus Christi. de sen. exco. permittimus. de pœnit. & re. quod in te, sed per noua iura. ca. alma. de sen. exco. lib. 6. istud est moderatum, vnde licet tunc diuina celebrare seruatis his, scilicet submissa voce, ianuis clausis, nõ pulsatis campanis, excommunicatis & interdictis excluſis, & non veniẽtes ad diuina ita perdunt distributiones ac si non esset interdictum. Olim etiã pœnitentiæ sacramentum sanis non dabatur tempore interdicti: vt patet in. ca. non est de spon. sed nunc licet illud quibuscũq; ministrare modo nõ sint excommunicati nec causam dederint interdicto. Dicere autem quòd Papa nulli possit negare pœnitentiam in sanitate vt opinatus est Godofre, est erroneum, quia contra ca. quod in te. de pœn. remi. Archidi. in. d. ca. alma tenet, quòd clerici aliarum Ecclesiarum vel religiosi aliorum monasteriorum non debent admitti, sed à solis clericis vel religiosis eiusdem Ecclesiæ in qualibet Ecclesia est celebrandum cum dicta moderatione, sed Cald. & cõmunis opinio est in contra, & sic est tenendum, per regu. iur. odia restringi. li. 6.

NOtandum q̃ vt habetur in ca. licet de priuileg. quando alicui singulari personæ conceditur vt tempore interdicti possit audire diuina cum dicta moderatione eius familiares & domestici qui non dederunt causam interdicto admitti debẽt ad audiendum illa vel celebrandũ.

Ex quo

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Ex quo ſequitur quòd clericus volẽs dicere horas vel celebrare tempore interdicti non tenetur euitare familiares nec domeſticos ſuos, ſed corã ipſis poterit recitare & ab ipſis in celebrando adiuuari. familiares tamen alicuius collegij non ſic debent admitti niſi ſuper hoc ſint priuilegiati vt ibi patet ſi tamẽ omnes de collegio eſſent infirmi vel alias eſſent valde impediti vel abſentes prẽter vnum talis poſſit celebrare cum familiari ſecũdum hoſti. Ioann.and.& calde.in.ca.non nullis de priuileg. ratione cogentis neceſsitatis & ne priuilegium ſit inutile. Sciendum q̃ in.d.c.alma, conceditur q̃ in natali domini, reſurrectione, pentecoſte, & inaſſumptione beatæ virginis campanę pulſentur a pertis ianuis & alta voce in locis interdictis generaliter diuina celebrentur excluſis excommunicatis, & per bullam martini.5.& eugenij 4. additur etiam feſtum corporis Chriſti cum eius octaua, in quibus diebus licet dicere aliã miſſam quàm defeſto, & dicta ſuſpenſio interdicti intelligitur de prima die tãtum quæ incipit in feſto natalis & reſurrectionis ſecundum Palu. à miſſa vigiliæ, ſed ſecundum omnes cõmuniter incipit in veſperis vigilię ſi quis tamen vellet tenere cum palu. nõ male faceret, quia officium illorum feſtorum incipit à miſſa vigiliæ dum tamen caueat ſcandalum, finitur autem ſecundum Ioann. and. in veſperis, ſed ſecundum Archi. in completorio incluſiue,

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quia in beneficijs eſt larga interpretatio facienda, & in veſperis includitur cõpletoriũ vt notant do &to. in ca. ſi quis Epiſcopus. 2. 11. q. 3. diſ. 92. ca. vlti. culibet harum opinio nũ adhærere licet. In prædi &is diebus non licet communicare niſi ſolum infirmos, ſecundum Archi. & Ioan. and. & quod dicitur de conſe. diſtĩ. 2. & ſi non frequentius, quòd fideles debent cõmunicare ín natali, paſchate, & Pentecoſte, intelligitur interdicto & alia prohibitione ceſſantibus, & ſecundum eoſdem extrema vnctio dari nõ poteſt, ſed ſecundũ federi. quẽ ſequitur Silueſ. & plures alij, cũ hoc ſit priuilegiũ principis & in fauorem animarum, late eſt interpretandum & ita licebunt prędicta in dictis feſtis & generaliter licet in his diebus altaria & virgines conſecrate, vela benedicere & ſponſas, & quęcunq; ſub nomine diuinorũ officiorum veniunt, an vero liceat ſepelire defunctos in Eccleſia. Ioan. and. tenet quòd non, ſed calder. tenet quòd licet his diebus ſepelire ſolenniter, ſi aliud non obſiſtat quia ſepultura ad diuinum officium pertinet cum debeat funus ad Eccleſiam cum diuino officio deferri. 13. quæſ. 2. quia diuina, diuinum autem officium permittitur his diebus ſolenniter celebrari, idem tenet Siluſ. e & cõmunis practica, & dato ꝙ prima opinio eſſet vera clerici officiantes ſepulturam nõ eſſent irregulares quia quo ad officium relaxatum eſt interdictum.

Sciendum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

SCiendum quòd ſecundum Docto. in ca. non eſt vobis de ſpon. & ca. ſecundũ de exceſi. præla. abſolute loquendo tempore interdicti vel in loco interdicto prohibentur ſequentia. Primo omne exerticiũ deputatum certo ordini Eccleſiaſtico tã ſacro quàm non ſacro. Secũdo celebratio diuinorum quorum appellatione venit ſolum ordinatum in breuiario vel miſſali ſecundum Docto. Tertio adminiſtratio ſacramentorum niſi vt dictum eſt & colatio otdinum niſi interdictis excluſis. Quarto ſepultura in Eccleſia vel cimiterio vel extra cum officio, non autem ſi fiat extra ſine officio. Quinto pulſatio campanarum pro diuinis & apertio Eccleſiæ tempore celebrationis diuinorum.

SCiendum quòd ſi clericus exerceat aliquid deputatum certo ordini non vt clericus ſed vt laicus puta dicit pſalmos vel cantat vel aliquid ſimile facit tempore interdicti, non incidit in irregularitatẽ, & idem ſi benedicit menſam vel dicit Epiſtolã ſine manipulo, quæ ex conſuetudine dicitur ſic per quencunque, & idem ſi abſoluit excõmunicatum dum tamen non abſoluat cũ illa ſolẽnitate de qua in ca. à nobis. & 2. de ſen. ex. Similiter qui intereſt diuinis ex deuotione quãdo celebrãtur tẽpore interdicti nõ auctorizãdo & ſine cõtemptu nec officiando principaliter quaſi ſoluendo horas ſuas non incurrit irregularitatem

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſecundum Siluеſ.ſecus ſi intereſſet auctorizando vt ſi prælatus faciat diuina celebrari vel officiãdo horas principaliter ſicut hebdomadarius qui incipit & finit vel ſi per hoc intendit ſoluere horas ad quas tenetur, ſimiliter cum id quod dicũt fratres conuerſi pro horis non ſit officiũ diuinũ proprie ſi dicant illud coram interdictis tẽpore interdicti nihil incurrunt. Item tenendo quòd pſalmiſtatus ſeu prima tonſura eſt ordo vt tenent canoniſtæ in ca.cleros.diſtin.21.talis cantando in choro & lectiones ac reſpõſoria legendo quòd tali ordini eſt annexum tempore interdicti efficitur irregularis, ſed in hoc theologis eſt ſtãdum, qui dicunt quòd non eſt ordo,ſed diſpoſitio ad ordines,nec legere & cantare eſt ei proprium. Aduerte quòd dicẽtes officium per viam vel extra Eccleſiam tempore interdicti ſtudioſe vt audiãt ſeculares, violant interdictum quia hoc eſt officiare populum.ca.fin.de priuileg.li.6.ſi autem dicant ſubmiſſe & ſine hac intentione nihil incurrunt,quamuis tranſeuntes à caſu audiant quia per hoc non fit contra rationẽ legis ſi tamen duo vel plures dicant horas tempore interdicti per viam qua aliqui tranſeunt ſecundum calde, non euaderent,ex quo ab alijs audiri poſſunt Quæ ſequuntur tempore interdicti licẽt. Primo baptiſma paruulorum & adultorum etiã in Eccleſia ſpecialiter interdicta de ſen.ex.quoniã li.6.cum catechiſmo & toto ſuo officio, quia per

miſſa

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

missa permittuntur secundū quòd iura disponūt facienda & secundum quòd obseruat communis vsus. secundo licet ministrare sacramentum confirmationis de sen.ex.responso. Tertio sacramẽtū pœnitentiæ non solum decedentibus sed etiam sanis dum modo non sint excommunicati ratione delicti propter quod est latum interdictū, quia talis non potest absolui nisi in articulo mortis antequàm ad arbitrium iudicis satisfaciat vel de satisfaciendo idoneam præstiterit cautionem si potest. Qui autem hoc nō possunt nisi iurauerint q̄ ad satisfactionem faciendam iuxta posse fideliter laborabunt, & idem de dantibus auxilium vel fauorem vt interdictū poneretur. d.c.alma. Quarto eucharistia defferri & dari potest infirmis. de sen.excommuni.permittimus etiam campanulla pulsata, & cum lumine & alijs consuetis. Quia cum aliquid permittitur secundum quòd ius disponit permittitur. dinstin .4. capi.erit. & distin. 12.illa, similiter sanis damnatis ad mortem secundum calde. dari potest, quia censentur in articulo mortis. de clericis autem de prima tonsura trepidat idem calder. an possint communicare tempore interdicti, quia in edictis permissorijs certorū casuum cuiusmodi est percipere eucharistiam vt viaticum, quod expresse non est concessum subiacet regulæ prohibitiuę. 2. quæ 4. consuluisti, & in cleme. exiui. de verbo. signifi §. porro. sed Siluest.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

cum multis alijs tenet oppoſitū, quia quo ad hoc clerici nō ſunt interdicti, ſicut nec quo ad celebra tionem & audientiam diuinorum in ſecreto: alias ſequeretur q̄ aliquis nulla facta variatione in ordi ne ad interdictum, poſſet hodie percipere eucha riſtiam, qui heri non poterat, vt ſi diaconus fiat ſa cerdos & cælebret, quod eſt irrationabile, quia nō mota cauſa nō mutatur effectus. Secularibus vero quibus permittitur audire diuina non licet dari, quia in ca. ſi ſententia de ſenten. excōmu. ponitur vt diuerſa auditio diuinorum & perceptio ſacra-mētorum, & in hoc tenet quod ſupra dictū eſt de edictis permiſſorijs. De prægnantibus autem quā uis aliqui dubitēt, cōmunius tamen tenetur quod ſi penſata conditione mulieris timetur probabili-ter de periculo mortis, licitum eſt illam cōmuni-care. Eidem de obſeſſis & mare intrantibus, & de quocunque probabiliter morituro, vel dubio de morte. Matrimonium autem contrahere licet tē-pore interdicti & perſonis interdictis, ſed non be nedictio nuptialis. Clericis non interdictis qui in terdictū ſeruarunt conceditur Eccleſiaſtica ſepul-tura ſine ſolennitate cum ſilentio. de ſen ex. quod inte ſed quia iam modo conceditur miſſa & hora rum ſolutio ſecundum moderationem capituli al ma, licebit illū ſepelire cum officio funerali per regulam, cui licet de regu. iur. li. 6. in diebus autē in quibus licet publice celebrare, ſepelire licet ſo

lenniter

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

lenniter tam clericos quàm laicos. In Eccleſia autẽ ſingulariter interdicta non licet clericos ſepelire ſecundum Ioann. Andre. ſed hoſtien. tenet contrarium. Panor. vero in ca. quod in te, tenet clericos illius Eccleſiæ poſſe ibi ſepeliri non autẽ alij qui habent in illo loco Eccleſias non interdictas. Si aũt nõ habẽt vel ſunt impeditę, ſepeliri poſſũt.

SCiendum quòd clerici & religioſi violantes interdictum incurrunt has pœnas ſcilicet irregularitatem, inelligibilitatem, & impoſtulabilitatem, vnde clericus interdictus generaliter vel ſpecialiter nullibi poteſt exercere actum pertinentem ad aliquem ordinem aut celebrationem diuinorum, & idem ſi nõ eſt interdictus ſed exerceat in loco interdicto ſine moderatione. ca. alma. & vt clericus talis eſt irregularis & ineligibilis actiue & paſſiue & impoſtulabilis. de ſentẽ. excõ. is qui. li. 6. & de poſtula. capitulo primo. Qui autẽ in Eccleſia polluta ſanguine vel ſemine celebrat ſcienter, grauiter peccat, ſed non eſt irregularis vt habetur. d. c. is qui, & à fortiori nec ſoluens horas ne aliud diuinorum. Qui autem admittit ad diuina vel ad ſepulturam ſcienter interdictos, non eſt irregularis ſed eſt ei interdictus ingreſſus Eccleſiæ donec ſatisfaciat ad arbitrium illius cuius ſententiam contempſit. de priuileg. capitu. Epiſcoporum libro ſexto & ſi in ea ſe ingerit in officio ſuo efficitur irregularis de ſen. ex. is cui. li. 6. Item

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

clericus violans interdictum est suspensus ab offi cio & benefficio ac iurisdictione de excess.prælat. tãta. Religiosus vero nõ seruans interdictũ quod scit Ecclesiam matricem seruare est excommunicatus Clementi.ex frequentibus de sen.ex.Si autẽ religiosus talis nõ sit ordinatus vel sit monialis est ineligibilis actiue & passiue, & debet puniri aliter.Et quia in concilio constancien. decretum est quòd interdictos generaliter non tenemur euitare,nota quòd is dicitur interdictus nominatĩ qui proprio nomine vel aliqua certa circumlocutione per sententiam designatur,& ille dicitur quasi nominatim interdictus de quo cõstat quod est interdictus puta,si sit ciuis loci quẽ cõstat esse interdictum.insti.de exhęreda.ibi.§.nominatim.Item clericus cui est interdictus gressus Ecclesiæ ingerens se diuinis in Ecclesia in officio suo fit irregularis de sen.ex. is cui,non autem si extra ecclesiam se ingerit, etiam si siat in oratorio priuato, sed si oratorium sit auctoritate Episcopi fundatum irregularis erit. Laicus autem violans interdictũ nihil incurrit, sed puniendus est pœna arbitraria, & si fiat ex contẽptu mortali peccat cum faciat contra obedientiam Ecclesiæ.

QVæritur quis possit dispensare cum suspẽso & irregulari. Pro respon.nota q̃ suspẽsio est Ecclesiastica censura qua interdicitur à iure vel ab homine officium vel exercitium competens

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

cõpetẽs perſonę Eccleſiaſticę q̃ eſt duplex ſcilicet maior & minor, minor priuat ſolũ à participatio ne ſacramentorum quæ incurritur ſolum ex duobus primo propter quodcunque peccatum mortale in quo exiſtens antequàm pœniteat ſuſpenſus eſt ab omni actu ordinis exequendo. Secundo propter partipationem cum excommunicato in qua incurritur minor excommunicatio, & hanc tollit abſoluens à tali minori excommunicatione, prima vero per ſolam contritionem tollitur, ſuſpẽſio maior priuat à partipatione & à collatione ſacramentorum & ab exercitio actiuo ordinum, quæ incurritur in pluribus caſibus præcipue in .4. ſed quia in practica communius contingit ſuſpenſio ſimoniacorum de hac in præſentia agetur. Sciendum ergo quòd omnis ſimoniacus eſt infamis & ſi in iudicio conſtiterit eſt deponendus. 15. quæ. 3. ſane de accuſa. ca. inquiſitionis. Secunda pœna ſimoniaci in ordine vel in beneficio eſt ſuſpẽſio ab executione ordinum & beneficiorum adminiſtratione. Tertia eſt excommunicatio papalis, de his habetur in extrauagan. Martini. 5. in concilio Conſtancienſi. quæ incipit ſacro, ſic ſuſpenſus ſecundũ Silueſ. & Docto. in. ca. tãta. & in ca. per tuas de ſimo. ſi renũtiat beneficio taliter habito poteſt vti ordine ſuo & alijs beneficijs licite acquiſitis poſt pœnitẽtiã ſi factum eſt occultũ, beneficio vero in quo ſimonia eſt commiſſa retento non poteſt. de

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

accuſ.inquiſitionis. Si vero eſt manifeſtum quàm uis beneficio renunciet indiget diſpenſatiõe ſicut & quilibet alius criminoſus.ca.fin.de temp.ordi. poteſt autem diſpẽſare Epiſcopus dum modo nõ ille cum quo ſimonia eſt comiſſa. Cum ſimoniaco vero in ordine ſi ignoranter eſt factum Epiſcopus diſpenſat, etiam ſi poſtquàm ſciuit miniſtrauit in ordine ſuſcepto vel ad alios aſcendit: ſed ſi ſcienter ſit actum ſolus Papa diſpenſat prima queſtione.5.præſentium, ſed ſecundum Ioann. And. in ca.de ſimoniace, cum ſimoniaco ſcienter ſolus Papa diſpẽſat, ſecundum vero hoſtien. Epiſcopus poteſt diſpenſare in alio ſimplici beneficio: ſed ſecundum Panor.in ca. de ſimoniace poteſt, etiam in curato, in alia Eccleſia etiam cum executione ordinum ſed quia ſuper his variè loquuntur Doctores, & certius eſt quòd in ſuſpenſione: & excõmunicatione propter ſimoniã in ordine vel in beneficio ſolus Papa diſpenſat. Nota quòd ſi quis renũciet beneficium ſimoniace acceptum vel ſi det Eccleſiæ in cuius iniuriam ſimoniace reſignauit beneficium vel pauperibus pecuniam ſic acceptã quando commode poterit, ſi non poteſt ſine graui iactura ad arbitrium voni viri penſanda, adire Papam pro diſpenſatione poſt veram pœnitentiã Epiſcopus poterit cum eo diſpẽſare ſaltem in executione ordinum, maxime ſi factum nõ eſt apud omnes notorium, quia hæc eſt intentio Eccleſiæ

& papæ

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

& Papæ qui nõ debent quærere quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi cui data est potestas super Ecclesiam nõ ad imbursandas peccunias sed pro bono fidelium, & idem si despensetur cũ eo à Papa vel à quocunque & non possit soluere quotã pecuniç petitã vel assignatã notarijs. Irregularitas tollitur. Primo per baptismum etiam si sit propter homicidium nisi sit propter defectum natalium vel bigamiam. dis. 26. ca. acutius. Secundo tollitur per religionis ingressum irregularitas quæ non prouenit ex proprio delicto, vnde illigitimus factus religiosus promoueri potest ad ordines sine dispẽsatione, sed nõ ad prælationẽ vel dignitatẽ. ca. fi. de fil. presby. Tertio per dispensationẽ Papæ qui omnem irregularitatem tollere potest, cũ omnis sit de iure positiuo. 2. quæstio. 7. item Daniel. licet autem conueniens & solitum sit vt super irregularitate vel suspensione verbis dispensetur sub hac forma. dispenso tecum super irregularitatem quã contraxisti propter talem causam, vel si contraxisti quando dubitatur, tamen Episcopus ordinando eum cum quo potest dispensare ipso facto dispensat, si hoc intendit licet non vtatur verbis, & idem de prælato mittendo subditum vt ordinetur. secundum Siluestre, & Doctores.

VTrum Euangeliũ Christi sit vbiq: prædicatũ, secundũ Augustinũ illud Psalm. decimo octauo, in omnem terram, exiuit sonus

eorum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

eorum,& in fines orbis terrę verba eoruꝝ, nondum tempore ſuo erat completũ, ſed Dauid propter certitudnẽ prophetiæ & diuinæ ordinationis vſus eſt præterito profuturu & ſimiliter beatus Paulus ad Roma.10. non quia ideſſet completum, ſed quia præuidebat complendum,& dicit quòd tempore ſuo adhuc fuerunt in quibuſdam africæ partibs gentes quibus lex Chriſti non fuerat prædicata, ſed Cryſoſto, quem ſequuntur cõmuniter in hoc doctores tenet hoc completũ etiã tempore apoſtolorũ ſuper illud Matthęi.24.prædicabitur hoc euãgelium in vniuerſo orbe, & tũc veniet conſumatio, ſed ſecundũ beatum Thomã vtrunque eſt verum, quamuis opinio Cryſoſto. magis cõſonet intentioni apoſtoli, tempore enim apoſtolorum ad omnes gentes vſque ad finem mundi venit fama apoſtolornm vel per prædicationem ipſorum vel per ſuos diſcipulos, Matthę. enim prædicauit in Ethiopia, Thomas in India, Paulus & Petrus cũ alijs in meridie & occidẽte, iuxta præceptum domini, euntes in mundũ vniuerſum prædicate Euangelium, vnde ſecundum Iacobũ de Valentia in natiuitate domini in orbe nobis ignota inacesſibili vltra meoticas paludes omnia illorum idola clamarunt,regis pacis & dominum totius mundi fuiſſe natum in medio mũdi, & congregati omnes venerunt ad partes noſtras & famam Chriſti audierunt, & plures poſt

tempora

tempora baptizati sunt, non tamen sic fuit impletum tempore apostolorum quòd in omnibus gentibus Ecclesia ędificaretur, quòd tamen implẽdum est ante finem mundi vt dicit Augustinus ad hæsitium, in diebus tamen nostris quicquid sit de tempore apostolorũ in toto pene orbe, iã Ecclesia est ędificata, quia & apud Indos qui habitant sub torrida Zona, & in terra firma quæ noua hispania dicitur. & in Calicut quæ est sub Polo Antartico multis gradibus quam habitant Lusitani sunt in multa obseruantia domus religiosorum & clericorum prædicantium eis cum multo fructu, vbicũque autem sint homines si in particulari ad eos no venit vox Euãgelij, si faciant quod in se est Deus prouidebit eis de prædicatore fidei sicut misit Petrum Cornelio actuum decimo, & Paulum Macedonibus actuum decimo sexto, vide sanctũ Thomam Roma. 10.

D.

VTrum sit licitum nauticum fęnus, pro respõsione nota, quòd cum vsura sit indubia quãdo concurrit mutuum quod non est nisi in rebus quæ vsu suo distrahuntur vt pecunia, vel quæ omnino consumuntur vt panis, & lucrũ principaliter intentum ex mutuuo, & pactum de lucro soluendo, nauticum fænus vbi ista concurrunt sine dubiò illicitum est, fit autem hoc modo Petro eunti ad Indos dat Ioannes centum aureos, hoc pacto quòd si nauis casu pereat vel merces in via nihil

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

via nihil det, si autem ad portum applicet, det centum & quinquaginta aureos, siue lucretur cum mercibus siue non, vbi patet quòd sit certus de lucro & de hoc est pactum, liceret autem hoc modo si Petrus vadens ad indos quia est certus probabiliter quòd lucrabitur, & quia non vult in ratiocinijs occupari, vel quia de suo vult donare & ad placitum disponere sponte & ex se dicat Ioãni da mihi centum aureos & ego volo tibi donare alios quinquaginta talentos. &c. & quamuis de se nauticum fœnus sit illicitum, tot tamẽ possent in casu particulari circunstantiæ concurrere, quòd omnino iustificaretur, sed quia speciem mali habet dissuadendum semper est.

VTrum assecurare merces sit licitum, dicendum quòd cum talis assecuratio non sit vsura vt de se patet, nec alia species iniustitiæ, quia per illam non fit lęsio proximo sed cõmodum sibi & reipublicæ, licite fit, dum tamen in modo assecurandi nulla interueniat fraus, nec pactum cum dæmonibus nec aliqua superstitio. Si quis autem indiscrete assecuraret exponẽdo res suas probabili amissionis periculo, tanquàm imprudens & prodigus peccabit, & acceptãs talem assecurationem similiter quippe qui malo proximo consentit & cooperatur.

VTrum sit licitum ad negociandum contrahere societatem, pro dilucidatione dubij nota quòd

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quòd ſocietas eſt aliquorum hominum contracta conuentio ob commodiorem vſum & vberiorẽ quæſtum, fit autem licite quando neutra pars grauatur ſed dãnum & commodũ inter ſocios æque diuitur, ſiue vnus ponat pecuniã tãtum alter perſonam tãtum, ſiue alter opera tantum ponat alter vero vtrunque, ſiue vterque vtrunque ponat, qui vero deponit pecuniam apud mercatorẽ per modum ſocietatis ſeu depoſiti, hoc pacto quòd capitale ſuum in omnem euentum ſit ſaluum, vſurarius eſſet, ex dictis aũt omnes cõtingentes quæſtiones circa omnẽ ſocietatem tã in pecunijs & mercibus, quàm in pecudibus decidi pñt, quia nunquàm ſocietas redditur illicita niſi vel quia ſapit vſuram quando fit pactũ quòd ſuper ſaluum ſit capitale, vel de lucro certo ſiue contingat lucrum ſiue non vel quia fit iniuſtitia dum vna pars nimiſ grauatur.

De cambijs.

Værituur qòd ſint genera cambiorũ licendum quòd tria. Primum dicitur reale tantum, quod etiam dicitur cambiũ adminutũ, vt cum pro auro cãpſor dat argentũ aut habenti vnius generis monetam, nat monetam alterius generis accepto precio pro ſuo labore. Secũdũ dicitur reale per litteras, ſicut cum cãpſor danti ſibi Hiſpali

certam

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

certam ſummam pecunię, dat litteras quibus certa ſumma de qua cõueniunt detur ſibi Romæ vel cum habens certam ſummã alicubi, quam vellet alibi habere, dat illam campſori qui dat ei litteras per quas dicta pecunia ſibi reditur vbi vult, & aliquid ſoluitur campſori pro ſuo labore & expenſis. Tertio dicitur ſic cum ſicut Romæ conſecutus beneficiũ habẽs camerę ſoluere apoſtolicę primos fructus beneficij accipit centum à campſore obligans ſe illa reſtituere in partibus vbi ille eſt beneficiatus de moneta ibi currente & vltra pro lucro ſex vel quinque ſecundum quòd conueniunt, & fit ſcriptura de mutuuo & de vſura tanquàm totũ ſit de capitali, et iſte modus ſecũdũ quòd comuniter eſt in vſu non habet proprie naturam cambij ſed mutui & vſurę & eſt de ſe illicitus. Primum cãbium ſecũdum Ioã. de lig. in. c. fin. de vſura nõ eſt licitum niſi attento intereſſe, quia pecunia eſt inuẽdibilis, cum ſit omniũ rerũ æſtimatio, ſed cõis opinio tenet oppoſitum quia cum ars campſoria ſit republicæ neceſſaria, talis campſor licet poteſt lucrari aliquid moderate ratione laboris operarũ expenſarum penſionum ſalariorũ, vt dãnorũ periculorum, & huiuſmodi, & naturalis ratio hoc ſuadet. Et iſtud cambium habet modum contractus licet permutationis, vnde vna moneta data pro alia diſſimili in ſubſtãtia vt aurũ pro argẽto, aut diſſimili in quãtitate puta attõſa pro cõpleta,

aut in

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

aut in qualitate vt noua moneta per veteri, poteſt etiam eſſe ibi contractus emptionis & venditionis vna pecunia tenẽte locum rei venalis alia precij, quod fieri poteſt quando valor vnius pecuniæ eſt maior vel minor quã valor legalis ratione ſuæ bonitatis vel maliciæ. Vtrum autẽ pecunia ſit vẽdibilis ſtatim dicetur, qui autem non eſt campſor nec artem iſtam exercet, ſecundum aliquos nil poteſt lucrari, ſed dici poteſt quòd ſi nullum patitur periculum nec dat monetam meliorẽ quàm accipiat non licet ei aliquid lucrari, ſi vero patitur dãnum, puta magnam iacturam temporis in numerando vel aliud ſimile quod non ſolet gratis concedi, vel ſi dat pecuniam bonam pro mala, licite aliquid lucrabitur arbitrio boni viri. Secundum cambium ſimiliter eſt licitum & habet modum emptionis & venditionis quia eadẽ moneta poteſt eſſe precium ſui ipſius quando eſt in diuerſis locis quia eadẽ pecunia plus valet Romæ quando eſt præſens, quàm quando ab ea diſtat, habet etiam modum permutationis quia accipitur Romæ tantum de iſta moneta vt alibi certa alia ſumma accipiatur, eſt etiam ibi locatio operũ pro pecunia ducẽda ad alium locum formaliter vel æquiualenter. Et ſecundum omnes iſte contractus eſt licitus & neceſſarius iure gẽtium ac naturali ratione munitum, quia cãpſor ſubijt pericula viarum & nunciorum damna penſiones operarum & ſa-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

laria factorum, vt not. in l. periculi. ff. de naut. fen. Cambium igitur adminutum & cãbium per litteras licita sunt, & licet moderate lucrari iuxta patriæ morẽ. Cambium autem siccum vsura palliata est & solo nomine cambium, sed nunquid quãdo est breuis distantia locorum erit cambium per litteras, sicut tẽpore nundinarum Hispali dantur pecuniæ, vt soluantur metinę cum certo lucro. Dicendum ꝙ absolute loquẽdo vsura est cum interueniant in tali contractu omnia requisita ad vsuram, in particulari tamẽ aliquando poterit licite fieri & peti lucrum, vel ratione damni emergẽtis, vel lucri certi cessantis, vel propter periculum & expensas vel propter aliam circunstantiam talem actum iustificantem.

VTrum liceat pecuniam vẽdere vel emere. pro respon. nota ꝙ duplex est valor monetę, vnus realis ratione materię ex qua est, alius legalis quem habet moneta ex statuto communitatis seu principis à quo data est, vnde stat monetam æquiualẽtem in valore legali vnam excedere aliam in valore reali ratione materiæ, verbi gratia, valor vnius aurei ducati excedit valorẽ ducati ex ęre legalem. Considerando igitur monetam ratione materiæ vẽdi potest & adhuc maiori precio quàm sit valor legalis, mille enim libræ in auro materialiter valent plusquàm mille in pecunia ęrea, & in vna materia aurea plusquàm in alia

etiam

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

etiam aurea vel ratione ponderis seu perfectionis, quia ex sua origine aliquod aurum est perfectius alio, aut ratione deportationis quia vna est aptior ad portandum quàm alia, aut ratione vtilioris distractionis, quia illa in pluribus locis distrahitur suo legali precio quàm ista, aut ratione periculi ex banitionis cui plus subiaceat ærea quàm argenta, aut ratione commodationis, quia vna vtilior est & ad plura valet quàm alia, sicut aurea potest poni in medicina, & aliqua aurea valet ad deaurandum non alia: similiter pecunia distans minus valens quàm præsens ratione periculi & expensarum in deferendo, moneta igitur ratione materiæ & sub respectibus vendi & emi potest & maiori seu minori precio, quàm sit legale sine vsura. Dicit etiam Silvest. quòd habens monetam valentem ex statuto legali sexagesima, puta bonum aureum posset illum vendere. 62. si sibi est cara vel sibi sic valet, sicut habens æquum valentem communi estimatione, decimo potest illum vendere duodecimo, & idem de quocunque quod est carius possessori. Aduerte tamẽ quòd quamuis moneta possit licite emi vel vendi alio precio quàm legali ratione distantiæ localis quia pecunia præsens plus valet quàm distãs, non tamẽ hoc licet vtiliter ratione distantię tẽporis & anticipatę solutionis, nisi quando vẽditor erat talem rem seruaturus in tempus aliud, vel nisi emptor sit recepturus

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

rem in tempore de quo eſt veriſimiliter dubium de rei valore & huiuſmodi.

VTrum ſit licitum vendere & emere tributa ad tempus quæ Hiſpane dicuntur, tributo al quitar, ſicut cũ quis inopia arctatus rem quam in perpetuum venderet pro.15. millibus dipondijs, vendit pro decẽ millibus alquitar, ita qꝑ quandocunq; ſibi fuerit poſsibile redimat illam datis decem millibus quæ pro illa acceperat, aliqui ſimpliciter damnant talem contractum, aſſerentes eſſe palliatã vſuram, quia cum redditur & tributum mille dipondiorum vendatur pro decẽ millibus dipondijs communiter, paruo tempore emptor habebit in redditibus tantundẽ ſicut capitale, & ſi venditor velit redimere rem venditam dato rccepto prius precio, pro mutuo accipiet emptor duplum. Sed dici poteſt quòd quamuis à talibus contractibus habẽtibus ſpeciem mali ſit abſtinẽdum, iuxta illud apoſtoli, ab omni ſpecie mali abſtinete vos, & ſemper hijs intendere ſit propoſſe diſſuadendum, ſi quis tamen nollet ab hijs abſtinere non eſſet damnandus, immo videtur cõtractus licitus, dum modo ſit vera vẽditio ſine determinatione vſq; ad tale tempus, quia ſi vẽderet vſq; ad certum tempus, locatio eſſet non vẽditio & teneretur fructus pẽrceptos computare, quia ſicut poſſum vendere rem meam ſine ſpe rehabẽdi illam, ita cum ſpe rehabendi, & ſicut res mihi per

petuo

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

petuo aſsignata plus mihi valet quàm aſsignata ad tempus, ita res vendita cum ſpe recuperandi, minus valet ementi,quàm perpetuo vendita, nec per hoc damnificatur proximus immo eius negocium ſic vendendo vtilius geritur,nec valet ratio de fructibus perceptis ex quo res ſimpliciter eſt vẽdita, quia etiam in re ſine ſpe rehabẽdi vendita ſæpe accidit quòd fructus percepti paruo temporis ſpacio adęquant totum precium ſolutum,nec propterea aliquis dicit emptorẽ ad aliquid teneri,prędicta intelligo dum modo venditor non ſit in tali neceſsitate quòd emptor teneatur ſibi ſimpliciter ſubuenire non accepta re ſua quam ſibi vendit,& detur precium iuſtum ſecundũ quòd ocurrit orta quæſtione ſuper hoc.Martinius.5.conſultus determinauit talem contractum cum conditione reuẽditionis non eſſe vſurarium ſed licitum & iuri cõmuni conformem vt habetur in extrauag quę incipit,regimini & habentur in fine clemẽtinariũ, vnde contrarium opinari eſt temerarium.

VTrum domini habentes in ſuis terris ſpeciale hoſpitium furnum & huiuſmodi : ita ꝙ nulli licet alibi coquere nec facere furnũ nec recipere hoſpites ſint tuti in conſciẽtia. multi canoniſtæ tenent ſimpliciter ꝙ ſunt in malo ſtatu & quòd talis exactio eſt rapina,nec ſaluat eos poſſesio immemorialis quia nunquàm poſsiderunt cum bona fide,ſine qua pręſcriptio longiſsimi tẽ-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

poris non valet, ex quo enim prę̃scriptio inter omnes titulos est debilior, vbi incertum est vel dubiũ probabile q̃ fuit bona fides à principio vel intermedio possessionis vel quocunq; tempore hoc veniat in mentem, tutius est remittere tales exactiones, præsertim quia domini ad vassallos præsumitur violentia vt videntur tenere Hostien. Panor. Ioan. And. & plures alij in. c. quod latenter de regu. iur. Sed cum hoc sit quidam modus talliationis factum hoc poterit damnari seu iustificari, eo modo quo tallię & collectę damnantur vel iustificantur. Dicendum igitur q̃ sicut iusta dicitur gabella imposita autoritate principis, vel cõsilij, seu antiqua consuetudine à tempore cuius non extat memoria, vt patet in. c. super quibusdam. de verb. sig. ita prædicta licite habentur, altero prædictorũ interueniente, & potius dicẽdus est prędictus census seruitus rei in ordine ad aliam rẽ seu personam quã tallia seu exactio, & quãdo est immemorialis nisi aliqua veri similitudo seu probabilitas q̃ per vim sunt introducti tales redditus, præsumẽdum est q̃ à principe vel à communitate & repu. propter aliquod debitum vel obsequium dignum remuneratione habẽt domini prędicta, & loquẽdo de Hispania vbi ista appellantur estancos, non videtur q̃ super hęc debeat esse nimia sollicitudo et scrupulũ, nam anno domini. 1492. dominus rex Ferdinandus prohibuit prędicta & misit rectum

ac rigi-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ac rigidum iudicem ſuæ ſanctionis executorem, qui omnia ſimilia quæ reperit in terris dominorũ ſine ſufficienti titulo vetauit & abſtulit, & reliqua quę nunc habẽt domini tanquàm iuſta dimiſit & conceſsit, nec eſt vtiliter verum q̃ in talibus præſumatur violẽtia domini ad vaſſallos, niſi quando de nouo ſine cauſa & autoritate principis eſſent introducta, vel quando eſſet aliqua veri ſimilitudo violentiæ, immo ſecundum Hoſtiẽ. gabella cõceſſa à principe cauſa non expreſſa tanquàm debita eſt ſoluenda & præſumẽdum eſt ſemper pro principe, nec facile prẽſtare debent aures confeſſores dominorum vaſſallis ſuper his de dominis cõquerẽtibus, niſi iuſtã & probabilẽ rationẽ oſtẽdant, quia ignobiles contra nobiles cõmuniter inuidia agitantur, & domini ſicut & prælati ſubditis diſcolis & imperfectis qualis eſt populus & vulgus ſunt exoſi, vnde de iure Epiſcopus non debet dãnari ad dictum paucorum niſi plures teſtificentur contra illum, vnde. 2. q. 5. ſic dicitur, præſul nõ damnetur, niſi. 72. teſtibus, presbyter Cardinalis niſi. 44. diaconus Cardinalis niſi. 28. teſtibus, ſubdiaconus acolitus, exorciſta lector oſtiarius, niſi in ſeptem teſtibus, & cauſa eſt ſecundum beatum Tho. 2. 2. q. 70. quia hi qui habent de alijs iudicare, ſæpe propter iuſtitiam multos aduerſarios habent, vnde non eſt paſsim credendum teſtibus contra illum.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

SVMMA

VTrum liceat principi vel inferioribus dominis eximere aliquos à cõmunibus oneribus. Dicẽdũ quòd vectigalia iniqua sunt & non soluenda, quæ non distribuuntur ęqualiter secundum facultatẽ eorum quibus imponuntur & quæ plus grauant minus grauandos, vel in his in quibus non debẽt grauari, vnde secundum iura. c. de vectig. l. vniuersi pœna capitis plectẽdi sunt exigentes gabelas pro his quæ deferuntur ad vsum proprium, vel pro seminãdo vel ad festum, nec potest pro libito voluntatis princeps imponere subditis vectigalia, nisi secundum quòd vniuscuiusque facultas patitur, propterea nisi princeps muat de summa sibi à pòpulis soluenda pro vectigali, tantum quantum persona quam vult eximere tenebatur soluere, vel nisi exemptio & libertas detur pro bono communi, vt quia expedit communitati tales exemptos habere, vel quia fecit aliquod insigne obsequium communitati vel principi redundans in bonum publicum & huiusmodi, aliter non licet principi eximere quenquam, quia quando nõ potest vnius iuuari, quin alter lędatur, melius est neutrum iuuare, & nemo debet locupletari cum alterius iactura. de reg. iur. lib. 6. & sicut non est dominus simpliciter princeps in petẽdis gabelis, quia non quantum vult sed quantum decet debet exigere, nec plus tenẽtur soluere subditi. ita nec in eximẽdo vnum à talium solutione aggrauã-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

aggrauando alium,& idem dicẽdum de dominis inferioribus,qui non poſſunt eximere aliquos ſubditos à recipiẽdis hoſpitibus,vel ne ab eorum domibus accipiãtur lintheamina & vtẽſilia ad ſuum & ſuorum vſum aggrauando alios,vbi aduerte ꝙ in Hiſpania fuit magna diſceptatio an liceret dominis hoſpitari ad ſe veniẽtes vel ſuis in domibus vaſſallorum ipſis inuitis,& adhuc multi tenent ꝙ nullo modo hoc eis licet, ſed deuoluta fuit quæſtio ad audiẽtiam regiam & ſententiatum à parlamenti auditoribus, quòd licite hoc fit à dominis quando non durat talis Hoſpitatio per plures dies, ſed breui tempore & quaſi in tranſitu, & ſine expenſis & ſumptibus vaſſallorum cum Hoſpitibus.

VTrum licite fiat prohibitio,quæ vulgo dicitur coto : ita quòd nemo audeat piſcare in certa parte fluminis,nec venari in certis locis,pro reſpon.nota quòd ſecundũ beatum Tho. aucupium piſcatio & venatio eſt naturalis, ideſt, eſt quidam vſus naturalis dominij prẽſtiti huiuſmodi à Deo ſuper animalia, iuxta illud Gene.1. dominamini vniuerſis animantibus quæ mouentur in terra.1.parte.q.96.1.&.2.2.q.64.1. vnde talia de ſe ſunt licita & ſicut ius gẽtium pro bono pacis & vt res melius tractentur & conſeruẽtur iuſte diuiſit terras & prẽdia.&c.quę à natura omnibus erant communia,poſt qua diuiſionẽ peccat mor-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

taliter vtens re alteri conceſſa eo inuito: ita ſi quis habet fluuium vel ſaltum vel alium locũ quencũq; pro leporibus, apris vel alijs ſilueſtribus animalibus, in ſua proprietate & ad proprium vſum aliquo iuſto titulo, emptionis permutationis & huiuſmodi, vel à tempore de cuius initio non extat memoria, iuſte ſeruat illum & licite prohibet nequis intra talem terminum piſcetur vel venetur, dum modo caueat ab his. Primo q̃ ſi quis occidat aliquod de prædictis animalibus non domeſticis extra illum locum non puniat, quia ſicut intra locum illum non licet venari: ita animalia limites loci exeuntia capi eſt licitum, ceſſante omni fraude nec doloſe fiat aliquid, vt dicta animalia extra capiantur. Secũdo requiritur q̃ dicta prohibitio fiat in proprijs prædijs, vnde domini acotantes in rer ris non proprijs ſed communitatis & locorum ſui dominij iniuſte faciunt, niſi forte eiſdẽ locis aliud æquiualens alibi in recompenſationem aſsignẽt. Tertio oportet quòd ſi talia animalia damnificẽt prædia, quòd reſtituant & reſarciant totum damnum in veritate & non ſola attẽtatione, & hoc attendant domini, qui ſæpe attentant talia reſtituere & non perficiunt, & vaſſalli timentes eorum & ſuorum officialium disfauorem & offenſam ac minas & quia frequenter egenter eorum ſuffragijs, non audent petere nec acclamare, quod à ſuis comparibus exigerent, quibus ſeruatis dicta prohi-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

prohibitio & acotatio est licita, nec plus est contra naturam quàm aliorum prædiorum possessio, quæ de prima institutione naturæ ante peccatum omnia erat communia, & dubitare de hoc est in dubium vertere an quis licite possit propria habere bona, quod nullus prudens ambigit licere. Sed nota secundum Astensem quem sequitur Silvest. & alij Docto. quòd occidentes seu mutilantes homines propter silvestria animalia capta, peccant mortaliter, si faciant ex vindicta vel ex amore venandi vel talium animalium. & si sit cõsuetudo vel statutum loci quòd pro vno actu venandi hęc pœna infligatur, nõ excusantur à mortali obseruantes.

VTrum licite possit transferri frumentum vel æqui & similia quæ communiter prohibentur de regno ad regnum, & in eodem regno de vno ad alium locum. Dicẽdum quòd sicut est prohibitum extrahere frumentum ad extraneum regnum per leges municiparum prouintiarum: ita per easdem est prohibitum ne prohibeatur vectio frumenti, quæ Hispanie la saca dicitur de vna ad aliam partem regni: magna tamen super vtroque est corruptela maxime in Hispania consentientibus officialibus regni ad hoc deputatis & quandoque itidem agentibus: licet princeps communiter non tolleret sed puniat: vnde non videtur tale statutum moribus vtentium appro-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

approbatum nec acceptatum, quod requiritur vt lex in conſcientiam obliget. diſt. 4. ca. in iſtis. §. leges. de hoc infra, & propter hoc transferẽtes frumentum equos & ſimilia prohibita de regno ad regnum. ita quòd nec directe nec indirecte notabile præiudiciũ veniat regno à quo exrrahuntur, quamuis aliquantulum ex hoc creſcat precium & carius in modico vendatur, non auderẽt damnare de mortali, licet factum ſemper diſſuadendum ſit. Breuiter ergo dico quòd extrahẽs triticum de regno peccat ſine dubio grauiter. Primo ſi per hoc fit graue damnum regno, dicitur autem graue damnum ad arbitrium boni viri vel docti confeſſoris. Secundo quando extrahens ſine preiudicio grãdi regni, paratus offendere cuſtodes & iter prohibentes, quia bellũ erit iniuſtum ex parte ſua, & peccat peccato iniuſticiæ & inobedientiæ, vectionem autem tritici de vno ad alium locum regni, duces & comites & alij inferiores domini communiter tempore famis prohibent, & ſi hoc faciant pro bono populorum & non principaliter vt ipſi carius vẽdant frumentũ proprium, non videtur quòd male faciant, quamuis ſit conceſſa à principe facultas & ſtatutum quòd libere traducatur de loco ad locum triticum, quia quo ad vim obligandi ſaltem ad mortale, per contrariam conſuetudinem totius regni ſciente & tollerante principe tale ſtatum videtur abrogatum, dato quòd ſi

ſuper

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ſuper hoc moueatur lis in audientia regia ſemper ſententia conformiter ad ſtatutum, ſed hæc non ſufficit confirmare ſtatutum ſimpliciter, cum maior pars vtentium non approbet

VTrum ſit licitum tollere ligna ad ignem de montibus in locis in quibus ſuper hoc eſt facta prohibitio. Dicendum q̃ talia tollere in magna quantitate ſine licentia illius ad quem ſpectat licẽtiare, ad hoc furtum eſt, niſi in his caſibus. Primo ſi quod tollitur eſt parum quid. Secundo ſi quod accipitur in nullo nocet monti nec communitati nec domino montis: puta quia erat lignum ſiccum, & ibi periret in monte ſi non tolleretur, ſecus ſi tale quid eſſet quod ad domini montis vtilitatem eſſet conuertẽdum. Tertio ſi tollens adeo pauper eſt, quod ſi peteret licentiam impetraret, vel à rectè iudicantibus licentia non deberet negari. Quarto ſi maiores populi paſsim ad ſui & ſuorum vſum de montibus reipublicæ ligna tollunt, quia tunc liceret inferioribus idẽ facere cum in bonis communibus propter curam regiminis & ius ad diſtribuendum æque inter ciues maiores non habeant pluſquàm minores, & intelligo in prædictis caſibus licere tollere, dum tamen fiat ſine periculo ſcandali & periurij, alias nullo pacto licet.

VTrum liceat inſtituere maioricatum quod Hiſpane dicicitur, hazer mayorazgo, ſeu vincu-

lare

lare bona, pro respon. nota q̃ maioricatus non est aliud quàm retempta proprietate in se aliquorum bonorum mobilium vel immobilium concessio vsu fructus, vnde stat aliquem habere vsufructum rei, cuius proprietas apud nullum est. Proprietas namq; maioricatus non est apud instituentẽ cum ille inter homines non sit, nec apud aliquẽ descendentium, quia omnes solum sunt fructuarij & alienantes talia bona furtum committunt & tenentur ad restitutionem, nisi fiat de licentia principis & ad bonum maioricatus. Similiter peccant sic alienata possidentes, hoc supposito dicendum quòd bona habita à parentibus debent parẽtes dimittere filijs: ita libera sicut acceperunt, & si apponant eis aliquod vinculum (nisi fiat eis in. 3. vel in. 5. partibus vel in vtraq; simul quia hoc est eis licitum) male faciunt. Si fiat cum præiudicio alicuius de filijs, quia ad huiusmodi bona quilibet filiorum habere q̃ quale ius, aliqui oppinantur parentes posse prædicta vinculare ad libitum sicut & alienare antequàm habeant filios, acquisita vero ab ipsis siue per studium litterarum, siue ex militia, seu negociando & quouis alio licito modo, cum licẽtia principis vinculare licet, cauto q̃ primogenitus prouideat alijs fratribus & ab eis descendentibus secundum quòd eorum petit conditio, alias est illicitum, quòd autem sic liceat patet, tum quia talia simpliciter sunt paretum, & in re propria quilibet

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

libet eſt moderator & arbiter, tum quia eſt in bonum reipublicæ cuius ſtatus maxime conſeruatur, quando in ea ſunt potẽtes diuitijs & dignitate, valet etiam ad generis cõſeruationem, ampliationem & ad ipſum antiquandum, & vere maius emolumentum prouenit filijs in ſe & in ſuis ſubceſſoribus ex tali vinculatione, quàm præiudiciũ ex hoc q̃ perdunt quottam hæreditatis, quod perpendi poteſt quia in genere vbi ſunt bona vinculata cõmuniter plures ſunt diuites, tam viri quàm fœminæ honoratius maritãtur. Scio ego in Hiſpania plures proſapias (quarum maiores ad virtutis & nobilitatis exemplum plurimum contuliſſent, qui ex virtute digni eſſent in memoria) iam ex toto abolitas eſſe, quæ adhuc conſiſterent, ſi ex eis aliqui bona cum vinculo à patribus hæreditaſſent, propterea ex voto meo pollentes opibus vnũ ex filijs quem magis ſtudioſum ſtimant, in tertia & in quinta meliorare deberent: ita quòd tertia & quinta partes cum legitima ad poſteros vinculata tranſirent, quod ſine ſuperioris licentia cuilibet liceret, quia in legandis his bonis parentes filios poſſunt grauare, & licitas conditiones apponere.

De tranſlatoribus Bibliæ.

Scien-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

SVMMA

Ciendum quòd multi fuerunt tranſlatores bibliæ, quia ante incarnatiõnem domini annis. 341. tẽpore Ptolomei philadelphi regis Egypti. 70. interpretes floruerunt qui legem & prophetas hoc pacto tranſtulerunt. Ptolomeus ſtudioſus percipiens apud Iudęos legem eſſe ore Dei ędităm & digito eius ſcriptam, miſsis Epiſtolis rogauit Eleazarum pontificem Iudæorum viros ſeniores Hebraicę ac Græcę linguę doctos ad ſe dirigeret, qui transferre valerent legem Dei Iſrael in Græcum. vt eam Archiuis regis interſereret. Eleazarus autem annuẽs eius petioni de vnaquaq; tribu ſex legiſperitos diſtinauit hi ſunt. 72. interpretes, qui licet. 72. fuerit more ſacræ ſcripturæ communiter. 70. dicuntur, qui venientes ad regem Pentatheucum & prophetas transferẽtes coram rege de vno Deo colẽdo diſputauerunt & q̃ nulla creatura eſſet Deus. Inde eſt quòd vbicunq; occurrebat eis in transferendo de trinitate vel ſub ſilentio præteribant, vel ſub enigmate tranſtulerunt, nec tres Deos colendos tradidiſſe viderentur. Similier de incarnatione verbi faciẽtes, vnde tranſlatio. 70. interpretum quandoq; eſt ſuperflua quandoq; diminuta, poſt incarnationem autẽ domini annis. 124. quidã Iudęus aquila nomine ad fidem conuerſus, ſed poſtea in hæreſim lapſus primus interpres fecit aliam tranſlationem de Hebraico

braico in grecum tempore Adriani imperatoris. Deinde post annos .54. Theodotion fecit tertiam translationem. post. 30. annos simacus interpres claruit. Deinde post. 7. annos Hierosolymis inuẽta est quædam translatio cuius auctor ignoratur, quæ dicta est trãslatio vulgata vel. 5. editio. & post .18. annos superuenit Origenes videns prædictas translationes imperfectas cœpit castigare translationẽ. 70. interpretum per dictas alias posteriore translationes, vel secundum alios solam theodotionis translationem immiscuit, supplens diminuta & resecãs superflua, vbicunque autem aliquid addidit .70. interpretum translationi & aliorum translationibus notabat illũ passum asteriſco hoc est forma astri insinuans per talem additionẽ elucere quæ prius deerant, vbi vero erat superfluum apponebat obelum, ob eos enim græce latine sagitta dicitur significans per hoc literã ibi superfluisse, post hæc idem Origens sextam & septimã translationem reperit, rursus quidam volentes habere simul prædictas translatiõnes, scribebant eas omnes in quolibet folio libri. Et dicebantur prædicti codices hexapla quasi liber habens sex translationes. Iterum alij fecerunt alias trãslationes, nouissime superueniẽs beatus Hieronymus pleniſſime à teneris annis in latina græca & hæbraica linguis eruditus primo correxit translationem. 70. interpretum. Deinde trãstulit biblia de hebraico

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

immediate in latinũ et hac trãſlatione vbiq; vtitur modo eccleſia romana, quãuis nũ in õnib⁹ libris. Quæ merito cęteris aũt fertur cũ ſit fidelior & clarior, cõmẽdat autẽ & præfert alijs .be. Aug. trãſlationẽ. 70. interpretũ, vt patet. 18. de ciui. ca. 43. vbi ait, ſpirit⁹ qui in prophetis erat quãdo illa dixerũt idem erat in viris. 70. quãdo illa interpretati ſunt.

De ſenſibus ſcripturæ ſacræ.

Vpliciter aliqua veritas poteſt manifeſtari ſcilicet verbis & rebus in quãtum verba res ſignificant & vna res aliam, ſicut ramus ante tabernã eſt ſignum vini venalis & vnus pileus pileorũ vẽdibiliũ, Deus aũt cũ ſit omniũ vniuerſalis auctor, res ipſas accõmodare poteſt vniuerſaliter & à ſua inſtitutione prima vt ſint aliarũ rerũ ſigna. Ideo ſecundum Doctores omnes ſenſus ſacræ ſcripturæ ad. 4. reducuntur qui ſunt, litteralis, allegoricus, moralis & anagogicus, litteralis dicitur qui ab ipſa littera et vocibus immediate ſumitur, vel quem auctor ſcripturæ intendit ĩmediate per voces qui eſt duplex ſcilicet proprius qui p voces propric ſignificatur & improprius quo figurariue & metaphorice aliquid ſignificatur vt parabolicus, & poteſt aliquando eadem littera plures ſenſus litterales habere, vt illud paralipo, ego ero illi in patrem ad litteram dicitur de ſalomone & de Chriſto ſecuudum Apoſtolum hebrę. 1.

Senſus

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Sensus allegoricus est quo vnũ dicitur & aliud significatur, vt illud poetæ claudite iam riuos pueri sat prata biberunt. i. finite satis cantastis & quando allegoria ista fit verbis pertinet ad sensum litteralẽ: quãdo autẽ ad rem spiritualẽ sicut vẽditio Ioseph significauit venditionem Christi, & ea quæ fiebant in veteri lege signabant ea q̃ fiũt in noua.

Sensus moralis est quando id quod dicitur ad mores trahitur: secundum quem per res signatur quid sit operandum, sicut quod dicitur Ioann. 7. ambulabat Iesus in Galilęa & nolebat in Iudęa ambulare sic moralizatur. Iesus interpretatur saluator & significat moraliter illum qui se & alios quærit saluare. Galilęa interpretatur rota, & significat tribulationes huius vitæ, sed Iudæa quæ dicitur glorificatio signat adulationes, moraliter ergo qui vult saluari in Galilęa potius quàm in Iudæa debet ambulare quia securius viuitur in laboribus quàm in prosperitatibus.

Anagogicus interpretatur sermo de supernis. Exemplum omnium potest sumi in hac dictione Hierusalem, quę in sensu litterali significat vrbem quæ fuit sedes regni iudęorum. i. sensu morali significat animam, in quo sensu dicitur Esai. 52. cõsurge sede Hierusalẽ, allegorice significat Ecclesiam militãtem, in quo sensu dicitur Apocali. 21. vidi ciuitatẽ sanctã Hierusalẽ descendẽtẽ de cælo sed anagogice significat Ecclesiam triumphantẽ,

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

in quo sensu dicitur Gala.4.quæ sursum est Hieru salem mater nostra libera est versus. Littera gesta docet quid credas allegoria, moralis quid agas, quo tendas anagogia. Et nota q̃ quando id quod pertinet ad mores immediate p̃ voces ipsas signatur, ille sensus. litteralis dicitur proprie & nõ moralis, & idem de alijs, nec potest quilibet passus sacræ scripturæ secundũ omnes sensus exponi! sed aliquando potest exponi.4. aliquando tribus, aliquando vno tantum, vnde duo præcepta charitatis & quæ traduntur per modum præcepti in scriptura vel per modum consilij & Epistolę Pauli solo sensu litterali secundum Theologos sunt exponibilia proprie. Secundum Hierony. quando historia aut impossibilitatem aut turpitudinem cõtinet ad altiora transmittimur.1.ad sensum misticum.& Grego.cum ordo historiæ deficit sese nobis intellectus misticus quasi apertis ianuis ostendit, quale est illud 3.regum primo, quæramus domino regi adolescentulã virginẽ q̃ calefaciat illũ.

Omnes libri canonici iã dicuntur a giographi apocryphi autem dicuntur quorum origo & auctor ignoratur & quamuis ibi sint aliqua vera nõ habentur in auctoritate propter aliqua dubia vel minus probabilia quæ in ipsis reperiuntur, dupliciter tamen aliquis liber dicitur apocryphus vel quia & si indubiam contineat veritatem auctor tamen eius nescitur & talem recipit Ecclesia. Secundo dicitur

do dicitur apocrityphus quia plenam veritatẽ nõ habet & licet tales libros legere nõ vetet Ecclesia cautius tamẽ est dimittere talium studium.

VTrum sit vtile Ecclesiæ translationi scriptu rarum operam dare. Pro respon. sciendum quòd perfida iudęorum ac infidelis gens, post impijssimam acerbissimanque dei & homi nis Christi eis in legè promissi crucifixionem, per vniuersum orbem dispersa est & in seruitutem re dacta, in pœnam perpetrati facinoris, secundum quòd patris eorum pilato dixerunt sanguis eius su per nos & super filios nostros : ita vt nullus sit eis sub cœlo locus refugij vbi libere viuant, semper tamẽ in sua pertinacia persistẽtes nec pœnis attriti Christum verum Deum & messim per prophetas promissum confitentur, sed purum hominem ma gnum atq; malefieum: qua de re originalia ac pro totypa omnia per quæ notum fiebat ipsum fuis se Christum, deprauarunt & vitiarunt. Secundo sciendum quòd in humano genere quatuor sunt potiores ac principales linguæ græca scilicet he braica, caldaica quæ hebreæ multum est affinis et latina, et quibus sola latina plene sub iugo Christi ac Ecclesiæ degit, cæteris omnibus in infidelita te remanẽtibus vel in schismate diuisis ab vnitate Ecclesiæ his suppositis respondetur quòd perie culosissimum est hoc tempore vacare translatio ni scripturarum dẽ hebraico caldaico siue græco

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

sermone in latinum, & ad illorũ originalia & exẽ plaria velle latinam translationem corrigere, nec tale quid esset ab Ecclesia tollerãdũ, probatur pri mo sic in primitiua ecclesia exemplaria Hebraica & Caldaica & Græca nondum erant deprauata propter recẽtiam aduentus Christi: & quia multi peritissimi in lĩgua illa vt Paulus Matthias & alij cõuersi sunt ad fidem Christi, ergo sequitur quòd translatio tunc facta fuit verissima quippe quæ cõ formis erat exemplari verissimo & incorrupto. Item cum in primitiua Ecclesia capita. &c. mẽbra Ecclesiæ plurimũ pollerent vita & doctrina vt po te quæ velut fundamenta Ecclesiæ nascentis iacie bãtur à deo, nimia diligentissimaq; cura facta fuit trãslatio ab ipsa vniuersaliter acceptata, ita vt nec in apice vel iota. vno discreparet à vero prototy- po, nec est credibile Ecclesiam suam in casu tantę necessitatis, Christum qui est sapientia patris lux & veritas increata deseruisse vt falsa acceptaret ꝑ veris, vnde pateret irrisioni & subsãnationi infide lium si nõ sicut erat in ipsorum veris exẽplaribus transtulisset. Item de btõ Hiero. qui fuit princips interpretum legitur ꝙ ab ipsa sua infantia litteris hebraçis græcis ac latinis fuit plenissime eruditus & ꝙ vacauit incessanter cum multis in eisdem lin guis valde peritis sibi coniunctis, translationi ac emendationi scripturarũ per quadraginta annos nec est probabile hominem sanctissimum viuacis

simi

simi ingenij ac tenaſciſſimę memorię in re tangę te totam Eccleſiam potuiſſe decipi, maxime cum iſti qui nunc vacant his tranſlationibus non vacauerint illis linguis plene per quinqueniū ſaltem. Item in progreſſu Eccleſiæ doctiſſimi plęrique in iudaiſmo conuerſi ſunt ad fidem chriſti probatiſſimi vita & ſcientia. vt Nicolaus de lira, Palus burgenſis & alij nō pauci qui toto conamine ſacram ſcripturam explanare et concordare nō ceſſarūt. Item in materna lingua vix aliquis reperitur qui plene eam caleat, quanto magis in lingua extera cui pauco tempore inſudauit, verum ex quòd vbi cūque reperitur vitium in libris veteris teſtamēti recurrendum eſſet ad prototypa iudęorum ſicubi incorrupta reperientur, quod mihi pro nunc impoſsibile videtur cum ipſi poſt Chriſtū varijs modis eam corruperint quia vetus teſtamentum primo in hebræo ſcriptum eſt. Si autem hoc accidat in libris noui teſtamenti attendendum foret ad exemplaria gręcorum, quia illud ptimo in græco fuit traditū præter Euangelium Matthęi & Epiſtolam Pauli ad hebræos, ſed gręci etiam iá pene vniuerſaliter degeneres facti ſunt et vitiata volumina habent ſecundum beatum Auguſtinum. 18. de Ciuitate capitulo .43. hebræi præferunt interpretationem ſacræ ſcripturæ beati Hieronymi tranſlationi .61. interpretum & apellant illum virum veracem, & merito.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

SVMMA

SEcundum Auguſt. omnes Euangeliſtæ ſcripſe runt in grẽco prẽter Matthẽum qui ſcripſit in hebrẽo. Quidam tamẽ dicunt quòd Matthẽ. primo ſcripſit ĩ hẽbreo ſed poſtea cũ veniret ethiopiam cauſa prædicandi conuertit iterum illud in græcum, & ſic fuerunt duo exemplaria Matthẽi hebrẽum ſcilicet & grẽcum, ſed Hiero. de illuſtribus viris capitulo de Matthæo dicit hoc eſſe dubium, nam originale Matthẽi hebrẽũ inuenieba tur tempore ſuo in bibliotheca cẽſarienſi, quã pãphilus martyr congregauit, græcum autẽ dicit ſe nõ vidiſſe, de btõ luca haud dubium eſt quòd in græco ſcripſerit cũ fuerit græci ſermonis peritiſſimus & in græcia in partib⁹. ſ. boetiæ & achairiſcripſerit, vt tradit Hieronymus & idem videtur de Ioanne quia ipſe tunc erat epheſiq; nunc pertinet ad terrã teucrorũ in Aſia minori & tota illa terra ſequebatur idioma græcum maxime inter peritos ſicut modo etiam fit, nã nõ ſolũ ibi quæ eſt terra ſatis coniuncta græciæ ſed etiã in tota Siria & Paleſtina Egypto & Alexãdria omnes chriſtiani periti, in græco ſcribunt & in græco ſacros libros habent, de ſolo Marco eſt ambiguũ cũ ipſe in Italia eſſet cum beato Petro & ſic videtur veriſimile in latino tradidiſſe, ſed ſentẽtia Hiero. & Augu. vbi ſubra probabiliorẽ q̃ videlicet in græco ſcripſerit primo quia beatus Marcus forte nõ erat ita inſtructus in lingua latina ſicut in græca quia creditur

ipſum

ipſum conuerſatum ac nutritum in grecia quamuis exploratum non ſit ibi ſit natus vel vnde fuerit oriundus, nec obſtat quòd Apoſtoli & diſcipuli erant docti in omnibus linguis quia poſſet dici q̃ tempore quo aduenit ſpiritusſanctus ſuper Eccleſiam in linguis igneis nõ erat ibi Marcus quia nõ dum erat conuerſus ſecundum aliquos, vel dicatur quòd quãuis eſſent docti in omnibus linguis cõmuniter ſcribebant in lingua in qua nutriti & humanitus inſtructi erant. Secundo poteſt dici ipſum in græco ſcripſiſſe propter maiorem Eccleſiæ vtilitatem, nam maior pars Chriſti & fere tota Eccleſia tempore Apoſtolorum erat apud græcos, quod patet ex numero Epiſtolarum Pauli nã. 14. ſcripſit & preter duas ad thimotheum & vnã ad titum & aliam philemonis qui fuerunt perſonæ ſingulares, reliquæ decem fuerunt ad eccleſias quarum vna ſolum fuit latinorum ſcilicet ad Romanos & vnica hebreorum, reſiduę vero octo fuerunt græcorum, vt ergo magis communicaretur Doctrina ſua ſcripſit in lingua in qua erat maior pars Eccleſiæ. Tertio factum eſt quia Marcus ſcripſit Euangelium antequàm mitteretur Alexãdriam & forte iam ſciebat q̃ Petrus vellet eum illuc mittere & intẽdebat Euangelium ſecũ ferre, & quia Alexãdria & tota Egyptus ſequebatur linguam græcam quantum ad viros peritos ſcripſit in græco vt proficeret genti ad quam ibat.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

SVMMA

De regulis ſacræ ſcripturæ.

CIendum quòd .7. ſunt claues ſeu regulę ad intelligendum ſacram ſcripturam, prout tradit iſidorus de ſummo bono, & beatus Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana.

Prima eſt de domino Ieſu & corpore eius myſtico quod eſt Eccleſia, quia per cõnexionem capitis ad corpus ſacra ſcriptura ſub vno contextu quaſi ſub eadem perſona aliquando loquitur de vtroque, tranſiens de vno ad aliud, verbi gratia Eſai.61. induit me veſtimentis ſalutis quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis, quod enim dicit, quaſi ſponſum loquitur de Chriſto, & quod ſequitur intelligitur de Eccleſia, ſimiliter quod dicitur in pſalmo Deus Deus meus reſpice in me longe à ſalute mea verba delictorum meorum. Ptimum dicitur de Chriſto in ſe. Secundum de Chriſto ratione membrorum, ſimili etiam modo debet intelligi quod dicitur cantico. primo. O ſculetur me oſculo oris ſui quia meliora ſunt vbera eius vino, primum eſt verbum ſponſæ frui ſponſo deſiderantis, quod autem ſequitur quia meliora ſunt vbera eius, vino verbum eſt ſponſi ſponſam commendantis.

Secunda

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Secunda regula est de corpore Christi mystico vero & simulato Ecclesia si quidem est sagena nõ dum tracta ad littus continens pisces bonos & malus permixtos indistincte sed separandos ab inuicem in fine seculi dicitur Matthæi.13.& ideo in sacra scriptura mali commendatur cum bonis quibus sunt permixti sicut osee .11. Israel & delexi eũ & econuerso aliquando boni vituperantur cum malis:sicut Esa.primo,cognouit bos possessorem suum & asinus præsepe Domini sui, Israel autem non cognouit me, aliquando in eodem contextu exprimitur quid ad bonos pertineat & quid ad malos sicut cãticorum primo.Nigra sum sed formosa sicut tabernacula cedar,sicut pelles Salomonis verba sunt sponsæ Ecclesiæ quæ ratione malorum dicitur nigra & ratione bonorũ formosa.

Tertia regula est de spiritu & littera secundum quòd accipitur sub eadem littera sensus historicus et mysticus,quia veritas historię tenenda est & ad spiritualem sensum referenda sicut Apostolus loquens gala.quarto ait, his qui secundum carnem natus est.i.Ismael persequebatur eum, qui secũdũ spiritũ natus est.i.Isaac trahẽdo eum seu allicièdo ad malũ,& figurat spiritualiter malos in Ecclesia persequi bonos post etiam exponi prædicta regula vt referatur vtrunque ad sensum litteralem tãtũ qui quãdoq; est duplex sicut illud quod dominus dicit primo paralipo.17. ego ero illi in patrem &

ipse

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

ipſe erit mihi in filium, ad litterã hoc intelligitur de Salomone & de Chriſto, ſed ſecũdum qꝺ intelligitur de Chtiſto, poteſt dici ſecũdũ quid ſenſus ſpũalis in quãtũ chriſtus fuit figuratꝰ in Salomo.

Quarta regula eſt de ſpecie & genere ſeu de parte & toto cũ de vno tranſitur ad aliud, ſicut Eſai. 13. onus Babylonis. i. malũ ſeu flagellum inducendũ ſuper Babylonem, & hoc ſpecialiter minatur contra Babylonẽ & tranſit ſtatim ad intelligendũ verbũ de toto mũdo generaliter per hoc quod ſubditur à ſumitate cæli dominus & vaſa furoris eius vt diſperdat õnẽ terrã, poſtea reuertitur ad loquẽ dũ de Babylone ſpecialiter cũ dicit ego ſuſcitabo ſuper vos medos qui argentum non quærant quia ſcilicet darius medus cũ cyro nepote ſuo cæpit Babylonẽ & interfecit balthaſar regẽ eius. danie. 5.

Quinta regula eſt de partibus quæ cõtingit qua dupliciter vno modo per ſynedochẽ, quãdo ponitur pars tẽporis pro toto ſicut in Euãgelijs dicitur Chriſtus fuiſſe in ſepulchro tribus diebus & tamẽ prima & vltima dies nõ fuerunt cõplete. Secũdo modo propter minutias tẽporis quæ aliquãdo cõputantur, aliquãdo omittuntur. Et iuxta hoc ſcriptura loquens de aliquo numero annorum in plurib⁹ locis aliquãdo ponit plures annos prædictas minutias numerãs alio loco pauciores prædictas minutias omittẽdo. Tertio modo contingit eo qꝺ cõputatio annorũ incipit in vno loco ſcripturæ à

priori

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

priori tẽpore in alio loco à posteriori, sicut Gene. 15. dictum est abrahę semẽ tuũ futurum est peregrinum. 400. annis; & exo. 12. dicitur ꝙ mansio filiorũ israel in Ægypto fuit quadrigentis & triginta annis quia hæc cõputatio maioris numeri incipia tẽpore quo dictũ fuit abrahę gene. 12. egredere de terra tua. Cõputatio vero minoris tẽporis incipit à natiuitate Isaac, quæ fuit post egressum Abrahę de arã triginta ãnis. Quarto modo cõtingit eo ꝙ scriptura loquitur de futuro per modum prẽteriti vt illud Esaię. 9. paruulus natus est nobis quod fit propter certitudinẽ prophetiæ cuius aduẽtus de futuro est ita certus sicut si iã præteriisset propter ineuitabilitatem diuinæ præsentiæ ex qua prophetis fit reuelatio. Aduertẽdũ tamẽ ꝙ prædictus modus locutionis habet locum in prophetia prædestinationis seu prẽsentię nõ in prophetia cõmunicationis ꝙ frequẽter mutatur. Vt patet de ezechia cui dictũ est dispone domui tuę quia morieris & nõ viues esa. 38. E similiter de niniuitis.

Sexta regula est de capitulatione & antitipatione. In sacra enim scriptura non semper eodem ordine gesta & facta scribuntur quo fiunt, & ideo quando præponũtur posteriora dicitur anticipatio quando vero fit ecõuerso dicitur recapitulatio, sicut gene. 10. dicitur ab his diuisę sunt insulę gentium in regionibus suis vnusquisque secundũ linguam suam. Et postea capitulo. 11. dicitur. Erat autem

autem terra labij vnius & sermonum eorundem ex quo patet quod dictum in capitulo.10. de deuisione linguarum dicitur per anticipationem, similiter Genesis .2. capitulo postquam descripta est creatio cęli & terræ & ornatus eorũ subdit istę sunt generationes cæle & terræ quod est per recapitulationem.

Septima regula est de dæmone & eius corpore vt dicit beatus Gregorius in homilia, cette omniũ malorum hominum caput diabulus est & omnes iniqui sunt membra eius, & ideo propter connexionem capitis ad membra scriptura loquens de vno in eodem contextu transit ad loquendum de altero, sicut Esa.14. loquens de Nabuchodonosor rege Babylonis qui erat membrũ diaboli trãsit ad loquendum de principe dæmonũ, cũ subdit, quo modo cecidisti lucifer qui mane oriebaris & Ezechiel loquens de principe tyri malo transit ad loquendum de diabolo cum subdit, tu signaculum similitudinis, plenus sapiẽtia & perfectus decore.

Secundum multos hebræos, quos sequitur barrabã hebræus magister beati. Hiero. vnde & ipse aliquomodo videtur idẽ sequi & idem tenet Nicolaus de lira. Dauid nõ fecit omnes psalmos sed aliquos fecit asaph, aliquos idithũ, aliquos filij chorę vnde & ipsis intitulãtur cetęros vero sine titulo fecit Melchisedec, Moises, Abrahã, & Salomõ sed beatus Augustinus, & cõmunis ritus Ecclesiæ

assertit

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

asserit q̄ omnes psalmus fecit Dauid, sed quia aliquãdo tradebat cãtandos tribus principalibus cãtoribus. s. asaph filijs chorę & idithũ qui erant de choro hemã ideo ipsis intitulãtur, nec sunt p̄s collocati eo ordine quo sunt facti sed sicut fuerunt reperti per esdrã post captiuitatẽ Babylonis q̄ patet quia p̄s. 71. fuit vltim⁹ in veritate fact⁹, vnde in hebreo apponitur ei, cõpletę sunt or̃ones Dauid sed quia repert⁹ est post p̄m. 70. ideo ibi collocat⁹ est.

IN clẽ. religiosi. de priuile. præcipitur omnibus religiosis, ne in sermonibus detrahãt ecclesiarũ prælatis, nec retrahant laicos a suarũ Ecclesiarũ frequẽtia, nec testatores à restitutionibus debitis faciendis vel legatis Ecclesijs matricibus, itẽ ne legata vel debita incerta fratibus sui ordinis in̄ præiudiciũ aliorũ applicent, itẽ ne absoluãt à casibus reseruatis episcopo vel Papę, itẽ ne personas ecclesiasticas corã iudicibus delegatis indebite vexare præsumãt vel ad loca plura & præsertim remota cõuenire & q̄ si requisiti nõ satisfecerint de promissis infra mẽsem sint ipso iure suspẽsi, itẽ q̄ non vsurpeut decimas debitas Ecclesijs, & quod horis debitis dicãt officiũ diuinũ in Ecclesijs. clemẽ. prima de celebra. miss. itẽ q̄ mẽdicãres ante annũ nõ recipiãt aliquẽ ad professionẽ. ca. nõ solum de regu. li. 6. itẽ q̄ nõ dimittant habitum nec audiãt physicam vel leges capitu. vt periculosa, ne cleri. vel mona. libro sexto, itẽ ne retrahant à solutione

decimarum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

decimarum & requisiti super his prædicent populo. Clementi, cupientes de pœni. item q̃ seruẽt interdictum seruatum ab Ecclesia matrice Clementi. 1. de sen. exco. item monachis nigris præcipitur quòd deferant habitum secundum formam debitam & quòd omni mense confiteantur & cõmunicent & quòd præsidens exponat vulgariter regulam in cap. per se vel per alium & secundum Archi. & Ioann. Andrę. & Siluestrum, ad omnes religiosos hoc extenditur ex identitate rationis. Item quòd non vtantur camisijs & quòd seruent silẽtium in dormitorio refectorio oratorio & claustro. in clemen. ne in agro & cap. cum ad monasterium de stat. mona. & quòd non aucupent nec venẽtur. Item quòd non vadant ad curias vt dãnificent sua monasteria & quòd faciant capitula de trienio in trieniũ ibi capitulo in singulis. Item q̃ non habeant arma in monasterio, nec comedãt carnes. de conse. distin. 5. cap. carnẽ. vbi imponitur pœna carceris quæ solum pro mortali imponitur comedenti carnes quod verum est si fiat cum contemptu & non alias. Item in capitulo periculoso de statu. regular. li. 6. præcipitur quòd in monasterijs monialium nõ mendicantium non recipiantur nisi quæ de redditibus monasterij absque penuria possunt substẽtari aliter nulla sit receptio vnde taliter recepta si nubat tenent matrimoniũ quia professio fuit nulla.

In capitulo

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

In capitulo religiosi de priuile. excõmunicantur religiosi præsumentes ministrare sacramẽtum eucharistię vel extremę vnctionis vel solennizantes matrimonium sine licentia speciali presbyteri parrochialis & absoluentes excommunicatos à iure nisi in casibus concessis,& absoluentes à sentẽtijs promulgatis per statuta synodalia vel prouintialia seu à pœna & culpa. Itẽ in cle. cupientes. de pœni. excommunicantur religiosi & clerici seculares inducentes ad vouendum vel iurandum de eligendo apud se sepulturam, vel quòd iam electã non mutabunt.

Clerici & religiosi sine magna causa celebrantes velato capite peccant grauiter quia de consec. dist. 1. ca. nullus, sic dicitur, nullus Episcopus aut presbyter seu diaconus præsumat velato capite altari Dei assistere & si temere præsumpserit cõmunione priuetur.

Secundum beatum Tho. in. 2. 2. q. 186. religio est status pœnitentiæ, exercitium & schola perfectionis, quę ordinatur ad perfectionem charitatis sicut ad finem, idem. quoli. 4. Status religionis est spiritualis militia proficientibus, exercitium tyrocinij incipientibus & paradysus perfectis, idẽ. Difficilius in seculo quàm in religione peruenitur ad amplexus Rachelis, idest ad quietem contemplationis, idem. Status Episcoporum perfectior est quàm religionis sed status religionis securior est,

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

quia nõ imputatur ignorantia religiosis sicut prælatis, idem in.q.188. Omnis religio sumpsit originem à discipulis Christi, ad quorũ exemplar omnes religiones sunt institutę, idem. Status religionis præfertur eleemosynis & virginitati secularium idẽ in.q.186. Omnes obseruantiæ religionum ordinantur ad tria vota, vnde habitus est signum obligationis ideo simul datur & benedicitur cum professione, idem.q.189. Per ingressum religionis homo totaliter se mãcipat Dei obsequijs, & in ipso ingressu recipitur tanta gratia quanta in baptismo & remittitur omnis pœna, idem. Consiliũ vel magna deliberatio non requiritur ad ingressum religionis secundum se nec quo ad vires sed quo ad impedimẽta & modos religionis & super hoc peti debet cõsilium ab his qui creduntur prodesse, idẽ in.4.dist.16.in expositione litterę. Leuissima religio est maior satisfactio quacũq; pœnitẽtia ideo non potest dari in pœnitentiam vt quis intret religionem & canones qui hanc pœnitẽtiam videntur taxare de cõsilio loquuntur, idẽ. Facilius conuertuntur ad religionẽ peccatores quàm prę-sumentes de sua innocẽtia, idem.q.186. Religiosi non tenentur habere perfectam charitatem, tenẽtur tamen ad hoc tendere & operam dare, idem. q.88.ar.11. Religiosi mortui sunt mũdo & viuunt Deo ideo non sunt reuocandi ad seculum occasione cuiuscunq; euẽtus, idẽ.q.188. Religiones principali-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

cipaliter diuersificantur secundum fines & secundario secundū exercitia,idem. Summū gradum in religionibus tenēt qui ordinantur ad docendū & prædicandū,secundū vero qui ad contēplādū, tertium qui ad opus extrinsecū & in eodē genere prçeminent qui sunt ad altiorē actu vel quę habēt statuta conueniētiora ad consequendū finem, nō autē quæ est arctior,idē.q.101.Professus nō debet exire vt subueniat parētibus,sed procuret sicut potest cū licentia,idē.quoli.3.Religiosus non potest expelli à religione si sit paratus corrigi, idē. q.88. Religiosus subditus est prælato quātū ad suas operationes et licet aliquid facere possit quādo ad alia non ocupatur,quia tamen nullū tempus est exceptum in quo nō possit circa aliud ocupari a prælato,nullū votum religiosi est firmū nisi de cōsensu prçlati,& religionē intrās nō tenetur vota orationū vel ieiuniorū nec aliorū quę fecit in seculo implere quia moritur priori vitę & singulares obseruātiæ religioni nō cōpetūt & onus religionis satis onerat hominē vt alia superaddere nō oporteat, idē.q.186.art.10.Religiosi peccātes ex malicia vel contēptu efficiuntur pessimi & incorrigibiles. Hugo.12.sunt abusiones claustri,quibus tota religionis suma corrumpitur,scilicet,prælatus negligens,discipulus inobediens,iuuenis occiosus,senex obstinatus,monachus curialis,religiosus causidicus,habit⁹ precios⁹,cibus exquisit⁹,rumor in

(c) Comunidad Autónoma de la Rioja

clauſtro.lis in capitulo, diſſolutio in choro, irre-
uerentia circa altare.

De Ioſeph viro virginis Mariæ.

Via poſt dominum Chriſtum & vir ginem eius genitricem omnes pluri mũ tenemur beatiſsimo patriarchæ Ioſeph, decet omnes eius præclara merita venerari, qua de re de innu-meris eius excellentijs aliquas ſubnectam. Primo ſecundum Ioan. Gerſon & plures alios fuit in vte-ro ſanctificatus. Secundo ſecundum beatum Hie ro. contra eluidium fuit virgo. Tertio ſecundum Augu. in lib. de natura & gratia nunquàm pecca-uit mortaliter. Quarto fuit verus vir puriſsimę vir ginis ab ea ſuper omnes dilectiſsimus, nam ſecun dum doct. in. 4. diſt. 26. & beatum Tho. in. 3. par. q. 28. inter virginem & Ioſeph fuit verum matri-monium. Quinto fuit nutricius, miniſter, & pę-dagogus domini. Sexto ex labore ſuo pauit domi num & virginẽ. Septimo fuit indiuiduus comes & particeps laborum virginis et teſtis fideliſsimus puritatis eius, natiuitatis domini & omniũ geſto-rum ipſius ab infantia vſq; ad. 29. ętatis eius annũ quo obijt ſecundum beatum Vincen. in ſermo. Octauo ipſe erat tempore ſuo legitimus ſucceſſor in toto regno Iudęæ & Iſrael. Nono aſſumptus eſt

in cœ-

in cœlum in corpore & anima. Nam de Adam, Dauid & Ioſeph tenet Palud.in.3.& plures alij qꝫ cum domino reſurrexerunt & aſcenderunt in cœlum.Decimo fuit Chriſto ſimilimus & per conſequẽs formoſiſsimus.Vndecimo p̃ cæteris dignus eſt habitus aſſiduę & quotidianę conuerſationis cum Chriſto & virgine in eadem domo & menſa comedẽdo ex eodem cibo & vaſe.Duodecimo ſępiſsime portauit dominum Ieſum puerũ, oſculatus eſt,amplexatus & allocutus.Fuit autem ætatis.40.annorum circiter vt dicunt aliqui doctores ſuper illud.Eſa.63.lętabitur ſponſus ſuper ſponſam & habitabit iuuenis cum virgine.Alias ſi fuiſſet ſenex non poſſet alere ex labore ſuo dominum & virginem nec miniſtrare illis,potiuſque fuiſſet eis oneri quàm leuamini,nec fuiſſet libera à nota infamiæ.Quis enim videat iuuenculam ſeni decrepito coniunctam infantulum lactantem & nõ ſuſpicetur eam adulteram? Depingitur autem ſenex tum propter honeſtatem virginis, tum etiam quia in primitiua Eccleſia fuerunt hęretici aſſerẽtes beatam virginem fuiſſe cognitam à Ioſeph. Multi concedunt hanc propoſitionem, Chriſtus conceptus eſt ex corpore Ioſeph, quia conceptus eſt ex corpore virginis, quod fuit corpus Ioſeph, cum coniuges in matrimonio tradãt ad inuicem proprietatem ſui corporis. Ad quem ſenſum licet ſit verificabilis dicta propoſitio, abſonus eſt tamẽ

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

talis modus loquẽdi. Verisimile est & mihi indubitatum, quòd sicut dominus descendens de cœlo elegit in terris in matrem perfectissimam super omnes fœminam: ita in nutricium suum & familiarissimum ministrum qui pater eius ab omnibus diceretur & putaretur electissimum inter omnes post beatissimam virginem accepit. Si dominus in cruce matrem iam senescentem virgini purissimo & sibi charissimo commisit, quis dubitet illum cui virgo quaterdennis commissa est, virginem purissimum & sibi acceptissimum fuisse? Si apostoli ex maiori propinquitate ad Christũ præ cæteris sanctis primitias spiritus acceperũt, ei quí præalijs habuit ad dominum magis intimam familiaritatem & paternitatis titulũ, quale donum spiritus deerit? Si ad visitationem virginis sanctificatus est in vtero Ioannes & tantum gratiæ munus accepit, vt inter natos mulierum nullus fuerit eo maior, & parentes eius prophetẽ facti sunt, quãta sanctificatione plenus fuit qui toties ab ea est salutatus, & vt verus sponsus ab ea est tractatus? Si respicientes Christi & virginis diuinum vultum non posito actuali obice statim mouebãtur ad detestationem peccatorum, emendationem vitæ & maximam deuotionẽ ex quodam cælesti fulgore ex eorum vultibus radianti, qui quotidie die ac nocte, & sæpe per singula momenta cognito diuino mysterio per tot curricula temporum faciem

domi-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

domini & virginis attentiſsime contemplabatur, quis dubitet ſanctitatis deuotionis ac totius virtutis & perfectionis apicem conſcendiſſe. Huius ſanctiſsimi patris meritis, regni ſui nos cohęredes efficiat Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui eſt Deus benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.:.:.

Auguſtin. Quæcunque poteſt mihi dare dominus meus totum auferat & ſeipſum det & ſufficit mihi.:.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

INDEX.

Quot ſunt modi prædicandi & quantę vtilitatis ſit audire cõfeſsiones. fo. 9.
Qualis debet eſſe vita confeſſoris & an laico ſit in neceſsitate confitendum. fo.10.
An quilibet ſacerdos poſsit abſoluere à quolibet, ſiue de miniſtro pœnitentiæ. fo.12.
Apoſtoli quam poteſtatem acceperunt à Chriſto & quomodo ſe habebant ad cõfeſsionem, aut quis ſit dicendus proprius ſacerdos. fo.13.
Cui ſit confitendum de iure diuino. 13.14.
Quis eſt proprius ſacerdos & quot proprios ſacerdotes habet quilibet. 15.16.
Quando licet confiteri alieno ſacerdoti. 17.
Vtrum ponendo ſpem in ratihabitione liceat cõfiteri alieno. fo.18.
Quis poteſt committere audiẽtiã confeſsionũ. f.19.
Prælatus an debeat eſſe facilis ad dandum licentiam alteri confitendi. fo.19.
Religioſi an poſsint audire confeſsiones ſine licẽtia prælati. fo.19.
Quando vicarius alterius perdit autoritatem audiendi confeſsiones. fo.20
Religioſi quomodo ſunt præſentandi ad audiendum confeſsiones. fo.22.
Qui caſus ſunt reſeruati Epiſcopis & a quibus poſſunt abſoluere religioſi. fo.22.
Abſoluens a caſu à quo non poteſt quid debeat agere

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

agere. 24.
Vicarius inſtitutus à ſuperiori quam autoritatem habet. 24.
Diuiſio & diffinitio clauis, & ad quid ſe extendit poteſtas clauis,& quæ ſcientia requiritur in cõfeſsione. 25.
Quæ ſcientia requiritur in confeſſore. 27.
Confeſſor qui ſe ingerit ad quid tenetur & quotuplex eſt culpa. 29.
Quomodo ſe debet habere confeſſor quando iniungit pœnitentiam & quis dicitur non capax abſolutionis. 30.
Quãdo eſt petẽda promiſsio ante abſolutionẽ. 31.
De partibus pœnitentiæ & diffinitiones contritionis. 32.33.
An tota vita ſit tempus pœnitentię & vtrum quoties quis recolit de mortali tenetur dolere plura notanda. 34.
Vtrum dolor contritionis debeat eſſe maior quã dolor quem habuit beata virgo & Maria Magdalena de morte Chriſti. 35.
Vtrum debeat quis eligere cõmittere veniale ne alius faciat mortale. 36.
Diffinitiones cõfeſsionis & an debeat quis cõfiteri per ſcriptũ vel pluribus ſacerdotibus. 36.37.
Quando ſpeciem ſui peccati non poteſt manifeſtare niſi reuelando peccatum alterius reuelare tenetur. 37.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

INDEX.

Quomodo cõfeſsio eſt de iure diuino & quomodo fuit in veteri lege & in lege naturæ. 37.38.
Quando inſtituta fuerit confeſsio. 38.
Confeſsio quot vtilitates affert. 42.
Quando obligat præceptum confeſsionis ſub mortali. 42.
Quando obligatur quis ad ſtatim cõfitendũ. 43.
Si Papa poteſt diſpenſare in cõfeſsione. 44.
Conditiones confeſsionis. 45.
In quibus caſibus tenetur quis iterare confeſsionem & plura notanda. 45.
Mentiẽs in cõfeſsione an peccet mortaliter. 48.
Circunſtantia ſacri temporis an ſit confitenda neceſſario & plura de circunſtantijs. 49.
Confiteri numerum peccatorum quomodo tenemur. 51.
An teneamur confiteri venialia. 51.
An teneamur confiteri per interpretẽ vel per litteras abſenti, aut modus quo fieri debet confeſsio. 53.
An teneamur confiteri vni integre etiã de caſibus a quibus non poteſt confeſſor abſoluere. 54.
Confeſsio ſecreta & confeſsio pluribus facta an ſit ſacramentalis & quando quis dicitur ponere obicem ſacramento, 56.
Confeſsio lachrymoſa & cõfeſsio facta ſine dolore an valeat & quotuplex eſt fictio. 56.57.
Quomodo circũſtantiæ ſunt confitendæ. 59.

Pœnitens

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Pœnitens non tenetur acceptare omnem pœnitentiam. 60.
Quando poteſt confeſſor mutare pœnitentiã iniunctam ab alio. 61.
Peccatum ante baptiſmum commiſſum an ſit neceſſario confitendum. 61.
Quæ mortalia ſint confitenda. 62.
Celare audita in confeſsione eſt de iure diuino & an de licentia pœnitentis liceat reuelare, aut de ſigillo confeſsionis. 62.
In quibus caſibus licet reuelare ſcita in confeſsione. folio. 64.
Plura notanda de ſigillo confeſsionis. 65.
An licet abſoluere a peccatis excommunicatum manentem in ſua excomunicatione. 67.
Quæ pœnitentia debetur pro quolibet mortali et quæ pœnitentia eſt iniungenda. 67.68.
Quando cõfeſſor tenetur facere interrogationes & quomodo ſe debet habere in ĩterogãdo. 69.
Interroganda circa primum prȩceptum & quando licet vti ſortibus & de ſomnijs. 70.71.
Si licet ſoluere vnũ maleficium per aliud. 73.
Interroganda circa ſecundũ prȩceptũ & quãdo tenemur iurare ad intentionem alterius. 74.
Diſpenſare in iuramento an poſsit Papa & plura de his. 75.76.
Hypocriſis quando eſt mortale. 77.
Quando eſt licita adiuratio. 77.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Plura de materia voti. 78.
Quot modis fit blaſphemia & an in aliquo caſu blaſphemans non peccet. 80.
Baptizans in mortali an peccet mortaliter. 81.
Interroganda circa tertium præceptum & quãdo tenemur orare. 82.
Quando ludus eſt prohibitus. 83.
Quando excuſatur laborans in feſto & plura notanda ſuper hoc. 84.
Quando incipit dies. 88.
Quibus ſit vacandum in feſtis & an ſit præeligenda prædicatio miſſæ. 89.
Non audiens miſſam de feſto an peccet & plura de hoc, & an teneat excommunicatio quòd nemo audiat miſſam in Eccleſijs mendicantiũ ſed in propria parrochia. 90.
Quam ſcientiam tenetur quilibet chriſtianus habere. 93.
Interroganda circa quartum præceptũ & in quibus filij tenentur honorare parentes. 93.
An anima intret cœlum antequàm reſtitutio ſit facta & executor teſtamenti quantum peccet tardando. 94.
Interroganda circa quintum præceptum & occidere ſe an liceat. 95.
Quando licet occidere alium. 95.96.
Quid ſit moderamen inculpatæ tutelæ & plura notanda. 97.

Qui

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Qui poteſt fugiendo euadere an peccet ſi defendendo ſe occidat & plura de bello. 98.
Faciens aborſum an ſit irregularis. 100.
Dicere verba contumelioſa qñ eſt mortale. 100.
Interroganda circa ſextum præceptũ & actus coniugalis quando eſt veniale & quando mortale peccatum & quando meritum. 101.102.
Interroganda circa ſeptimum præceptũ & furans in extrema neceſsitate an teneamur reſtituere ſi venit ad pinguiorẽ fortunã & plura de his, quare neceſsitas excuſat furtũ & nõ adulteriũ. 107.
Inueniens res naufragãtiũ vel alia ad quid tenetur. folio. 108.
Qui poſſunt imponere exactiones & quãdo ſunt iuſtæ. 110.
De preſcriptione, & vſu capione. 110.
Quid ſit iuſtum precium & plura de his. 112.
Interroganda circa octauum præceptum & quando mendacium eſt mortale & quibus modis ſine mendacio poteſt celari veritas. 113.114.
Murmurare quando eſt mortale. 115.
Interrogãda circa nonum & decimum præceptũ & actus interior & exterior an ſint duo peccata. folio. 116.
Quid ſit peccatum mortale. 117.
Appetere principatũ an ſit peccatũ ſuperbię. 117.
De præſumptione. 119.
De curioſitate. 120.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

INDEX.

De ingratitudine. 121.
De adulatione. 121.
De irrisione, de pertinacia, tentare Deum, de arrogantia, de vana gloria. 122.
De inobedientia & de precepto plura notãda. 123.
De contemptu, de iactantia, de discordia. 125.
Quando auaricia est mortale. 126.
Acquisita per ludum an sint restituenda. 127.
Quotuplex est ludus. 128.
Fraudans gabellas an peccet. ibid.
Gula quando est mortale. 130.
Plura notanda de ieiunio. 130.
De inuidia accidia & ira. 131.132.
Quando maledictio est mortale & de præceptis Ecclesiæ. 133.
De decimis plura. ibi.
De operibus misericordiæ & plura de correctione fraterna. 134.135.
Quando eleemosyna cadit sub præcepto & plura de hoc. 136.
Quando subditus potest facere eleemosynã. 138.
Interrogationes generales & in quibus vxorati domini & clerici sunt interrogandi & prælati & plura notanda. 139.140.
De beneficijs. 145.
De modo absoluendi. 147.
De simonia plura. 148.
De vsura plura notanda. 149.

De scru-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

INDEX.

De ſcrupuloſis. 151.
Locator an teneatur ſoluere penſionẽ propter ſterilitatem & quid ſit caſus fortuitus. 152.
Quando factum eſt publicũ & peccator ſecretus ſi liget ſententia excommunicationis. 153.
Qui facit contra præceptum in ſecreto an ligetur & quomodo poteſt prælatus præcipere ſuper occultis. 154.
De diſpenſatione plura. 154.
Quæ conditiones intelliguntur in omni iuramẽto. folio. 155.
De irritatione voti plura. 156.
In voto ſolenni an poſsit diſpẽſare Papa. 159.
Vtrum ſatisfactio facta in mortali valeat & vnus poſsit ſatisfacere pro alio. 160.
Quæ ſunt de iure poſitiuo quomodo poſſunt abrogari & an vicarius poſsit ſubdelegare. 161.
Vtrum quilibet ſacerdos poſsit abſoluere ab excommunicatione minori, & quis abſoluet à maiori. 162.
De abſolutione ab excommunicatione plura notanda. 162.163.
De alienatione rei Eccleſiaſticæ & plura de excõmunicatione notãda. 164.165.168.167.171.
De impedimentis matrimonij. 175.
De reconciliatione Eccleſiæ. 177.
Plura de irregularitate. 177.

Vtrum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

INDEX.

Vtrum præcepta hominum ſint ſtricte interpretanda. 180.

Quæ ars eſt licita. 181.

Vtrum curatus ſit prælatus, & an clericus coniugatus poſsit admitti ad diuina. 182.

Vtrum ſciens ſequi in ſe pollutionem ex audiẽtia confeſsionum teneatur proſequi. 183.

Vtrum Eccleſiaſtici vtentes precioſis peccẽt. 183.

Appetere eſſe in purgatorio an ſit licitum. 184.

Latro an primo intrauit cœlũ, & in diuidẽdis bonis quomodo teſtator ſe debet habere. 184.

Viuente patre an filius poteſt teſtari. 185.

Papa an poſsit eſſe ſchiſmaticus & quando in ſtatutis eſt præceptum. 186.

Deflorans virginem ad quid tenetur. 186.

Poſſe eligere confeſſorem quomodo intelligitur & an oſculans non ſuam peccet. 187.

De attentione ad horas & quando peccat mortaliter qui tenetur ad horas. 188.

An religioſus dimittens habitum ſit excommunicatus & an poſsit vouere. 190.

Vtrum in eodem peccato grauius peccet religioſus, & dare ſpirituale pro ſpirituali an ſit ſimonia. folio. 192.

Qui dies ſunt de prẽcepto ieiunãdi & plura. 192.

Vtrum conſuetudo tollat ieiunium. 193.

De valore indulgentiarum & de theſauro Eccleſiæ.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

fiç.folio. 194.
In memento quid ſit orandum et an ſit error in ſacra ſcriptura. 196.
An puer ſine baptiſmo ſaluetur, & de hora qua Chriſtus eſt annunciatus. 196.
Repellere deſcendentes ex iudęis à religione an liceat,& ſacerdos an pōſsit ſumere reliquias remanentes ſumpta ablutione. 197.
Sine confeſsione an liceat accedere ad communionem.. 198.
De conſecratione arę. 199.
Infamatus de vno an teneatur reſpōdere iudici de omnibus. 199.
Papa an poſsit diſpenſare in iure diuino. 200.
An liceat religioſo comedere carnes.feria.6. Natalis.ibidem.
An opus benefactum cum vanagloria ſit meritorium.ibi.
Confitens quod non fecit timore torturę an peccet.fo. 201.
Chriſtus in hoſtia an videat nos.ibi.
Pro furto an liceat occidere hominem.ibi.
De partu virginis,blaſphemare Deum iudęorum an ſit peccatum. 203.
De inductione ad religionem,& an impotens recuperare rem ſuam peccet accipiendo.ibi.
An liceat pluries in die celebrare. 204.
Non referens bonū opus in Deū an peccet. 205.

Bona

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

INDEX.

Bona mortificata per peccatũ an reuiuiſcant. 206.
Occidere tyrannum an liceat cuilibet. 207.
An circunſtantia virginitatis in viro ſit neceſſario confitenda. 208.
Vtrum ſit melius ſubuenire peccatori quàm ſancto. ibidem.
Vtrum frangens ieiuniũ metu mortis peccet. 209.
Occidens hoſtem credẽs occidere ferã an peccet an idem actus poſsit eſſe bonus & malus. ibi.
Ad bonitatem moralem quid requiritur. 210.
In quo attenditur maior bonitas moralis. 211.
Vtrum voluntas poſsit contra dictamen intellectus. ibidem.
De connexione virtutum. ibi.
Vtrum Papa poſsit diſſoluere matrimoniũ. 212.
Per quid fit profeſsio. 213.
Vtrum clericus tempore interdicti non audiens miſſam peccet. 214.
An Papa erret in canonizatione ſanctorum. ibi.
De bruxis & ſalutatoribus. 215.
Per vnã miſſam an ſatisfaciat quis pluribus. 216.
Vtrum promittens aliquid ad malum finem ſoluere teneatur. 220.
De anno iubilei. 221.
Confiteri venialia an licet cuilibet. ibi.
Deteſtari peccatum propria virtute an poſsit homo. fo. 222.
Reuelatio falſa per quid diſcernitur a vera. ibi.

De pecca

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

INDEX.

De peccato cogitationis. 223.
De requisitis ad communicandum. 226.
Publicus cõcubinarius an possit cõmunicari. 228
Quæ sunt prohibita clericis. ibi.
Clericus malefactor an possit puniri a iudice secu-
lari. fo. 229.
Vtrum fugiens ad Ecclesiã possit extrahi. 231.
De immunitate Ecclesiæ plura. 232.
Inuocatio dæmonum per quid agnoscitur. 235.
Si licet vti laruis, & aperire epistolas. 236.
De miraculis, & vtrum resurrectio mortuorũ scia
tur ratione naturali. 237.
Plura notanda de resurrectione, & de qualitate re
surgentium. ibid.
De dotibus animæ & corporis. 240.
De corporibus damnatorum. 241.
Quę sunt verba necessaria ad consecrationẽ. 243.
De virtute sacramentorum nouæ legis. 244.
Quo tempore cessarunt legalia. 245.
Vtrum Christus confecit in azymo. 247.
Vtrum iudæi cognouerunt Christũ. 248.
Vtrum Papa possit dispẽsare in matrimonio cum
consanguinea. 249.
Vtrum Christum veniſſe possit probari per scri-
pturam. 253.
Vtrum iudex possit augere pœnã legis. 256.
Quando ligat pœna ipso facto incurrẽda & plu-
ra de hoc. 257.

Vtrum

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

INDEX.

Vtrum ſoſa ſolutio pœnæ ſufficiat ad obſeruantiam legis. 258.
In paraſceue ſi licet celebrare. 259.
Diffinitiones ſacramenti. 261.
Appetere beneficium curatum quare eſt peccatum. ibi.
De defectibus miſſæ. 262.
An liceat fugere tempore peſtis. 268.
Gratia conceſſa an intelligatur de præteritis & futuris. 269.
Epiſcopus tenetur reſidere ſub peccato mortali. folio. 270.
Plura de interdicto. 271.
Quis diſpenſare poteſt cum ſuſpenſo. 276.
Vtrum euangeliũ ſit vbiq; prædicatum. 278.
An ſit licitum nauticum fœnus, aſſecurare naues & contrahere ſocietatem. 279.
De cambijs. 280.
Vtrum pecunia ſit vendibilis. 281.
Vtrum tributa ad tempus ſint licita. 282.
Vtrum domini habentes ſpeciale hoſpicium in ſuis terris ſint tuti. 283.
Vtrum liceat principi eximere aliquos. 284.
Vtrum liceat prohibitio quæ dicitur coto. 285.
Vtrum liceat transferre triticum de regno ad regnum. fo. 286.
Vtrum liceat tollere ligna de montibus & inſtituere maioricatum. 287.

De tran-

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

INDEX.

De tranſlatione bibliæ & de ſenſibus ſacræ ſcripturæ & plura notanda de clauibus. 288.
Quæ in iure tangunt religioſos. 296.
Plura notanda de religione. 297.
De laudibus beati Ioſeph. 298.

FINIS.

FVIT HOC OPVS,
quod Margarita ſeu Summa confeſſorum inſcribitur, editum à fratre Dominico Baltanas ſacræ theologiæ profeſſore, ac ordinis prędicatorum conuentus ſancti Pauli Hiſpalenſis: impreſſum autem Compluti in Officina Ioannis Brocarij. Anno Domini.

1554.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

qui veritatem cognoscat et qui
mendacium dicit vtrique mu
nus est. Amb.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

(c) Co... La Rioja

165